[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM

## LIBRI XX

POST MARTINVM HERTZ

EDIDIT

CAROLVS HOSIVS

VOLVMEN PRIVS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MCMIIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

FRANCISCO BVECHELER

SACRVM

[redacted]

# PRAEFATIO

Pauca tantum habeo, quae de codicibus Gellianis praemittam. Nam cum ex apparatu largissimo editionis maioris Hertzii, quid de consanguinitate et stemmate librorum statuendum esset, mea opera inquisivissem idque cum iis, quae in amplissima praefatione ille, cuius in Gellio laborem laudare superfluum, imitari velle ambitiosum est, congesserat, contulissem, omnia fere iam occupata esse minime mirabar. Nam ad eandem metam omnes, qui in his campis decurrant, perventuros esse in propatulo est, neque ex additamentis, quae ex Hertzii schedulis Fr. Kuhn[1]) composuit, quidquam fundamenti illius ratiocinationibus detrahitur. Itaque cum acta agere videri possim, si, quae cum illo equidem statui, proponam, tamen, ut commodo eorum, qui hac editione usi ad alterius semper commentationem se relegari aegre ferant, inserviam, paucis verbis, quomodo libri Gelliani inter se cohaereant quidque de singulis existimandum sit, explanabo. Pauca et parva, de quibus melius Hertzio iudicasse mihi videor, aut, ut modestius agam, in quibus ille rem non plane absolvit, facile, qui in his quaestionibus morantur, perspicient.

Opus Gellianum propter nimiam magnitudinem in duas partes minime pares a librariis divisum cum esset, accidit, ut liber octavus inter aevum Macrobii et saeculum nonum deperiret servatis eius lemmatibus in codicibus deterioribus; eandem ob causam, cum membra duo illa discerpti

1) Fleckeis. ann. suppl. XXI Lipsiae 1894 p. 1 sqq.

[redacted]



scriptoris non ante saeculum XIV/XV in unum corpus redierint, de utraque parte separatim nobis dicendum est.

Ac primum quidem ut ad priorem partem vertamus, in libris I—VII[1]) ars critica tribus praecipue membranis nititur, quibus accedunt summae et aetatis et auctoritatis codex quartus, sed laciniis tantum servatus, et quintus ex Carrionis fere solius collatione notus.[2]) Sunt vero illi tres:

P Codex bibl. nat. Parisin. 5765 (**P**), saec. XIII, qui omittit I 1—2, 10 et desinit VII 4, 3 in verbis *ictus solis*.

Codex Lugduno-Bat. Gronovianus 21, olim Rottendor-
R fianus (**R**), variis manibus scriptus, plerisque saec. XII, desinit VI 20, 6. Lemmata desunt.

V Codex Vaticanus 3452 (**V**), saec. XIII, incipiens ab indice capitulorum omissa praefatione.

Hos libros ex eodem archetypo fluxisse satis evincunt eaedem lacunae, cum I 4, 3; 22, 5 II 6, 12; 20, 2; 21, 3 III 13, 3 IV 1, 12; 15, 3 VI 9, 17 al. tum capitis I 2 exeuntis et ineuntis 3, eadem additamenta perversa III 17, 5 V 18, 9 VI 9, 17, eadem menda I 3, 19; 24; 25; 28; 29; 7, 1; 13, 10 II 6, 20; 14, 2 III 17, 5 IV 11, 3; 14, 3 al.; eum fuisse cohaerentibus litteris exaratum iisque uncialibus docent verba male distincta, ut I 3, 9; 30; 11, 12; 12, 14; 15, 1 (**R**) II 18, 10; 24, 7; 26, 11 III 14, 20; 18, 5 IV 2, 11 VI 3, 6, et litterae commutatae *A* et *B* I 3, 23 *sua eunda*, *B* et *R* I 3, 27 *permissoque* III 16, 20 *sepius*, *P* et *F* I 3, 28 *per me* 7, 20 *inperpectiusque* II 8 lemm. *pacta*, *P* et *I* VI 11, 4 *perpoparet*, *B* et *R heberet* (**R**).

Quorum testium non qui antiquissimus, idem optimus

---

1) Superiore aevo prius volumen complexum esse libros I—IX ex subscriptione Aurelii Romuli (vd. infra p. 336) libro nono subiecta suo iure Hertz p. LXXXIV conclusisse videtur, quamvis quomodo tunc factum sit, ut liber octavus intercideret, vix intellegamus.

2) De codicibus aliis vd. Manitius, *Philologisches aus alten Bibliothekskatal.* Mus. Rhen. XLVII (1892) suppl. p. 72; R. Sabbadini, *Della biblioteca di Giovanni Corvini*, vd. Stangl, Wochenschr. f. kl. Phil. III (1886) p. 1265

[redacted]



est. Immo ita meliores evadunt P et V artiore vinculo inter se conexi, ut paululum incertus haeserim, num ex hac editione, cui non opus erat tota congerie lectionis, plane abiciendus esset ille R, quippe qui manifesta vestigia corruptelae et interpolationis traxerit. Nam immutavit verba synonymis, ut praef. 11 (bis) I 11, 10 II 22, 14; 15 III 10, 11; 12, 2; 17, 1 IV 9, 4 VI 1, 3; 18, 11; transpositis verbis e medio ad clausulam sicciorem verborum tenorem restituit, ut[1]) IV 12, 1 *derelictui habuerat* 18, 9 *omnis pecunie omnisque praede scriptas esse dixit* V 6, 8 *obsidione sunt liberati* VI 4, 3 *venire sub corona dicebantur*, et maiore mutatione V 12, 5 *neptunus pater et mars pater et saturnus pater ianus pater coniuncte dicti sunt* etc., quamvis non desint, quibus etiam solitum ordinem perturbaverit contraria libidine; omisit, quae non placebant, ut I 3, 13 initio exempli Ciceroniani subito abrupti post verba *utendum esse* nil nisi *usque ibi* pro verbis *arbitror* — *turpitudo sequatur* addiderit; similiter I 15, 13; sed addidit quoque, quo Gellium corrigi et locupletari putabat, ut praef. 12 *eracliti* ad *ephesii* recte, quod ad rem, sed ex suo ingenio, ut etiam V 2, 4 pro *regem* scripsit *alexandrum*. Luculenter vero, quanta levitate et paene arrogantia grassatus sit, demonstrat III 10, 3—9 (et 12 sqq.), ubi suam doctrinam pro Gelliana venditans plane removet verba germana abhorrens quasi scientiam illam abstrusiorem, sed ad Macrobium lectorem relegat scribae officio non satisfaciens, litterati viri gloriam frustra affectans. Neque vero habet, quod nimis iactet. Nam linguae Graecae praeter singula vocabula plane ignarus talia enuntiata et quae cum iis cohaerent per se non intellecta Latina verba aut audacter mutavit aut currente calamo praeteriit ne monito quidem plerumque lectore; velut III 9 ultimam paragraphum propter Graeca *φοίνικα* et *σπάδικα* decurtavit in tria verba *poeniceo ut dixi* tracta ad *colore exuperantissimo* in § 8, et praef. 6—8 post *siluarum* non scripsit nisi *exempla titulo-*

1) Haec in apparatu non repetivi.

*rum* (ex *tilaorum*) *erant hic infinita etiam graeca.*[1]) Quamquam res ita se habet, tamen **R** non semper indignus est, qui ad crisin factitandam adhibeatur, ut I 11, 8; 14, 1; 15, 3 II 13, 1; 22, 30 III 2, 13; 16, 23 IV 12, 3; 14, 2; 16, 3 V 2, 2; 8, 4; 10, 11; 21, 17 al. Itaque quamvis multas eius lectiones omiserim, tamen malui copiam quam egestatem vituperari.

Hoc codice interim abiecto si ad alios eiusdem stirpis libros oculos flectimus, certe maius pretium codici Vaticano inest, qui maximam libri VII partem solus tradit; iis vero in libris, ubi utrumque arcessere licet, paululum cedit auctoritate codici **P**, ut I 17, 2; 6; 19, 7; 25, 5 II 2, 9; 12, 4; 16, 3; 22, 19 III 4, 1; 7, 8; 9; 16; 17; 18; 19; 8, 8; 16, 1; 19, 2 IV 1, 20 V 11, 12; 14, 11 al., superat eum tamen in Graecis. Nam Graecae linguae aut, ne nimis laudem, Graecarum litterarum librario codicis **R** peritior scriba libri **P** tamen inde a II 23 in eis reddendis taedio facile captus et defatigatus labore depingendi, quae non intellegebat, ubi longiores inveniuntur sententiae versusque, in primis litteris substitit, ut in talibus recurrendum sit ad librum **V** satis tamen et ipsum corruptis confusisque verbis litterisque scatentem. Quorum magnum numerum editio Hertziana praebet, parvum equidem repetivi in his lectoris oculis et tempori parcens.

His tribus codicibus ex adverso stat antiquissimus omnium liber, cuius quod lacera tantum fragmenta adhuc exstant, magnopere dolendum est. Nam quamquam ipse satis neglegenter exaratus est, non modo permultis locis eorum lectionem depravatam sanat, lacunas supplet, perversa resecat, sed etiam talibus locis, ubi per se nullum appareat in illorum verbis corruptelae indicium, textum praebet longe diversum, sed sensu et verbis ita praestantem, ut clarior

1) Quae leguntur ad I 2, 8—3, 8 in margine adscripta *multum hic deest, quod rasum fuit inde*, non ad verba Graeca, sed ad lacunam omnium horum codicum spectare monuit Hertz praef. p. C adn. alt.

[redacted]



inde atque certe verior scriptoris imago splendescat. Itaque ubi huius libri adiumento destituti sumus, integramne manum scriptoris spectemus an lectionem tantum archetypi illorum **PRV**, dubium esse potest; sed duce orbati optimo eis utemur, qui adsunt, qualescumque sunt.

Hic liber, cuius in laudes iam adsurrexi, est codex palimpsestus Palatino-Vaticanus XXIV (**A**)[1]) saec. c. VII, **A**
qui sub versione nonnullorum librorum antiqui quod vocatur testamenti Latina Livii libri XCI, Ciceronis pro M. Fonteio et C. Rabirio, Senecae, Lucani, aliorum fragmenta, inde a f. 80 praeter pauca lemmata magnas partes librorum I—IV Gellii 'litteris ex quadrata forma detortis' continet. Quorum, quae dispici poterant, haec sunt: lemmata I 15 (*inportu*)*num vitium* sqq.; 16 XVII 21 *si floruerint* sqq. XVIII 1; 2 (*-certa*); tunc I 2, 13—3, 7 *molestiam quod*; 3, 16 *minime* — 5, 2 *iactatus*; 6, 1 *eum ad* — 7, 2 *cognito*(*ribus*); 7, 4 (*mul*)*ta exercitus* — 9 *oc*(*cupatas*); 9, 12 *quod quisque* — 10, 1 *expromen*(*ti*); 12, 5 (*cu*)*ius* — 7 *sacerdotio*; 22, 7 (*stoi*)*cas* — 13 *blando* II 6, 3 *totius generis* — 5 *quam tange*(*re*); 7, 8 *est patri* — 13 *esse dic*(*unt*); 8, 6 (*cu*)*iusmodi* — 9, 5 *insecta*(*tur*); 22, 22 *eurum* — 25 *oritur*; 23, 20 (*ac*)*ciderat* — (Graeca om.) 21 *educit in*; 24, 4 (*mi*)*sellus* — 7 *e ter*(*ra*); 25, 8 *alii rarenter* — 26, 2 *eorum*; 26, 13 (*ped*)*em* — 19 *nigi*(*dius*); 27, 2 *haec* — *paratu mili*(*tum*); 27, 5 *quibus* — 28, 1 *terrarum ca*(*uis*); 29, 8 *haec* — 11 *adfines*(*que*); 29, 15 *id ubi* — 17 *plerum*(*que*) III 13, 2 *causam* — 5 *dicentem atque*; 16, 4 *Caecilius* — *Cae*(*cilii*) IV 1, 7 *et lentem* — 13 *alias*. Huius codicis memoriam suo fluere alveo neque cohaerere cum ceteris ut probetur, iam sufficit annotasse libri I capitis alterius exitum tertiique initium in hoc legi. Eius vero praestantia in uno quoque capite ita elucet, ut ex tanta ubertate cuivis perspicua decerpere singula non attineat. Attamen una re libris

1) De quo vd. praeter Hertzium p. XIII Stevenson in catalogo codicum Palatinorum latinorum bibliothecae Vaticanae (Romae 1886) I p. 4, ubi de Gellio ne verbum quidem.

[redacted]



**PV inferior est; nam Graeca omnia omittit spatio rarum relicto.**

Accedit **his codicibus superstitibus Hieronymi B**ı $\beta$ liber ($\beta$), **cuius quamquam lectiones nonnullae eti** libris **IX X XVI XVII XVIII aetatem tulerunt, t** cum longe **plurima pars ad librum** I **pertineat, ian** loco **pertractare placet. Huius notitiam acceptam refe** maxima e **parte LCarrioni; pauca contulerunt Can** Raevardus, **Fruterius, Lipsius, Giphanius, al. Memo** certe et proprio **gradu ille liber inter ceteras memb** stat. Nam **cum ei illae partes deperditae capitum I** 3 insint et **ante protractum codicem rescriptum nisi** non **innotuerint, iam spes exsistit affinem illius libri** clarissimi natum esse, certe codicem grandis atque g ponderis. Quae spes corroboratur nobis invenientibus e XVIII 9, 1 sqq. in eo solo lacunam haud parvi am suppletam. Attamen spes, quam iam exploratam o] bamur, nos frustratur. Nam neque cognatio inter A statui potest sexcentis locis inter se discrepantes, n quas proprias lectiones $\beta$ exhibet, ceteris anteferei videntur. Nam plurimae ita interpolatorem sapiunt etiam in reliquis ducem infidum sequi dubitemus. Et qu quam non ipsum Carrionem fraudis insimulari posse p quod nonnulli fecerunt — nam etiam menda calan codice illo et verba omissa protulit neque, quae inve omnia ipse probat —, tamen codice usus est manus in polatoris perpesso eiusque audacis simul et inepti, I 7, 9 cum illud *Cl.* (*Quadrigarii*) dissolverit in *centes quinquagesimo*, risum moveat vel tironi[1]), cum tunc *Q drigarii tertio* omittat, consultam suam prodit interpı tionem. Idem cum scripserit I 9, 3 *quin et tempus cer statuebat, ut tacerent, non in omnes idem, sed aliis aliud* . . . *Iis autem qui tacebant et quae* eqs. unde commotus collata reliquorum lectione facile intellegitur, item I 5 *sincero et* (cfr. R *cereoque*) et 15, 1 *aptissimo uehi* (cfr

---

1) Similiter I 13, 7 *cui a rep.* pro *cuia res.*

[redacted]



*aptissimo ueri*). Interdum legibus grammaticae tritis minus solitam Gellii dictionem adaptat, ut I 3, 16 *quoque fine* 8, 5 *denariorum* 12, 14 *Quiritibusque* 16, 15 *uersabantur*, aut loco verborum rariorum vulgariora inducit, ut I 2, 4 *confinitima aut contraria* 11, 13 *fuisse* pro *stetisse* 19, 8 *spernendam* pro *insuper habendam*. Ne maiores quidem mutationes invehere dubitat sententiam verbis sensus obscurioris implicitam enodare et explanare conatus, ut I 3, 13 *cum igitur, inquit, aut capitis amici causa agatur et famae* 5, 2 *amictus accuratior* 6, 8 *si uideant nos errare suis bonis nos exheredant ... nisi errationibus finem facimus* 18, 1 *perinde atque prius Latinum factum* 21, 5 *inuentum est nec aspernatus est* etc. Itaque nisi premimus leves correcturas 3, 16 *docent* 7, 1 *in libro* (7, 17 *numero*) 16, 11 *milli* 21, 4 *lapidem* X 21, 2 *aliquot*, sola eius auctoritas posita est in resarciendis lacunis. Nam ut I 2 extr. et 3 ineunt. cum **A** quamvis non semel discrepans exhibet, sic plura tradit I 9, 6; 11, 4; 8; 12, 11; 21, 4; 22, 5 XVIII 9 al. Quorum locorum de nonnullis sub iudice litem fore puto. Recte quidem servasse videtur I 11, 4 *et delectabili atque adeo uenerabili* in ceteris mutilatum ob parem clausulam et ob eandem causam I 9, 6 *astrologiam musicam* 11, 8 *sed mentium animorumque* 12, 11 *et cuius — fiat* XVII 2, 13 *ex — uiaticum* (cum **Z**); sed I 1, 3 non cum Hertzio verba *quanta longinquitas corporis ei mensurae conueniret* in textum recepi ratus illum ob nimiam sed Gellio non insolitam breviloquentiam verba amplificasse extera ut ita dicam causa hiatus nulla. Eadem ratione I 8, 3 *poscebat autem illa nimium quantum* auxit in *quantum uix dari poterat* ansa corruptelae manifesta.[1]) Sic et I 23, 7 *secretum rei et*

---

1) Illud *poscebat nimium quantum* expressum videtur ex Ter. Phorm. 642 *cedo, quid postulat? quid? nimium quantum*. Gellius phrasibus comicorum (et tragicorum) colorem vetustatis affectare amat, cfr. quos locos attuli ad VII 18, 2 IX 9, 15 XI 16, 3 XII 1, 17; 7, 1 XVI 3, 2 XIX 8, 1 al. et, quod sagacitatem Skutschii non fugit, II 22, 25 *quoniam plus paulo adbibi* = Ter. Haut. 220. De archaismo Gellii vd. CKnapp *Archaism in A. Gel-*

[redacted]



*silentium deberi puer affirmans animum .. euerberat .. e*
*matronas defert, quod audierat; perueniunt postera di*
*senatum* ex studio obscuritates et duritiem leniendi le
dique originem traxerunt; vd. et I 2, 4 extr.; 5. Iti
ne in hoc quidem omnes discrepantias afferre meum cen

Pluribus codicibus altera pars corporis Gelliani li
IX—XX continens tradita est, qui facili opera in
γ familias distinguuntur. Quarum prioris (γ) testes sunt

O Codex Reginensis inter Vaticanos 597 (O), saec. X;
cipit IX 14, 2 a verbo *grammaticam*.

Π Codex Reginensis inter Vaticanos 1646 (*Π*) a. 1
scriptus teste eo, qui annotavit nomen et annum: *W*
*mus scripsit anno incarnati uerbi MCLXX.*

X Codex Lugduno-Bat. Vossianus lat. F 112 (X), saec
continet libros X—XX et inter hos insertum librum
praeter c. 1—2, 10 *fortissimorum* et 8, 1 *nasci non*
12, 10 *dicit* et 16, 6 *postulantis* eqs.

His accedit posterioris aetatis quartus codex Ma
N becchianus 329 (N), saec. XV. Qui manu Nicolai Ni
in Graecis ab Ambrosio Traversario adiuti exaratus
a XX 10, 7 verba huius et ultimi capitis cum ς s
tradit. Humanistae illius manui correctrici deberi vide
quod interdum ceterorum mendis caret aut concinens
altera familia, ut X 1, 10; 26, 10 XI 3, 3; 5, 4; 14, 1
1, 20; 5, 7; 13, 20; 21 XIII 5, 4; 6; 8, 2; 10, 3; 11
26, 4, aut solus, ut XI 9, 1; 15, 6 XIII 12, 8; 14, 1

δ Alteram familiam (δ) libri hi repraesentant:

Q Codex bibl. nat. Parisin. 8664 (Q), saec. XIII.

Z Codex Lugduno-Bat. Vossianus lat. F 7 (Z), saec. X

B Codicis (B) a. 1173 scripti fragmenta, quorum par
continet codex bibliothecae Bernensis insignitus nun
404 exhibens Gellii IX—XII 10, 3 *esse potuit*; reli

---

*lius* Classical Studies in Honour of HDrisler, Newyork-Lon
1894 p. 126; vd. et Amer. Journal of Phil. XIV (1893) p. 216
(1895) p. 52 Transactions of the Amer. Phil. Association X
(1894) 5.

[redacted]



statim usque ad XIII 5, sed omissis XIII 1—4 turbato ordine hodie schedulae codicis bibl. acad. Rheno-Traiectinae notati *Aevum vetus. Scriptores graeci. No. 26* suppeditant.

Omnes hi codices praeter Q verba Graeca aut omnia aut plurima exhibent non semel litteris Latinis scripta. Singularum vero classium inter se cognationem demonstrant sexcentae lectiones concordantes et rectae et perversae, ut IX 3, 4 *scribenda* 4, 6 *prosprofium petit antispectancia*; *ultra per aboris tenent* 6, 3 *factito* 9, 15 *gaudebat* X 1, 3 *C. Marium* 6 *uerbum* 7 *usque tercium* 2, 2 *eos* 3, 3 *paulus*; *calenilibi* 8 *circumflectitur* 9 *dicit* om. 13 *Romanus* om.; *provincia per* 14, 3 *concasium* 16, 14 *erue alle* 17, 4 *civilibus* 24, 6 *exercitum est qui* al. Exciderat in stirpis δ parente folium, cui inerant verba XX 1, 39 *restat* — 53 *atque* desiderata iam in QZ; praeterierat unam paginam vel paginae bipartitae partem dimidiam illius scriba, quo factum est, ut non iam exstent XX 6, 2 *et habet* — 7 *misertus est*, eandemque ob causam in codicibus derivatis ibidem desunt 10 *inusitate* — 12 *auctoritas*, ut X 3, 3 verba inde a *Caleni* 12, 5 *ex* — *chamaeleontis*, et sic saepe. Neutra vero familia per se principatum tenet; sed modo haec genuinum servavit, modo illa. Sic, ut unum caput afferam, XVII 2 septiens stirpis γ lectiones amplexus sum totidemque certe locis improbavi. Itaque unoquoque loco re et ratione codicum auctoritas examinanda et fulcienda est. Paulo tamen non modo numeratis sed ponderatis lectionibus antecedit familia δ inque hac codex Q, ut X 3, 13 XIII 21, 15 XIV 1, 2; 6, 1 XVI 4, 1; 5, 3 XVII 8, 10 XVIII 5, 12 XX 1, 16; 8, 7 al., bonae et sincerae memoriae testis, cui, ubi electio libera erat, saepius me applicavi. Sed ne B quidem nec Z sua palma fraudandi sunt neque alterius familiae libri; sed ne numeris ludere videar, cum facile, prout cuique libido est, ex apparatu critico documenta satis multa coacervare possit, satis sit annotasse nullo eorum facile careri posse.

Codicum horum quinque subscriptionem praebent in

[redacted]



fine libri IX. Cuius ex verbis, quae habes infra in p Eustochium non conquisivisse libros, sed sua arte legisse et annotasse ut ceteros in talibus subscripti appellatos ex verbis carminis expiscari studuit HJor quem tamen optimo iure Hertz[1]) refellit.

Paulisper denique morandum est in codicum m correctricibus ($Q^2O^2$ etc.). Saepius hae menda ma sustulerunt, interdum coniecturas novas intrudebant. in numero is, qui codicem Q correxit, eminet. I hendimus enim virum haud inficetum, qui corru amovit non paucas et cum aliis et, ut IX 1, 2 *iacias* 20 *exuit se* 24, 1 *marci tullii* XIV 1, 17 *hic* XV 8, 2 *d* XV 27, 5 *quia* XIX 9, 12 *addidit* al., solus. Pleru tamen operam suam navavit audacius quam feliciu dicam impudentius quam prudentius. Nam codice[3]) si umquam, perraro inspecto medelam suo Marte a conatus est sciolus in meris mendis calami foede l Sic Q praebet IX 6, 3 *portus*, ω recte *potius*, sed $Q^2$ *pr* XI 4, 1 Q (δ) *erupidie multatus*, γ *euripidi aemulatus*, Q *pedis imitatus* XII 11, 2 Q *orent*, ω *forent*, $Q^2$ *essent* 5, 1 Q *ad spe vitae tenui*, ω *ac s. v. t.*, $Q^2$ *ad spem v. t* XV 5, 4 Q *inte inodit*, ω *in te incidit*, $Q^2$ *te mordet* 11, *meopolim*, ω *nicopolin*, $Q^2$ *neapolim* 22, 5 Q *instutam*, *stinctam*, $Q^2$ *instructam* XVII 5, 3 Q *minoris*, ω *mi* $Q^2$ *minoribus* 10, 3 Q *redderetis se*, ω *reddere iis se*, $Q^2$ *deret cis sui*; non paucis locis insulsissime suo mu functus est, ut IX 14, 13 Q *pro genti*, ω *progenii*, $Q^2$ *genetivo* X 26, 7 Q *tito*, ω *cato*, $Q^2$ *tito Livio* XI 5, 4 Q *a* ω *ac ne*, $Q^2$ *cognoscere* XIV 1, 2 Q *serto*, ω *serio*, $Q^2$ 1, 3 *credemus*, ω *crederemus*, $Q^2$ *credamus* XVI 5, 6 Q

---

1) Gött. Gel. Anz. 1886, 482.

2) *Die Eustochius-Recension des Gellius* Fleckeis. ann. C (1892) 425.

3) Nam ubi $Q^2$ cum aliis, praecipue B, consentit, ple que lenissima est mutatio, ut IX 2, 6 *nullius* 2, 11 *indere* XIII 22, 1 *cunctos* 7 *calciamenti* XVI 4, 2 *censebis esse* al.; gra est XVII 16 lemm. *detegendis*.

[redacted]



*cum*, ω *uescum*, $Q^2$ *uelud cum* XVII 8, 4 Q *scarens*, ω *scatens*, $Q^2$ *carens* XIX 10, 11 Q *omni*, ω *ennii*, $Q^2$ *homeri*; cfr. eundem sinceram lectionem libri Q deformantem X 27, 2 *rei publicae* XI 18 lemm. *draco atthieniensi* XII 1, 17 = XV 31, 4 *mali* XIII 17, 4 *Praxiteles inquit* XV 11, 1 *uti eicerentur fideque* 20, 4 *perdicis rhetoris* XVI 4, 1 *Curtius* al. Itaque in his hariolationibus oleo et operae peperci allatis iis, unde aliquid lucri sperari posset. Idem in ceteris factum est, quorum sufficit afferre XVIII 1, 9/10. Ubi cum γ post *congius* perverse addidisset: *hoc ubi accepit peripateticus*, correctores uno consensu verba, quae sequuntur, non convenire peripatetico bene cognoverunt, quam ob causam ultimo verbo damnato *stoicus* scriptum est, non viderunt totum additamentum subditivum natum esse culpa librarii ad versum sequentem aberrantis. Manus recentissimae ($O^3$ etc.) semel vel bis medicinam attulerunt aptam. $O^3$

His libris Hertz florilegia codicis bibl. nat. Parisini 4952 (T) saec. XII et Vaticani 3307 (Y) saec. XII addidit. T Y Sed quamquam ceteris fere antiquiores bonum praebent textum, tamen, cum haud ita saepe novas afferant lectiones, rarius, ut I 9, 1 *ratio* 13, 7 IX 13, 20 *manliana* I 19, 2 *quos esse* 24, 4 *tam etsi* X 15, 20 *ne* XIII 5, 3 *eudemus* XIV 7, 5 *constituendae* XV 18, 3 *ea* XVI 1, 3 *prior* 4, 2 *uter*; *quidquid* 4 *sit* al., ceteris meliores, ne apparatum onerarem, paucis exemplis exceptis supersedere me his posse putavi. Neque magis moror codices S. Germanensem, Franequeranum, alios, quos Hertz ex parte in usum suum convertit, nullius nobis illos momenti.

Codices denique deteriores (ς) fere omnes saeculo XIV ς posteriores, qui totum Gellium exhibent, non prorsus abiciendi erant, cum et nonnulla emendent et libri octavi indices atque cum N ultima ultimi libri capita servaverint. Qui inter hos numerandus est liber β, iam supra pertractavi.

Subsidia arti criticae exercendae succedunt testimonia[1])

---

1) Quae fere omnia iam Hertz in praefatione summa diligentia collegit; complures Vincentii locos supplevit Manitius

et pauca, quibus nomen scriptoris apparet, apud Vo
Lactantium, Servium, Augustinum, Priscianum, et pe
ubi ipse auctor celatur, quo magis expiletur, apud
leium, Nonium, Ammianum, glossographos, alios. Q
a saeculo IX horum agmini se subiungunt, Einl
Ioannes Sarisberiensis, Vincentius Bellovacensis,
Balsamiensis, alii non pauci, nullius ad textum re
dum pretii, ab hac editione minore amoliendi erant.
loco X 17 Vincentium exscripsi, ubi alia atque
plura affert; quod quamquam ex alio fonte eum s
puto, sicut et Ioannes Sarisberiensis I 14 ex Fr
plura suggessit Hygino Gelliano[1]), tamen plane s
mere nolui.

Gellius cum silvam copiarum collectam prop
nominibus antiquitatis inclutissimis schedulas suas im
ut, qui a nullo monitus eius librum pervolvat, quin s
largum penum doctrinae, facere non possit. Attam
curatius in fontes eius inquirentes non fugit Gelliu
sua solius opera hos thesauros coacervasse, sed non
se locupletasse frugibus, quae in alienis agris nasceb
Qua in re tamen longe antistat plurimis illarum ae
scriptoribus. Nam non sollemni eorum more auc
suorum ne nominatorum quidem scrinia expilavit
plerumque[2]) candide eos non laude debita defraudat

---

*Gellius bei Vinc. von Beauvais* Philol. LI (1892) p. 189, Ei
unum idem *Zu deutschen Geschichtsquellen* Neues Archiv XI
63; vd. et Philol. XLVIII 564. Novam Gellii commemorat
in epistula saeculi IX indagavit Duemmler, Neues Archi
(1887) 355. Glossas a Reifferscheidio (Mus. Rhen. XVI
editas magis, quam a Hertzio factum est, ad partes voc

1) Cfr. Hertz praef. XXIX et I p. 83.

2) In libris I V XV auctor sine fuco et fallacia nom
in c. I 1; 2; 4; 6; 8; 10; 12; 13, 10; 14; 20; 21; 2
V 7; 8; 9, 1—4; 14; 17; 18; 20 XV 1; 2; 5; 6; 7, 3;
12; 17; 19; 23—27; 29; 30; apparet, sed quodammodo a
I 3; 15; 24; 26 V 6; 11; 13; 19; 21 XV 4, celatur I 5; 7;

[redacted]



auctoris et saepe libri quoque inscriptione allatis; uidem locis eius honestatem fidemque quasi colluc- videmus cum ipsius doctrinae ostentandae studio: uam non reticet auctores, eos tamquam post tran- ı positos tam obiter commemorat, ut nisi intentis intuenti non prodeant. Interdum tamen silendo ce- ue eo progreditur, ut plane fonte proprio et proximo 3so testem re vera a se alienum vocet; quod im- fit, si ex coaequalibus, quorum sermoni et disci- haud gravate, libris perraro sua debere videri vult,

Itaque cum Gellio in afferendis fontibus maior ceteris fere omnibus fides sit, tamen in investigandis eris fontibus salebrae non desunt. Nam quamvis nequeat illum omnes illos scriptores antiquissimos, ı. Naevium, Ennium, Laevium, Catonem, Tuberonem, garium, alios legisse, tamen locos, de quibus copiose te disputat, persaepe non ex illorum ipsis scriptis, interpretum commentariis grammaticorumque artibus ›sit, quibus hic illic unum alterumve exemplum ex hedulis adiecit. Idem factum est in operibus gram- rum, rhetorum, philosophorum, iurisconsultorum, ubi ıro spretis fontibus verae antiquitatis satis habuit :es adire exque iis delibare, quae speciem doctrinae ıe prae se ferrent, ut, dum ipse sapere videtur, ibi ısi alieno calleat ingenio. Tunc vero nostrae con- ınis memores libentius ei veniam, si venia eget homo ıevi aliorumque etiam in re litteraria morum legum- abimus, cum, quae in commentario quodam legerat, re ipso consulto his ut ab ipso repertis usus est. ıos quoque saepissime adnotatione interpretis alicuius cicologi admoniti non dubitamus his ut bono nostro ummodo locos allatos ipsi inspexerimus eosque esse aptosque primario fonti adstantes intellexerimus. Sic tradit I 11 de Lacedaemoniorum aliorumque usu ti-

—19; 22 V 1—5; 9, 5; 10; 12; 15; 16 XV 3; 7, 1—2; 9; —16; 18; 20; 21; 22; 28.

[redacted]



biarum, invenit in aliquo libro de musica conscrip iam ad Thucydidis Herodotique locos remissum erat. vero horum ex ipsis supplebat, sicut § 16 ex C totius argumentationis origine non patefacta. Item Tironem Catonem ab eo inspectum esse clare verb 49 docent, neque fidem ei denego XVIII 7 se e Favorino suppeditasse asseveranti, dum in Favorini fontem verum Verrium subroges.

Haec vero, quae supra exposui, quod iam pro ex ponere licet, duorum praecipue virorum acumini tilitati debemus, qui cum Dirksenum quadam ex praegressum secuti diversa opera ad eundem finem venerint, hunc eo magis stabiliverunt, Mercklinum Kretzschmerum, quorum vestigia presserunt fructu amplo Ruske, minore Froehde.[1]) Qui vero eis su runt, in lubrico solo et paene exhausto desudarunt, qui provenit fructus, non semper respondeat ingenio o que impensae. Sic certe acumen non defuit, sed f Beckio, qui partem capitum ex Plinii de dubio se libris deductam esse contendit. Quae thesis neque firmari, quamvis acriter sit proposita, neque, id quod cesserim, clare redargui potest[2]); aedificium vero deb trabibus constructum timeo ne pauci sint, qui in audeant, praeter aedium fabrum. Simili modo, quae se elucubrasse putat, Nettleship nobis raro probare p si novos et paene ignotos auctores in seriem fontiu culcat, ut Cornelium Epicadum vel Octavio Avito si vel Asconii contra obtrectatores Vergilii librum. C quem iam hoc unum opponam.[3]) Quamvis non se suo loco suos fontes nominet, Gellium nusquam tame auctore sua desumpsisse statuendum est, qui non alterove loco totius operis appareat. Vt XVIII 14 m

1) Vd. eorum libros infra p. XXI adn. allatos.

2) Qua in re me consentire gaudeo cum Goetz, Berl. Wochenschr. XIII (1893) 1262.

3) Vd. et Ruske p. 1; 58.

[redacted]



rit ex Varronis disciplinis, qui liber affertur in capite sequenti aliisque, ita VI 13 et 22 Gellius duce usus est Verrii libro de obscuris Catonis, qui affertur XVII 6, et X 8 et 9 hortulos suos irrigavit ex fonte Catoniano eodem, qui fluit VI 4, 5. Nusquam vero fit, certe nusquam probari potest Gellium sua mutuatum esse ex scriptore non ab ipso semel vel identidem nominato. Abeant igitur certe Cornelii Epicadi et Octavii Aviti, abeat vero etiam liber Asconii contra obtrectatores Vergilii[1]), cuius in Ciceronem commentarium Gellius XV 28, 4 non nisi ex Suetonio novit, abeat Plinius de dubio sermone. Quamquam in his res paulo aliter se habet. Nam lex modo statuta num a scriptoribus etiam ad eorum singula scripta transferri possit, ita ut ne scripta quidem scriptoris nominati, sed non ipsa nominata fontes proponenda sint, dubito. Certe ea norma non cadit in Gellii aequales, quorum libros raro affert, saepe usurpat. Sic Favorini appellantur libri *Πυρρωνείων τρόπων*, laus Thersitae et febris, nusquam[2]) apparent graviora *ἀπομνημονεύματα* et *παντοδαπὴ ἱστορία*[3]), quorum tamen opes non spretas esse certissimum est; nec Frontonis et Herodis Attici[4]) libros versatus est, quos viros tamen non nisi loquentes inducit; item Calvisii Tauri commentarios laudat, adhibuit eiusdem *περὶ τῆς ἀπαθείας τῶν Στοϊκῶν* XII 5, qui liber fortasse tecte indicatur in § 5, et *περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων* V 15; 16 IX 5. Eadem res est in prioris aevi scriptoribus, sed paucissimis; nam quo II 11 referam nisi

1) Id fortasse concedatur in eis capitibus, quae Probo debentur, Asconiana inesse; nam Berytius Asconio usus est (cfr. Probi qui dicitur commentarium p. 7, 7 K., si cum Iahnio et Ribbeckio proleg. ad Verg. p. 164 nonnullas huius commentarii partes ex Berytio originem ducere consentias).

2) nisi ad prius alludit X 12, 9.

3) Haec inscriptio in praefatione 8 sine nomine scriptoris legitur.

4) Eius libros *κηρία* (*καίρια*) et *ἐγχειρίδια* in praef. 6 et 7 designari putat Hertz.

[redacted]



ad Varronis annales[1]) et X 23 nisi ad eiusdem populi Romani libros nusquam nominatos non ha

Quodsi ipse iam in hunc campum descendo sp niorem quam fructibus, ubi nulla Medea aranti ad similes fortasse exprobrationes contracturum es ignoro. Tamen spe teneor in nonnullis me ut et vera propositurum, in aliis peritiores incitatu errorem vitiumque profligent aut rem inchoatam iam consumment, in omnibus campum liberiorem faciliori iam negotio adiri possit, praebiturum. Qu ut mihi fuerunt, sic ceteris, qui in hac arena de usui gratosque fore locos similes aliorum scripto editione apparatui critico praemissos confido ad servandum, sanandum, supplendum non minoris preti ad fontes Gellii plerumque obrutos detegendos. Qu nes colligere quamquam non unius hominis est mu huc pertinentes me fugisse certum est, cum die di ceri ipse satis expertus sim, tamen ad quaestion discernendas in parte quidem capitum satis idonea teriam me suppeditasse affirmare audeo. Neque sol viam inii. Nam praeter illos viros paulo post nomi quorum copias, quamquam eorum ratiocinationi non accessi, cupide arripui, aliosque, ut in Macrobio Wis et Linke, etiam Hertz eandem viam egregie pra verat, cuius exemplis ex Ammiano, Nonio, aliis[3]) c vatis ut pauca adderem, contigit. Sed etiam illi defuncti auxilio in his congerendis quod adiutus summae erga me comitati Ricardi Foersteri Vratisla debeo. Nam cum Hertz Gellii editionem criticam tica provocandam suscepisset eamque operam, cuius men in indice scholarum Vratislaviensium aestivaru

---

1) Vd. et ad XVII 21.

2) De Sotione περὶ διαδόχων, auctore capitis I 9, incertissima, quamquam eius κέρας Ἀμαλθείας I 8 et p obviam fit.

3) Cfr. *Opuscula Gelliana* p. 85 sqq.; 146 sqq. Nonii me allati sunt ex editione LMuelleri, sed paginis Merc

[redacted]



norum 1877 et 1883 iam proposuit, per quinque libros primos paucaque capitula aliorum strenue et naviter impendisset, eo morte litteris erepto thesaurus ille in manus Foersteri collegae pervenit, a quo precanti mihi, ut inspicere liceret, liberrimus usus et commentarii et exemplaris Gelliani ab Hertzio hic illic notis, praecipue coniecturis virorum doctorum, aspersi humanissime concessus est. Quo ex commentario viri in libris atque litteris assidui quamquam erat, quod tollere velles, tamen in his prioribus libris copias meas non semel et auctas et correctas esse grato animo testificor. Proferam vero iam non modo, quae denuo tractavi, capita, sed etiam, in quibus res iam acta est, brevissime adnotans cui subscribam; nam cum disquisitiones dubiae niti debeant certis, hae ut praesto sint, optandum est; praetermittam tamen, ne spatium licitum supergrediar, et in quibus, cum diserte sincereque Gellius suos auctores nominarit, omnia clara sunt, et pauca, in quibus ne coniecturae quidem locus est.

Gellius, quae protulit, desumpsit[1]):

1) HEDirksen *Die Auszüge aus den Schriften der röm. Rechtsgelehrten in den N. A. des A. Gellius* in (Abhdl. der Berl. Ak. d. Wiss. 1851 p. 29 =) Hinterl. Schriften, Lipsiae 1871 I p. 21 (= Di.). LMercklin *Die Citiermethode und Quellenbenutzung des A. Gellius in den Noctes Atticae*, Fleckeis. ann. suppl. III (1860) p. 635 sqq. (= Me.); *Gellii capita quaedam ad fontes revocata* Ind. Dorpat. 1861, quam dissertatiunculam quamvis per bibliothecas et bibliopolas quaesiverim, ut viderem non contigit; summam eius tamen novi ex Hertzio, Ruskio, al. (= Me. ind.); Philol. XVI (1860) 170 (= Me. Phil.); Fleckeis. ann. 83 (1861) p. 713 (= Me. ann.). JKretzschmer *De A. Gellii fontibus. Part. I. De auctoribus A. Gellii grammaticis* (diss. Gryphisw.) Posnaniae 1860 (= Kr.); Fleckeis. ann. 85 (1862) 361 (= Kr. ann.). LRuske *De A. Gellii Noctium Atticarum fontibus quaestiones selectae* (diss. Vratislav.) Glaciae 1883 (= Ru.). OFroehde *Röm. Dichtercitate bei Gellius*, Festschr. f. JVahlen, Berlin 1900 523 sqq. (= Fr.). JWBeck *Studia Gelliana et Pliniana* Fleckeis. ann. suppl. XIX (1892) 1 (= Beck); *De Sulpicio Apollinari* Groningae 1884; *De M. Valerio Probo Berytio quaestiones novae* Groningae 1886 (= Beck *Prob.*); *Zur Quellenanalyse des Charisius* Philol. XLVIII (1889) 255; *Die Quellen in den grammat.*

[redacted]



praef. 4—10 ex Plinio praef. 24 (Me. 672) — Epicteto Arriani l. l., fortasse tamen re vera per nuntium Herodem; nam in numero libri Arriani per errorem labitur, nisi calami vitium est — 3, 1· Plut. περὶ ψυχῆς (Me. 653 sq. Ru. 8), ita tamen, quoque Favorinus intercessisse possit item ut apud L. I 3, 3 (71); nam quae afferuntur eius verba in § libro eius fluxerunt (cfr. Me. 654; 678 Ru. 56), et qu rantur in § 30, etiam apud Diog. L. I 5, 5 (87) le quamquam ibi ut apud Aristot. rhet. II 13 Cic. Lael. Val. Max. VII 3 ext. 3 (non apud Plut. p. 86 C 96 mol. Vatic. 551 Sternb.) de Biante dictum est. I num autem, licet eum fuisse primarium fontem Di Maassio[1]) non credamus[2]), tamen multa cum ali ἀποφθέγματα ei subministrasse nemo negare potes IV 9, 6 (63) V 1, 7 (9) VI 2, 4 (25); 5, 7 (89), si que huic Chilonis vel Biantis vocem de amicitia telicam Arelatensis producit apud Diog. V 1, 11 (21 Theophrasti verba certe fluxerunt ex illo (Me. 653 non minus, ut puto, Plutarchi, cuius artissima fam

---

*Büchern des Plinius Sec.* Philol. LII (1894) 506; Berl. Woch. XII (1892), 1571; 1602. HNettleship *The Noctes of Aulus Gellius* (Am. Journal of Philol. IV (1883) 391 = tures and Essays, Oxford 1885, 248 (= Ne.); vd. et 226; 2 FMünzer *Beiträge zur Quellenkritik der Naturgesch. des* Berol. 1897 (= Münzer). ORibbeck *Prolegomena ad Ver* Lipsiae 1866 (= Ribbeck). HRoehrig *De P. Nigidio Figulo duo* (diss. Lips.) Coburgi 1887 (= Roehrig). ASwoboda *P. Figuli operum reliquiae* Vindobonae 1889 (= Swoboda). *De Probis grammaticis* Ienae 1871 (= Steup), vd. et Mus. 27 (1872) p. 62; 192. FRudolph *De fontibus, quibus Aelia usus sit* stud. Lips. VII (1884) 1; *Die Quellen und die S stellerei des Athenaeus* Philol. suppl. VI (1891) 109; *Zu den Q des Aelian und Athenaeus* Philol. LII (1894) 652.

1) EMaass *De biographis Graecis* (Kiessling-Wilam Philol. Unters. III) Berolini 1880.

2) Wilamowitz ibd. et Herm. XXXIV 632; Usener Sitz der Berl. Ak. 1892, 1023; Gercke *De quibusdam L. Diogenis toribus* Index aestiv. Gryphisw. 1899. Vd. et Leo *Biograph*

[redacted]



tate secum coniuncti doctrinam philosophus Gallus etiam numero librorum eum aemulatus (Suid. s. v.) non respuit; neque hoc mirum est, nam cuius nomine exornaverat librum περὶ Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, ab eo librum περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ suo nomine inscriptum et epistulam περὶ φιλίας recepit; ut ipse inducitur in illius quaest. conv. VIII 10 et laudatur quaest. Rom. 28, sic vel eius servum contra Epictetum certantem facit (Marres *De Favorini vita* p. 14; 90; 134) — 5 Ex Sotione illa probra accepisse Gellium Hertz *Op. Gell.* 60 arbitratur, a quo cum Ru. 9 dissentio. Demosthenem a philosopho ad rhetorem transeuntem (III 13) descripsit Hermippus, ex Hermippo Favorinus; huic vindicabimus etiam, quae legimus de Demosthenis ante Philippum silentio (VIII 9), item quomodo Timon cavillatus sit Platonem (III 17) et Euathlus ludificatus Protagoram (V 10), nec non alias de clarissimis viris narratiunculas (I 17 II 1; 18 V 3 XIV 3); nonne etiam convicia ab Aeschine[1]) in aemulum invisum iactata eidem auctori originem debent simulque Hortensii responsum facetum et acerbum? Sic quoque sententia Schaeferi Philol. VI (1851) 427 stare potest illa antea ab Hermippo tradita esse — 7 ex Probo (Me. 679 ind. 14 Ne. 273 Ru. 17; 20)[2]) — 9 ex Sotionis περὶ διαδόχων (Me. apud Hertz *Op. G.* 61), vix recte; ex Tauro Ru. 50 — 10 ex Favorini sermone (Ru. 54 cfr. Kr. 80)[3]) — 11 ex Varronis discipl. VII (de musica) additis a Gellio verbis ipsis Thucydidis, Herodoti, Ciceronis, Aristotelis (Ru. 7; 29)[4]) — 12 ex Labeonis commentariis (Me. 650; 654 Ru. 11; 16; 62; 66 Ne. 266)[5]) — 13 ex Panaetio περὶ τοῦ καθήκοντος (Ru. 46), quamvis ad scriptorem liberae rei publicae refugere verear; nam haec satis

1) Hunc ipsum fontem fuisse Gellio in § 1 Kretzschmero 13 non assentior, quamvis eius in Timarchum oratio XVIII 3 occurrat, sed accuratissime inscripta et exscripta.

2) Cfr. Beck 29. 3) Ex Plinio de dub. serm. Beck 8.

4) Cfr. et Kr. 6 Me. ann. 721.

5) Item Rud. Peter *Quaestionum pontificalium specimen* Argentorati 1886 p. 9; 29.

saepe tractaverunt et Graeci et post Ciceronem Roman Exemplum Crassi ex ipso Sempronio transsumptum e (Kr. 7 Ru. 17) — 15 plura quam § 17 deberi Favorin opinatur Kr. 104; eundem esse familiarem Probi (§ 18 Beck *Prob.* 10, sed dilucide a Favorino is distinguitu potest esse Fronto[1]), qui etiam II 26 cum Favorin consociatus dictum illud Sallustianum p. 107 et paululu detortum p. 155 N. profert mutationem[2]) tamen Probi no amplexus — 16 fluctuant inter Verrium coll. Fest. p. 15 20; 158, 1 (Kr. 72 Ne. 226), Probum (Me. ind. 13[3]) N 274), Plinium (Beck 24; 29) — 17, 1—3 ex Favorin (Ru. 56 Fr. 530)[4]) — 18 Gellium ipsum Varronis errore detexisse ut putem, a me impetrare nequeo, neque accep a Cloatio Vero, cuius stolidas interpretationes XVI 12 i crepat, quamvis in eius libris 'verborum a Graecis tra torum' non pauca inesse curiose et sagaciter conquisi non infitietur. *Furtum* a *furvo* deductum transsumps Labeo, a φώρ alii (Dig. XLVII 2, 1 pr. Inst. IV 1, 2 itaque Gellius videtur sua mutuatus esse a iurisconsul aliquo.[5]) Servius g. III 407 etsi exemplum Horati

1) Hertz in autographo Annianum eum esse putat. Gelli multa ex Frontonis verborum copia sua fecit, cfr. locos allat ad I 12, 3; 15, 2 V 2, 4 VI 14, 1; 6 XIII 1, 6 XIX 8 XX 1, 21 a vd. et praeter KSittl *Lokale Verschiedenheiten der lat. Spr.* E langae 1882, Kr. 103 ThSchwierczina *Quaestiones Frontonian* Vratislaviae 1883; in maioribus autem eum non deprehen praeceptoris exemplum anxie sectatum; quin discrepant int se; nam quod vitium verbi Fronto Gellianus XIX 8, 3 iudica pluraliter usurpatas *harenas* ipse admisit p. 16; 264 N. cu aliis haud paucis.

2) De verbo *loquentia* apud Plinium ep. V 20, 5 exstan vd. Beck *Prob.* 10 et Steup 130 adn. 31 quamvis de Probo erran

3) 'non sine probabilitatis specie' Hertz in autograph Cfr. Mirsch *De M. T. Varronis antiquitatum rerum hum. libr XXV* stud. Lips. V (1882) 5.

4) Cfr. Plut. de inim. util. 8 p. 90 E Sternbach, gnomol. Vati 480 (Wiener Stud. XI p. 216).

5) Non est Masurius Sabinus, quo traheret eius de furt liber Gellio XI 18 notus; nam is *furtum* a *fraude* derivat (Dig. l. l.

[redacted]



num addit, ex Gellio, quem nominat A. V 738, pendet; sed etiam apud Prisc. I 11, 21; 27, 23 haec ex sermone Graeco translatio invenitur — 19 ex Varronis rer. div. IV (Kr. 46 Ru. 23)[1]) — 20 ex Varronis discipl. IV (Kr. 8; 30; 50 Ru. 29 Ne. 266)[2]) — 21 ex Hygino l. l.[3]) fortasse praeter § 6 sq. (Fr. 542) — 22 an ex Probo? cfr. II 17 IV 17[4]) — 23 ex Catone l. l.[5]) — 24 ex Varrone l. l. (Kr. 52 Ru. 26; 72 Me. ann. 719)[6]) — 25 ex Varrone l. l., § 17 fortasse ex Opilio ipso (Me. 702 Kr. 41; 45)[7]) — 26 ex Tauri commentariis (Ru. 52; vd. Ne. 258).

II 1 ex Favorini sive *ἀπομνημ.*[8]) sive *παντοδ. ἱστ.* (Ru. 56) sive de Socrate (Me. 678)[9]) — 3 non ex Nigidio (ut vult Kr. 57, cfr. Ne. 272), sed ex grammatico recentiore, fortasse ex Probo[10]) intercedente Optato[11]), fortasse ex Suetonio, cfr. GLK I 365, 19 — 5 ex Favorini omnigena historia (Me. apud Hertz ed. maior.); nescio, an ex gnomologicis, quae eum scripsisse Suidas auctor est — 6 Vergilii exempla aut ex Cornuto (Kr. 78; 81) aut ex Cornuto et Hygino

1) Cfr. Hertz ed. maior. ad I 18, 1.

2) Sic iam Ritschl opusc. III 352, qui idem agi in libro de principiis numerorum dicit p. 442. Vd. et Friedlaender *Sittengesch. Roms*[6] III 701 adn. 3.

3) Cfr. Ribbeck 117 sq., qui partem Sulpicio Apollinari tribuit (vd. Me. 659); ex Probo Ne. 274.

4) § 12 sq. ex Hygino Kr. 78.

5) Ex Cornelio Epicado de cognominibus Ne. 264.

6) Cfr. Ribbeck *Röm. Dichtung* I 26, Borman, Arch. ep. Mitth. aus Oest. XVII 232.

7) Cfr. Gruppe, Comment. Mommsen. 546, contra Mirsch *Varronis antiq.* 59 et Varronem et Quadrigarium et Opilium ex uno posterioris aetatis fonte manasse statuit.

8) Cfr. Rudolph stud. Lips. VII 61 Philol. LII 661.

9) Cfr. Marres 85.

10) Probus *orcho* aspiravit apud Serv. pl. g. I 277; nam Berytius videtur, quamquam item in catholicis (GLK IV 38, 29 cfr. 10, 22; 14, 33; 22, 27), cum quibus consentit Serv. g. III 223 dissentiens tamen in exemplis; nam pro *lurcho* catholicorum *sepulchrum* habet. De *incohando* cfr. ibid. in catholicis et Verium GLK I 365, 17. Vd. et Ribbeck 139; 202 sq.

11) Cfr. Roehrig 13 Swoboda 13.

(Me. 659 ann. 722)[1]); sed cum § 5 certe ex Probo Ru. 12)[2]), etiam, quae alia obicit in obtrectator ex eodem fluxerunt, ut § 20, quam ex Verrio de esse Kr. 72 (cfr. Ne. 226) suspicatus erat, et fortass Cornuti castigationes[3]) — 7 ex Panaetii περὶ καθ Ru. 46 (cfr. Ne. 260), male; nam in § 2 et Gra Latinos scriptores de hac re disseruisse scriptum est. quamquam non ita accipiendum est, ut Gellius do ex Graecis et Latinis compilasse putetur, tamen i fonte utrosque nominatos esse statuendum est. Panaetius cum philosophos Romanos vix nominare p numero auctorum detrahendus est. Non minus e in § 20 allata, nisi sunt a Gellio addita, in a posteriorem nos reducunt. Vt Gellius, εἰ πάντα π τοῖς γονεῦσιν, tractavit Musonius apud Stob. flor. LX (III p. 90 M.) non male congruens cum praeceptis Gelliani tantum non omnibus. Etiam Musonii e p. 402 Herch. cum Gellii § 13 aliquatenus cons Quae profert ex Musonio, se audisse vel accepisse affirmat V 1, 1 XVI 1, 1; etiam hoc loco doctrina sophi ad Gellium pervenit intercedente sive Herode ut IX 2, 8, sive Calvisio Tauro, qui quamquam ac cus (VII 10, 1) tamen stoicos non aversatus est (I cfr. XII 5, 5) quique II 2 de ratione officiorum inter et parentes vigentium disputat. Ad eundem trahin suspicio altera — ac certe nil nisi suspicandi hic est — magis blandiatur. Musonio melius cum Gelli consentit Hierocles capite Stobaei illud Musonianu cipiente (III p. 98 M.): πῶς χρηστέον τοῖς γονεῦσιν idem Taurus eius interpres existimandus est, qui tes

1) Vd. Ribbeck 120. Ex Asconio contra obtrectator gilii Ne. 271, cfr. Beck *Prob.* 10.

2) Cfr. Ribbeck 145 Steup 111 Beck *Prob.* 10 Thilo *Servian.* 12 *ed. Serv. praef.* XXIII Skutsch *Aus Vergils F* 100 adn.

3) Cfr. Ribbeck 145.

4) Cfr. Praechter *Hierocles der Stoiker* p. 50; 53 adn

II 5, 8 stoici illius dictum contra Epicurum iactatum semper ore volvebat — II 8 et 9 ex Plut. l. l. (Ru. 48 Me. 259) excepto fortasse 8, 9 (Me. Phil. 170) — 10 ex Varronis quaestionibus epistolicis (Kr. 53; 60 cfr. Me. 661)[1] — 11 ex Varronis annalibus (Ru. 25; 42; 72 Ne. 265)[2] — 12 ex Favorino puto, quem nominat in § 5 (cfr. Ru. 55)[3] — 13 ex Sempronio l. l. (Me. 644; 704 adn. 15 Ru. 17), sed fortasse intercedente Probo, quo Donatus et Servius cum Gellio hic concinentes saepius utebantur.[4] Eiusdem, qui de dubio perfecto egit, verba et iudicium referre caput 14 maiore etiam probabilitate Ne. 274 conclusit, cfr. Ru. 12 — 15 ex Varronis aut antiquitatibus rerum humanarum aut Aetiis (Ru. 22; 42) aut de gente populi Romani[5]) — 16 ex libro Sulpicii Apoll. (Me. 678 Kr. 96; 107)[6] — 17 non suo periculo Ciceronem Gellius aggredi ausus est. Multorum, qui illius argumentationem amplexi sunt, nemo propius accedit nisi is, qui de ultimis syllabis scripsit; cfr. locos non ita inter se distantes GLK IV 253, 20 et 255, 4 et de perfecto *coegi* (Gell. § 10) 262, 9. Cui licet nomen Probi mera coniectura Parrhasii inditum sit, tamen in iis, quae nos spectamus, Minerva illi favisse videtur. Nam ut hic de productis *in*, *con*, *pro* disputatur,

1) Ex Verrio Ne. 226.

2) Ex Varronis rer. hum. libris Zschech *De Cicerone et Livio Valerii Maximi fontibus* 43, 1 Kettner *Varronis de vita populi Romani* 13; communem fontem et Varronis et Gellii statuit Kempf *Val. Max. ed.* praef. 20.

3) Wilamowitz *Aristot. und Athen* I p. 298 adn. 1.

4) Donatus octiens Probum affert; cfr. praeterea Serv. A. II 543 *Probus, Asper, Donatus* VI 177 *Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt* (ad hanc dictionem cfr. Gell. XII 14, 7 *censuimus amplius quaerendum*); Servius et genuinus et plenior plus triciens, saepiusque occulte eum exscribunt, ut ipse Donatus.

5) Hertz: 'aut de vita populi Romani coll. (Plut. quaest. Rom. 33) Non. II p. 77, 2 aut ex antiq. rer. hum. aut de gente populi Rom. coll. Serv. A. VII 176, cfr. Mercklin Philol. III 271'. Ex fonte ignoto legibus Iuliis non vetustiore Ne. 266.

6) Partim ex Caesellio Vindice Ne. 268.

sic IV 17 de *con*, *sub*, *ob*, *pro* addito praeter alia eod exemplo Sallustiano, quod caput ad Probum vel Sulpici Apollinarem revocarunt. Ex Probo hauserunt Diome (cfr. Keil pr. LII) et Priscianus, praecipue in capite perfecto: habes Gellium § 2 concinentem cum Diome 409, 2; 433, 15, § 11 cum Prisciano I 461, 14 (de *coeg* Haec omnia documenta esse infirma non me fallit, sed n infirmiora, quam quibus nisus Beck 8 Plinium ex infe arcessivit. Itaque his ex suo quisque ingenio demat addat fidem — 18 ex Favorino (Ru. 45; 60)[1]), qui Hermippo περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων hau (cfr. Me. 678)[2]) — 19 Gellium Catonem hic non inspexi iudicium ceteroquin cohibens Ru. 11 statuit. Cum qu Gellio, idem Donato compluribus locis constet, confuger ad communem fontem Probum, nisi me auctoritas Merckli (apud Hertzium) moveret, qui ob *propriam* et *proprie* § 1 sq. et *proprio nomine* in c. 20, 7 ex libro de propri tate haec duo capita deprompta esse coniecit. Itaque poti de Verrii de significatu verborum libro cogito, cui etia caput 21 vindicandum est (Ne. 256)[3]), ut haec tria capi ex eodem auctore ortum duxerint pari modo atque XIII 1 12; 13 et XVI 16; 17; 18 ex Varrone, XIII 14; 15; 16 Messala, XIV 1; 2; 3 ex Favorino, XVII 15; 16; 17 Plinio, XIX 2; 4; 5; 6 ex Aristotele. Exempla et to argumentandi ratio optime quadrant ad grammaticu Augusteum, quamvis vix comparare ausim 20, 5 *roborar* . . *appellata a tabulis roboreis, quibus saepta essent* et Pa p. 264, 12 *robus* . . *arcis robusteis includebatur* — 22, 3—2 24—26 ex Favorini παντοδ. ἱστ.[4]) — 23 Similis est con

1) Cfr. Maass *Biogr. Gr.* 106 (sed etiam Wilamowitz 16 Wachsmuth, symb. philol. Bonnens. 140.

2) Brandt ad Lactant. inst. III 25, 16: 'e Seneca fortas etiam Gellius II 18'.

3) Cfr. Mentz *De L. Aelio Stilone* comment. Ienens. IV (189 50; aliter Kr. 47.

4) Sic Reifferscheid *Suetonii rell.* 474 Kaibel *Antike Win rosen* Herm. XX (1885) 593 Roehrig 15 Swoboda 62; perpera

[redacted]



aratio, quam inter Vergilium et Pindarum instituentem 'avorinum Gellius XVII 10 facit, non dissimiles in eadem rutina suspensi Vergilius et Theocritus Homerusque IX 9. loc caput aut totum aut magna ex parte ex Probi colectaneis in Gellii descendit; non eadem probabilitate etiam lterum Berytio Kr. 106 addixit; quem cum hic quoque ominare prope absit, tamen in re incertissima artem esciendi profiteri praeplacet[1]) — 24 ex Capitone l. l. Ru. 67)[2]) exceptis fortasse § 4—6 et 8—10 (Me. 700 'r. 537) — 26 ex Frontonis opere aliquo (Me. 679)[3]) — !8 ex Varronis rer. div. VIII[4]), § 5 sq. fortasse ex Catone ipso (Ru. 11; 24 Ne. 266) — 29 ex Ennii saturis Kr. 12 Fr. 527) — 30 ex Nigidii de vento Me. 677, cauius Ne. 262.

III 2, 1—13 ex Varronis rer. hum. XIV (Di. 50 Ru. 21; 4 Fr. 535 Ne. 267)[5]) — 3 ex Varronis de comoediis 'lautinis I (Me. 643 ann. 721 Kr. 6; 18; 40 sq.; 53)[6]) — ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 Ru. 41)[7]) — 5 ex 'lut. symp. VII (Me. 665 Kr. 4 Ru. 49) — 6 ex Aristoele et Plut. l. l. (Me. 647 Kr. 4 Ru. 49) — 9 ex Iulio

---

le. 677; 700 Ne. 262 Reitzenstein *Die geogr. Bücher Varros* lerm. XX (1885) 514. De Favorini quaestionibus physicis vd. larres 59.

1) Similiter atque Gellius de Caecilio cum Atticis comparato iudicat Quint. X 1, 99 sq.; aliter suam patriam extollens 'ell. I 17, 1, qui facetias ei atque Terentio non derogat.

2) Cfr. Bremer *Iurisprudentia antehadriana* II 286.

3) De § 19 vd. Kr. 58 Roehrig 15 Swoboda 25 adn. 1.

4) Sic Merkel *Ov. fast.* praef. CLIII; ex Ateio Capitone coll. V 6 Me. apud Hertzium.

5) Sic et Unger *Tages Anfang* Philol. LI (1892) 16 Bilfinger *Der bürgerliche Tag* 16 Münzer 257, cfr. et Mirsch *De Varronis antiq.* 59; 74.

6) Cfr. Mentz *De Stilone* 23 Leo *Plaut. Forschungen* 61; dissentit de poetarum locis Fr. 531.

7) Sic Bunte *De Hygini vita* 37 adn., *Hygini fab.* p. 12. Me. apud Hertzium putat fortasse respiciendum esse ad Varronis hebdomadas, cfr. Plin. VII 59, 211 (Varr. r. r. II 11, 10). Vd. Münzer 260.

Modesto l. l. (Ru. 38, cfr. Me. 650) — 10 et 11 ex Varro l. l. (Me. 644; 647; 700 Kr. 53 Ru. 7; 27; 72 — K 19; 40 Ru. 4; 27)[1]) — 13 ex Favorino (Me. 678 R 45; 60) — 14 ex Varronis discipl. V (de arithmetica) (K 10; 51 Ru. 12; 29) — 15 ex Verrii rerum memori dignarum libro (Ru. 39 Ne. 274)[2]) — 16, 1—12 ex d creto Hadriani (Me. 655 Ru. 43), cui diversis temporib accreverunt § 13—20 ex Varrone, Homero, Sulpicio (M 655; 704 Kr. 107 Fr. 531) et 22 ex Plinio l. l. translat (Me. 664; 702; 704 Ru. 42) — 17 ex Favorini comme tariis (Me. 677 Ru. 59)[3]) — 18, 1—4 et 19, 1 sq. ex Gav Basso l. l. (Me. 665 Ru. 31)[4]), 18, 5—10 ex Varrone Laberio (Me. Philol. 170 Ru. 31 Fr. 534).

IV 1 ex Masurii iuris civilis II (Di. 35 Me. 645; 67 702 Kr. 80 adn. Ru. 64 sq.; 67)[5]) — 2, 1—12 ex Cael Sabino l. l., 13—15 ex Masurio (Di. 41 sq. Me. 647; 70 Kr. 79 Ru. 65 sq.; 69 sqq.) — 3 et 4 ex Neratii de nupti

1) Münzer 174; 11, 6 fortasse ex Aristotelis πέπλῳ Me. 67 'parum probabiliter' Hertz recte.

2) Cfr. COMueller *Fest.* praef. XIII Münzer 320. Hert 'similem morti Diagorae (§ 8) mortem Chilonis rettulerat He mippus (Diog. L. I 3, 72 corr. ab OJahn Philol. 26, 4) claroru virorum morti indagandae et enarrandae omnino curiosus (v LMendelssohn, Acta soc. phil. Lips. II 193); collatis igitur, qu ad capp. 13 et 17 adnotavit Mercklin, hoc etiam caput ad F vorinum referas, ut ex Gellii more singula capp. inter bina ca ex eodem fonte hausta interiecta sint. Varronem agnoscere s videtur Mendelssohn', fortasse hic melius illis. Nam illud *pra terea* in § 4 significare videtur alterum iam exordiri auctore ut haec tantum paragraphus ad Verrium ex annalibus haurie tem pertineat. Certe Aristotelis nomen (§ 1) neque apud Festu neque apud Paulum occurrit.

3) Item Maass *Biogr. Gr.* 106 adn. 118, qui etiam de om gena historia cogitat. Simili modo Favorinus Platonem o de re publica fere totum e Protagorae Ἀντιλογικοῖς surripui insimulat apud Diog. L. III 35 (57); cfr. infra p. XXXII.

4) 'but the bulk' (capitis 18) 'of the note may be fro Verrius Flaccus, see Festus p. 210' Ne. 268, cfr. 226.

5) Ex Plinio Beck 17, ex Verrio Ne. 268.

Di. 32 Me. 648; 666 Kr. 59 Ru. 65)[1]) — 5 ex Verrii rerum memoria dignarum I (Me. 651 Kr. 7 Ru. 38) — 6 praeter fortasse § 4 ex Capitone l. l. (Kr. 67 Me. ann. 719) — 8 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 Ru. 40, cfr. Ne. 261) — 9, 1—2 ex Nigidio, 3 sqq. ex Masurio l. l. (Kr. 31; 55 cfr. 79)[2]) — 11 ex Plutarchi de Homero I praeter § 3, quae ex Cicerone ipso (Ru. 48); dubito, num recte. Gellius (§ 13) Plutarchum in symposiacis piscium mullorum esum Pythagoricis abiudicasse vult; nihil de mullis invenies apud Plut. symp. VIII 8, qui non nisi generatim de piscibus exponit. Recte tamen mullos Gellius excepit, quorum usum Pythagoras prohibuit teste Aristotele apud Diog. L. VIII 1, 18 (19); cfr. 19 (33). Itaque mullis neque delere volui cum Hertzio neque mutare cum Mommseno, sed inde ortum existimo, quod Gellius duos locos alterum Plutarchi alterum nescio cuius scriptoris, quos iuxta positos in fonte suo invenerat, confusos Plutarcho in symp. attribuit. Quis emerget fons? Multa, quae in hoc capite exstant, apud Diog. L. VIII 1 reperiuntur. Quae Aristoxenus § 6 dicit, recurrunt fere VIII 1, 18 (20); non minus, quae Aristoteles teste Plutarcho in § 12, ibidem in paragrapho, quae antecedit, nec male Ciceronis verba § 3 conferas cum Diog. 19 (24). Xenophilus, Aristoxeni familiaris, (§ 7) non occurrit apud Plutarchum — ut perraro Aristoxenus ipse nisi in re musica —, obviam fit apud Diog. 24 (46).[3]) Ille biographus non

---

1) Ex Servio Sulpicio Ne. 267; cfr. Di. 322 Me. 648; 666. Vd. et ASchottmueller, symb. philol. Bonnens. 826 PSchmidt *De Nonii auctoribus grammaticis* 8.

2) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II 323 Thilo *Quaest. Serv.* 22 Roehrig 11 Fr. 539 Münzer 168.

3) Fortasse hic quoque, quae legit, Gellius confudit aut eius auctor. Aristoxenus l. l. *πάντα τἆλλα συγχωρεῖν αὐτὸν ἐσθίειν ἔμψυχα, μόνων δ' αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀροτῆρος βοὸς καὶ κριοῦ.* Ante Aristoxeni verba sunt haec: *θυσίαις ἐχρῆτο ἀψύχοις· οἱ δέ* (fortasse iam hic Aristoxenus indicatur) *φασιν, ὅτι ἀλέκτορσι μόνον καὶ ἐρίφοις γαλαθηνοῖς τοῖς λεγομένοις ἁπαλίαις, ἥκιστα δὲ ἀρνάσιν.* Illos *ἐρίφους γαλαθηνοὺς* et Gellii (§ 6)

parvam vitae Pythagorae partem ex Favorino assump cuius duo gravissima opera nominat § 12; cfr. 15 et, u de homonymis agitur, 25 (47; 48). Cum Favorino pae coniunctus legitur Aristoxenus 15 (15 sq.), ubi tertius a stat Xenophilus ille. Aristoxenum Diogeni per Favorinu innotuisse alio exemplo satis luculenter ostendi pote Diog. III 25 (37) postquam Favorino auctore usus Platone Aristoteli recitante verba fecit, pergit: *πολιτεί Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γράφθαι ἀντιλογικοῖς*; idem profert 35 (57) (*πολιτείαν*) *εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς ἀντιλο κοῖς φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῆς ἱστορίας δευτέρῳ*. N esse utrumque ascitum, sed Favorinum Diogeni nom Aristoxeni suppeditasse iam ex accurata inscriptione eluc Eadem res est de Dicaearcho, quem exeunte capite se hibuisse Gellius prae se fert, cfr. illum apud Athen. X 12 p. 620[d] *τοὺς δ' Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐρραψῴδησ Ὀλυμπίασι Κλεομένης ὁ ῥαψῳδός* et Favorinum in comme tariis apud Diog. VIII 2, 8 (63) *αὐτοὺς δὲ τούτους* (*Ἐ πεδοκλέους*) *καθαρμοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ διαρραψῳδῆσαι λέγει Κλεομένην τὸν ῥαψῳδόν*; vides eandem rem a duobus eod modo traditam; certe unde Diogenes, inde etiam Athenaeus Itaque et Plutarchus[2]) et Aristoxenus et Dicaearchus non Cicero, cuius exemplis suam doctrinam exornare an velut XIII 25 XVIII 7, ad Arelatensem ducunt, quem auctorem amplectimur, non opus est duos vel tres fon huius capitis sumere — 12 ex Catone (Me. 662 Ru. 13 — 13 Qui ex Theophrasto hoc caput desumptum put specie is capiatur. Paululum iam offendit liber philoso allatus nulla addita inscriptione. Quam cum supplend esse in apparatu critico proposuerim omissam eodem mo quo paucis post versibus, quin inscriptio libri Democri

---

haedos teneriores eosdem esse me subit suspicio; confudit igit quae ederit Pythagoras quaeque immolaverit.

1) Vd. et Rudolph Philol. suppl. VI 121  2) Vd. p. X

3) Ex Masurio Sabino coll. 20, 11 (VI 22) Me. apud Hertziu cfr. Münzer 60.

[redacted]



desit, non dubium est neque a librario codicis R plane reticetur, ne falsam viam inierim, iam timeo. Theophrastum ipsum a Gellio inspectum esse nusquam demonstrari potest, potest subinde demonstrari eius notitiam per alterum propagatam esse, sic I 3, 10 VI 8, 2 XVI 15. Eodem modo hic quoque aliena pro suis Gellius venditavit. Theophrasti de artis musicae vi doctrinam praeter eum Plinius, Athenaeus, Martianus, Eustathius referunt. Qui cum neque alter ex altero hauserint neque omnes ex ipso peripatetico, medius quis exstitit, cui sua debeant. XVI 15 quae Theophrastus dixit, accepta sunt a Favorino; etiam hic nummos moneta sophistae percussos Gellius numerare videtur. De Theophrasto apud Favorinum vd. Diog. L. VIII 1, 25 (48)[1]), de eius Democriti cognitione vd. ad V 3 X 17 Plut. quaest. conv. VIII 10 p. 734 F Diog. IX 7, 2 (34); 8, 2 (50). Iam si recte sententiam tulimus de capite hoc et undecimo, habemus duo capita eiusdem auctoris interiecto tertio separata, qui usus receptus est Gellii; vd. Ru. 2; 9 — 15 ex Asinio (Me. 663 Kr. 65) et Probo (? Me. 663) — 16 ex Caesellio (Kr. 60; 96 Me. ann. 719)[2]) — 17 ex Probo[3]) vel Sulpicio Apollinare[4]) (Kr. 90 Ru. 12) — 18 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 cfr. Ru. 40)[5]) aut Nepotis exemplis[6]) — 20 ex Masurio l. l. (et Scipione l. l. Ru. 15).

V 1 ex Epicteto Arriani vel ex Herode Attico (Ru. 50) — 2 non ex ipso Charete depromptum esse ex omissa libri inscriptione Ru. 5 collegit; caute nihil addidit, unde Gellius

---

1) Vd. Diels *Doxographi Graeci* 497 adn. 7.

2) Cfr. Hertz *Op. G.* 143 adn. 51 Swoboda 82. Ex Plinio Beck 6; 9 *edit. Plin.* 17, quocum hic consentit Ne. 278. Vd. et Roehrig 12.

3) Oppugnat Steup 180 adn. 57, sed cfr. Ribbeck 139.

4) Nam hi secerni non possunt; cfr. praeter Gellium hic et XII 13 XIX 13 XX 6 scholia Veronensia ad Verg. A. IX 369 p. 441 H. *hoc loco adnotant Probus et Sulpicius.* Vd. Ribbeck 173.

5) Sic iam Bunte *De Hygini vita* 39; sed vd. Ru. 14.

6) Sic Nissen *Krit. Unters... zur 4. u. 5. Dekade des Livius* 214, cui adstipulantur Mommsen *Röm. Forsch.* II 424 Peter *Hist. Rom. rell.* I 293, 5 Münzer apud Pauly-Wissow. IV 1476.

[redacted]



sumpsisset. Coniectura lacunam praecludere diu stud irrito incepto; nam quae proferam, vix probabilitatis sp ciem habebunt; tamen proloquar. Aelianus nat. an. VI 4 ubi de animalium erga dominos comitate amicitiaque agi eandem, quam Gellius, narratiunculam spectare videtu sed *ὁποῖος ἦν ὁ Βουκεφάλας εἰς Ἀλέξανδρον*, ut notissimu enarrare noluit; vellem, ut clarius videremus. Aelian ubi cum Gellio conspirat, interdum ex Apione hausit, in huius libri c. 14 leonis cum Androclo amicitiam aliqua affinitatem cum Bucephali in Alexandrum habentem; Apione, qui scripsit de laudibus Alexandri, Gellius VII suam de regis continentia laudem mutuatus est; fortas igitur eundem capitis V 2 fontem odorari licet. Si qu Rudolph[1] repperisse se putat, Aelianus et Athenaeus Favorino sua sumpserunt, hic optimus auctor, ut in c. intercederet inter Gellium et Charetem; nam illum Alexandro scripsisse ex Iulio Valerio I 13 comperimus; s haec omnia nimis dubia sunt, cfr. Rudolphium oppugna tes CABapp stud. Lips. VIII 151 et LCohn Philol. An XVI (1886) 96 Philol. LII (1894) 722 — 3 ex Favori (Ru. 60)[2], quem de Protagora egisse Diog. L. IX 8, 2 (5 expressis verbis tradit — 4 ex Probo (Ne. 274, cfr. Ru. 16) — 5 ex Claudio Quadrigario (Ru. 19) — 6, 1—23 et praeter Caecilii locum ex Masurio (Di. 58 Me. 702 Ru. 1 70 Ne. 267 Fr. 538)[4] — 8 ex Hygino de Vergilio (Kr. 77) — 10 et 11 ex Favorino[6] — 12, 1—12 et 14 ex Varr

1) Vd. supra p. XXII.

2) Item Maass *Biogr. Gr.* 105 adn. 112. Cum Protagora, q docuit *τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν* (§ 7), cfr. quod Favori studium, quidquid libitum est, arguendi tuendique festive stri git Caecilius Sextus XX 1, 21.

3) Cfr. Mirsch *Varronis antiq.* 59.

4) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II p. 369. Quod Grup comment. Mommsen. 546 summam capitis ex Varrone proficis contendit, non obstat; cfr. et Mercklin *De Varrone coronaru Romanorum milit. interprete* Ind. Dorpat. 1859.

5) Ex Asconio contra obtrect. Ne. 264.

6) De c. 11 cfr. Freudenthal Mus. Rhen. XXXV 418; 41

nis rer. div. puto, ut XIIII 23. A Verrio, quocum hic saepius Gellius concordat, tamen eo discordat, quod in § 10 etiam augendae rei vim particulae *ve* tribuit, Festus p. 368, 14; 372, 14; 379, 4 non nisi minuendi vel ad malam partem mutandi; cfr. Kr. 74 — 13 ex Masurio l. l. (Ne. 266)[1]) — 15, 1—3; 5—8 (9) et 16, 1—4 ex Tauri περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων (Ru. 52 Me. 667 ind. 11 Fr. 536)[2]) — 17 praeter § 5 et 18 ex Verrio l. l. (Me. 666; 701 ann. 720 Philol. 170 Kr. 4; 70 Ru. 17; 72) — 19, 1—14 ex Masurio (Di. 55 Ru. 63 sq.; 69 Ne. 267) — 20[3]) fortasse praeter § 6 sq. et 21[4]) ex Sinnio l. l. (Me. 644; 666 Kr. 26; 41; 61 Ru. 11; 17).

VI 1 ex Hygini de viris ill. (Me. ind. 14 Ru. 40) — 2, 1—7 ex Caesellio l. l. (Kr. 96 Fr. 540) nescio an intercedente Sulpicio Apoll. aut Terentio Scauro (Me. 659)[5]) — 4, 1—4 ex Caelii Sabini de edicto aedilium curulium (Ru. 70, cfr. Ne. 269)[6]), § 5 ex Catone l. l. (Ru. 13; 70) — 5 si locus est divinandi, Favorini rationem sentire mihi videor — 6 ex Aristotele[7]) — 7, 1—5 ex Probo (Kr. 101)[8]) — 8 ex Apione l. l.[9]) — 9 ex Probo (Me. 652 ann. 718 Kr. 84 sq. 97 Ru. 20 Ne. 273)[10]) — 10 ex Varronis quaest.

Illud ἀντιστρέφον etiam Stob. flor. LXVII 17 (III p. 3 M.) et gnomol. Vatic. 2 Sternb. afferunt.

1) Aliter Ru. 12; 69, cfr. Kr. 22

2) Cfr. Diels *Doxogr. Gr.* 197 adn. 1. Aliter Ne. 258. Vd. et Brandt Fleckeis. ann. 143 (1891), 252.

3) Cfr. Beck 11 sqq.

4) Cfr. Swoboda 82 Mentz *De Stilone* 24.

5) Cfr. Schmidt *Nonii auct. gramm.* 149.

6) Sic etiam Gronov, Huschke, Di. 41 adn. 80

7) Cum librum περὶ μνήμης Gellius afferat, verba tamen legantur in libro περὶ ὕπνου, haec duo Aristotelis scripta unum volumen effecisse conclusit Birt apud Natorp *Gesch. des Erkenntnisprobl.* p. 180 adn. 1.

8) Contra Probum Steup 132 Beck *Prob.* 11.

9) Fides talium narrationum quanta esset, bene illustravit Marx *Griech. Märchen von dankbaren Tieren.* Cfr. Usener *Sintflutsagen* 143 Wellmann Herm. XXX 169.

10) Cfr. Ribbeck 147 Steup 199; ex Plinio Beck 14 *Prob.* 15 (cfr. Roehrig 15), de quo vd. Goetz, ind. Ienens. aestiv. 1893 p. V.

epist. I (Kr. 39) — 11 an ex Probo?[1]) — 12, 4 Scipione l. l., § 6 sq. a Gellio additae sunt (Ru. 15 l Malim totum caput praeter § 6 et fortasse 7 ad V revocare ad eundemque Augustinum doctr. Christ. 20 de tunicarum prolixarum apud Romanos usu ( tem, qui Reatinum nominat II 17. De vestibus fuse egit in libro de vita populi Romani primo (( XIV s. v. *toga*, *subucula*, *ricinium*, *caltula*, *un* *flammeum*) nec non altero tertioque[2]) — 13 ex de obscuris Catonis (Me. 660 Kr. 76 Ru. 12) — Varrone (Me. 651 Kr. 49) — 15 ex Labeone l. l. adn. 103 Me. 648 Ru. 64; 66 Ne. 268) — 17 ne ex Verrio, sed Paulus parum iuvat — 18 et 19, 1 Nepotis exemplis (Me. 668 Kr. 5 Ru. 20; 34 Ne. — 20 ex Hygino (Kr. 77; 82; vd. Me. ann. 71 Probo Ne. 274 rectius opinor — 21 an ex Tauri d non ita distant, quae VII 13 de quaestione arg sane et acutissima 'quando moriens moriatur', disp — 22 fortasse ex Verrio de obscuris Catonis (Ru.

VII 3 et 4 ex Tuberone (Me. 666 Ru. 16; 20 novis adminiculis potest fulciri. Cum capite 3 ad consentiunt, quae tradit Dio Cassius fr. 43, 23 M.: ' *παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ δρά* *φάνη ὑπερμεγέθης· κατειργάσατο δ' αὐτὸν ὁ 'Ι* *πλήθει στρατιωτῶν καὶ μηχαναῖς λιθοβόλοις·* (Zonar. *ἀποδείραντες αὐτὸν ἔστειλε* (sic) *τὴν δορὰν αὐτοῦ* *κλήτῳ 'Ρώμης μέγα θαῦμα· καὶ παρὰ τῆς αὐτῆς με* *συγκλήτου εὑρέθη ἔχουσα μῆκος ποδῶν ἑκατὸν εἴκ* Dam.). Ex Tuberone igitur Dio hausit, utrum ex aliquo intercedente[5]), nihil ad nos. In cruciatib Atilii describendis idem (Zonar. VIII 15) vacillat

---

1) Cfr. Me. 667 Kr. 47 Ne. 271. 2) Cfr. et Sw

3) Sic Nissen *Krit. Unters. zu . . Liv.* 214 Momms *Forsch.* II 424 Münzer 326.

4) Cfr. Ribbeck 23; 120.

5) Livius idem tradit in libro XVIII, cfr. epit., V I 8 ext. 19 Flor. I 18, 20 Oros. IV 8, 10 (Sil. VI 140 sqq

[redacted]



ano memorat illud venenum, quod sibi datum rit. et insomniam et primores captivorum liberis ›s[1]), cum Tuberone eum tenebris inclusum et tum esse.[2]) Quae non ipse Dio conglutinavit ıs, qui Tuditano non usus est posterioribus nisi per Varronem vix noto.[3]) Itaque cum blicae liberae contaminatio facta sit, vix a vero Tuberonem suis historiis etiam Tuditani de te narrationem inseruisse iudicantes. Ex quo hausit — 5, 2 sqq. ex Verrio (Me. 661 Kr. 73 '3 Fr. 534) — 6 ex Sulpicio Apoll. (Me. 659)[4]), ex armario Verriano contra praefectum bibliotinae arma petiit, cfr. Fest. 205, 26; 245, 22 ısurio l. l. (Di. 57 Me. 645 Ru. 20; 69) — 8, ione[5]), § 3 sq. ex Hygini de viris ill. (Ru. 7; 262), § 6 ex Valerio (Ru. 20) — 12 ex ›icio et Trebatio l. l. vel ex tertio utrumque ante (Me. 648 Kr. 59; 64) — 13 fortasse ut

·nta, quibus hos affecerunt apud Gellium liberi, a sunt iis, quae apud Dionem perpessus est pater. discrepantia inter Tuberonem (*palpebras sursum liductas insuebant*) et Zonaram (τὰ βλέφαρα αὐτοῦ fortasse epitomatori vitio danda est, qui etiam di rationes confudit; nam illud τρέψαντες πρὸς τὸν ., ut apud Tuberonem, coniungendum erat cum ἐν σκότει καθείρξαντες, εἶτα, non intericiendus novus guli armario illo diro inclusi.
Münzer 185 Cichorius stud. Vindob. 1902, 592.
oehrig 15 Ribbeck 120; 173, oppugnant Kr. 77; 107
Asconio Ne. 271. Vd. Georgii *Aeneiskritik* 270.
singularis liber Apionis fuerit de laudibus Alexandri ambiguum est; certe qui Aegyptiacis immiscere ›mae Puteolisque gestas (V 14 VI 8), in eodem libro post mortem vere Alexandrinum praedicare potuit. Aegyptiacis etiam legebatur fabula de delphino uerum amante, quae exstat apud Aelianum nat. an. 1, ita ut huic rei Alexandri temporibus (cfr. Plin. hen. XIII 85 p. 606[c]) actae adiungeret delphinum quem ipse se vidisse gloriatur. (Aliter haec apud FHG III p. 511 *ad frg. 6 Apionis*.)

c. 14 ex Tauri in Platonem commentariis (Ru. 51) — 1 ex Probo (Me. ind. 13 Hertz *op. G.* 129) — 17 ex Suetonio.

VIII 1 ex eodem commentario ut X 24 collatis Chari 207, 20 Non. II p. 98, 21 Ne. 273 — 5 Hygini vel Prol faciem coloremque ipso ex lemmate enitescentem specta mihi videor[2]) — 6 ex Tauro, si verbis credimus, ex Fa vorino, si argumentum et exempla cum I 3 contendim — 7 Varronis res agi videtur; nam etiam Plin. VII 2 88 sqq. talia exempla memoriae acutae et minutae affer quem copias Reatini recepisse Münzer 116 suspicatur — ex Favorino Rudolph stud. Lips. VII 63, recte, nisi eodem fonte quo c. 7[3]) — 11 ex eodem, unde I 17, 1—1 an ex Probo, cum Donatus et Servius idem tractent? - 14 ex Nigidii comment. grammat.[4]) — 15 ex Sueton (Ru. 44 secutus Reifferscheidium p. 424).

IX 2 ex Herode aut ex Epicteto Arriani (Ru. 50 Tota autem fabella ficta est. Non Atticus mendicante ita tractavit, sed Stagirita, nec philosophus aut qui ph losophum agere in lucro ponebat, is erat, qui stipem r gabat. Nam mira apparet consensio inter verba Herod 'demus tamquam homines, non tamquam homini' et simillima re Aristotelis apud Diog. L. V 1, 11 (21): τῷ ἀνθρώπῳ ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ.[5]) Philosop huius ἀποφθέγματα ex parte oriuntur ex Favorini co

---

1) Sic Reifferscheid p. 420 fr. 102; item aut ex Varrone bibliothecis Ru. 31; 44; ex Verrio Flacco coll. Paulo p. 34, Me. ind. 9 perperam.

2) Ex Asconio contra obtrectatores Ne. 271.

3) Herodem Atticum eodem malo tactum aegerrime tulisse Philostratus, qui exemplo Demosthenis conviciatores r futat, vit. soph. II 1, 14 tradit. Vtrum Gellius has narration illi surripuit an eum narrantem induxit? In lemmate qu nomen Attici non apparet, non obstat: nec III 1 X 12 XIII XVI 1 XVII 19 Favorini, qui maximas partes agit, ulla ment in indice fit nec XIII 29 Frontonis.

4) Cfr. Swoboda 12.

5) Cfr. Stob. fl. XXXVII 32 (II p. 45 M.), gnomol. Vatic. 1 Sternb., paulo aliter Diog. L. V 1, 11 (17).

mentariis, qui statim laudantur[1]; doctrinam igitur abstulisse videtur Gellius magistro suo, donavit alteri magistro, sed eiusdem sectatori; sic de eadem fidelia duos parietes dealbavit. Quae secuntur (§ 8 sqq.), certe ex fonte Graeco; apud auctorem Romanum invenisset, puto, illos patricios 'quosdam' neque Marcos Manlios et Antonios, Lucios Claudios, et qui alii sunt, silentio texisset. Num ille fuerit Musonius[2], suspensum relinquo. Ibi Gellius offenderat Harmodium et Aristogitonem, qui Athenienses nomen personamque Attici ei suggerebant, sicque totam historiolam ex mutis, quod aiunt, magistris ad vivum transtulit[3] — 3 epistulas patris ex eodem libro desumptas esse, quo XX 5 filii, si quis suspicetur, coniecturam is proferat captiosam fortasse, sed valde lubricam — 4 ex Plinio l. l. (Me. 642 Kr. 13 Ru. 4; 42)[4] — 5 ex Tauri περὶ σωμάτων καὶ ἀσωμάτων (Ru. 53) — 6 frequentativa plerumque a supinis vel participiis praeteritis deduci Priscianus bis docet in libro X (p. 501, 4; 546, 8), quem praecipue ex Probo vel Capro haustum esse mentione horum tot locis facta demonstratur, cfr. 499, 18; 503, 17; 513, 7; 529, 6; 534, 26; 535, 21; 539, 2; 541, 19; lucubrasse igitur Gellius videtur ad Probi lucernam, quam Charisio, ubi de inchoativa et iterativa forma ver-

1) Cfr. Maass *Biogr. Gr.* 81 sqq.

2) Musonii discipulus Epictetus, Epicteti Favorinus est auditor (XVII 19, 5) et adversarius (Marres p. 90); en alia linea, qua Musonius et Gellius cohaerent.

3) Fortasse simili modo Tauri de philosophis aevi sui querela VII 10, 5 nata est ex Simonidis vel Eubuli trito dicto se malle divitem esse quam sapientem: τοὺς σοφοὺς γὰρ ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις διατρίβοντας (Aristot. rhet. II 16 p. 1391, 8, cfr. Stob. fl. LXXXXI 31 (III p. 176 M.) gnomol. Vatic. 6 Sternb., florileg. Schenkl. in stud. Vindobon. XI p. 19 n. 50). Tauro philosophos aliosque obiurgandi partes assignantur etiam I 9, 8 VII 13, 7 X 19 XVII 20, 4 XVIII 10, 5 XX 4; utrum recte an ne vivae ut dicitur vocis penuria sit, diiudicari vix potest. Euclidis ceterum historiola magis sapit Favorinum quam Taurum.

4) Ex communi fonte mire Ne. 256.

borum scribit, exemplar fuisse etiam Keil GLK I pr. Ll opinatur quemque de supinis egisse Diomedes 342, 9 trac --- 8 ex Favorini ἀπομνημον. (Ru. 57)[1]), quod manifestu fit testimonio Stobaei fl. XLIX 48 (II p. 297 M.), qui eade verba a Favorino non auribus accepit neque, cum plu tradat, a Gellio — 9 ex Probo fortasse intercedente A niano (Kr. 91; 101)[2]) — 10 ex Probo (Kr. 91; 101) quem Vergilii versum ob similem causam nota aspersis Servius asserit — 11, 1—9 ex Claudio Quadrigario ut c. : (Me. ind. 12 Ru. 2; 18; 72)[4]) — 12 ex grammatico qu dam — Probum puto, qui de verbis duplicem vim habe tibus etiam VII 16 auctor est —, § 6 dubium, an ex ip Nigidio (Kr. 56 Ru. 12 Ne. 272)[5]) — 14 ex Caesell (Kr. 60; 97 Me. ann. 719[6]) Ru. 12; 20)[7]) — 15, 7 fortas ex libris studiosorum Plinii ut c. 16 (Me. 680).

X 1 ex (Varrone et) Tirone praeter 1 sq.; 8 sq. (I 50; 64 Ru. 11; 17; 29) — 2 ex Verrii rerum memor dignarum (Me. ind. 6 Ru. 39) — 3, 19 ex Verrii de o scuris Catonis (Me. 660 Kr. 76 Ne. 269) — 8, 1 et 9 Catonis de re militari (Me. 668 Ru. 13)[8]) — 11, 1—4

---

1) Cfr. Marres fr. 81 Rudolph stud. Lips. VII 62.

2) Cfr. Ribbeck 143 Steup 106. Vergilium Probus reprehe dit apud Serv. (pl.) ad A. II 173 III 83 IV 359 IX 811 X 4 XI 554 (cfr. et VI 177; 473; 782 X 18), eius versus damnat I IV 418 X 444.

3) Ex Asconio Ne. 264; vd. et Steup 107 Beck *Prob.* Georgii *Antike Aeneiskritik* 365.

4) Sic Peter *Histor. Rom. rell.* 211. Ex Cornelio Epica utrumque caput Ne. 264.

5) Cfr. Roehrig 11 Swoboda 6, qui Me. ind. 15 totum fe caput Nigidio tribuentem oppugnat.

6) Aliter antea Me. 658.

7) Cfr. Hertz *Op. G.* 143 Schmidt *Nonii auct. gramm.* 1 Ribbeck 137; 173; ex Probo Ne. 274 (Ribbeck 137; 208); ex Pli Beck 6; 9 *Prob.* 17 *edit. Plin.* p. 18 ad v. 29. Novum subsidiu Caesellium patrocinantibus succrescit, si cum Froehde (*De Iu Romano Charisii auctore*) Romanum hausisse ex illo statue licet; nam Charisius, qui sua sumpsit ex Romano (vd. 51, 53, 12; 56, 4; 61, 5), 55, 14 arte tangit Gelliana § 4.

8) 8, 2 sq. fortasse ex Verrii de obscuris Catonis Ru. 1

[redacted]



Nigidio[1]) — 12, 1—7 ex Plinio l. l. (Me. 639 Ru. 42); 9 sq. ex Favorini ἀπομνημ. (Ru. 55)[2]) — 13 ex Catone et Claudio l. l. (Ru. 12; 17; 72)[3]) — 15 ex Masurio (Ru. 16; 63; 70 Ne. 266)[4]) — 16 ex Hygini de Vergilio (Kr. 77)[5]) — 17 ex Favorini ἀπομνημ. (Ru. 60, cfr. Fr. 542) — 18 ex Hygino l. l. (Ru. 40; 42) — 20 ex Capitone praeter Lucilii Sallustiique exempla (Me. 652 Ru. 67 Fr. 538)[6]) — 21 num ex Tirone, coll. Charis. 207, 30 dubius haeret Kr. 63[7]); nescio, an ex Probo, cum hic similiter agat de *parcissime* apud Charis. 212, 7, novam vocem miretur apud Diomed. 365, 9, de verbis, quae in usu sunt, loquatur apud Donat. Ter. Phorm. I 3, 3 ibique II 3, 25, quis ante Terentium verbum quoddam adhibuerit, quaerat: omnia ut anonymus Gellii auctor. Adde, quod eius assecla Caper apud Charis. 207, 31 de ipso *novissime* agit — 22, 24 fortasse ex eodem fonte, quo VII 14 (Ru. 51) — 23 ex Varronis de vita populi Romani[8]) — 24 an ex

1) Roehrig 11 Swoboda 12 (ex libro XXIX). Ex Plinio Beck 21; 24, ex Verrio Me. ind. 6 coll. XVI 14 Fest. p. 122, 4; 125, 14; 229, 7; 234, 18, sed vd. Roehrig 12 adn. 2.

2) Cfr. Marres p. 78 Nietzsche Mus. Rhen. XXIII 647 Hertz *Op. G.* 78

3) Fortasse intercedente Verrio de obscuris Catonis, cfr. Ru 12 Roehrig 14; ex Probo Ne. 274.

4) Sic et RPeter *Quaestionum pontificalium specimen* 15 sqq., cfr. Mommsen *Röm. Staatsr.* I[3] 57 adn. 7. Aliter Me. 655 Di. 55.

5) Contra Ribbeck 120. Ex Asconio Ne. 264.

6) Ex Verrio Schmidt *Nonii auct. gramm.* 79 adn. 33.

7) Cfr. Mentz *De Stilone* 24. Ex Plinio Beck 21.

8) Sic Hertz *Op. G.* 145, qui hunc Suetonii prato praeponit, Ne. 267 LMueller *Non. edit.* II 255, cfr. Thilo *De Varrone Plutarchi quaest. Rom. auctore* 23 Glaesser *De Varronianae doctrinae apud Plut. vestigiis* 175 Münzer 189 sqq.; 256; 304. Ru. 12 Catonem de dote auctorem iudicat, Me. 662 eundem, sed intercedente fortasse Ateio Capitone. Sed in § 3 Cato diserte opponitur libris eorum, qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt. Qui cum apud Catonem exstitisse non possint — nam quem nomines? — Cato apud illos vel potius, cum numerum testium amplificare Gellius amet (cfr. Me. 648 sqq.), illum exstitit. Optime quadrat Varronis ille liber, unde sua sumpsit Nonius s. v. *abstemius, calpar, lora, loriola, passum, sapa.*

Probo?[1]) — 25 ex Suetonii prato (Ne. 267)[2]) — 26, 1- ex Asinio (Kr. 7; 65 ann. 367, cfr. Me. 663 ann. 720 6—10 fortasse ex Probo — 27 ex Varronis rer. hum (Ru. 22).[4]) Attamen vereor, ne nihil Varronis sit nisi § Non agitur de memorata illa legatione, qua bellum Han balicum iam incensum Poenis indictum est, sed epist Fabii haec anno 233 scripta est, quam praeter Gelliu quod sciam, nemo tradidit nisi Dio apud Zonaram VIII plane cum Romano concordans. Dionem ad VII 3 in re Punicis Tuberonis vestigiis insistentem deteximus. Qu si iam videmus Tuberonem esse proximi capitis auctor (Ru. 20 Ne. 265), non vana neque temeraria suspicio vi bitur Gellium suae consuetudini obsecutum haec duo s excipientia capita ex eodem sumpsisse, ex quo etiam VI et 4. Tunc 27, 5 Gellii est additamentum postea Varrone annexum[5]) — 29, 1—3 fortasse ex Sinnio Ca tone postea addita § 4 ex Vergilio (Kr. 62 Fr. 5 Roehrig 14).[6])

XI 1 ex Varronis rer. hum. XXI (Me. 649 sq. Kr. 45 Ru. 5; 11; 21)[7]); 2 praeter § 4 ex Catone l. l.; 3 Varronis rer. hum.[8]) haud facile intercedente Verrio ( 46, cfr. Ru. 11). Quod non abnuerim; nam non mo

1) Ex Plinio Beck 21. 2) Cfr. Hertz *Op. G.* 145 Beck
3) Cfr. Steup 131 adn. 32.
4) Cfr. Gruppe, comment. Mommsen. 551.
5) Varro Tuberonis historiis, quae post Caesaris mort certe post pugnam Pharsalicam (vd. fr. 10*; 11 P.) scriptae dentur, vix uti potuit; nam eius antiquitates ante a. 47 pro erunt; in aliis eum affert (cfr. Gell. XIV 7, 13; 8, 2) eius nomine logistoricum inscripsit. Si quis inde, quod Varro censu classis iuniorum egit in iisdem antiquitatibus, quil tribuebant c. 27, apud Festum p. 246, 30, de aetatis gradil apud Censorinum XIV 2, indicet Tuberonem per Varronem utroque capite ad Gellium pervenisse non multum habeo, qu opponam. Sed interim palinodiam nondum canto.
6) Ex Hygino aliisve vatis Mantuani interpretibus Me. ann. 722, contradicunt Kr. 78 ann. 368, cfr. Ribbeck 120.
7) Cfr. Wissowa, Herm. XXII (1887) 41 adn. 1.
8) Ex Plinio Beck 8.

[redacted]



quo Kr. nititur, loco p. 246, 30 Festus Varrone laudato de praepositione *pro* loquitur, sed etiam 226, 3; 229, 4 et, ubi Catonem arcessit, 234, 10. Tantum spatium cum ei praepositioni concesserit similiterque, ut par erat, praepositionibus *ob* p. 178, 14; 190, 2; 201, 5, *ad* p. 12, 15, *quod* 12, 16, *in* 109, 21, *super* (cum Catonis exemplo) 306, 1, causam non video, cur propiore fonte neglecto ad longius distantem recurramus. Vtrum fuerit maius opus de verborum significatu an illud, quo de obscuris Catonis agebatur, non discerni potest neque multum refert. Sed quamquam fortasse non licet, libet progredi ad audaciora. Caput primum ad Varronis opus bis nominatum certatim plerique revocaverunt, unus Mirsch *De Varronis antiq.* 60 dubitationem movit collatis XIII 12, 4; 5; 7 intercessisse ratus Ateium Capitonem. Dubitationem iustam puto, falsum, quomodo expedierit. Nomen Italiae ab *ἰταλοῖς* derivatum praeter Varronem § 1 et r. r. II 1, 9 (cfr. Colum. VI pr. 7) Verrius capessivit, cfr. Paul. p. 106, 7; idem de multa maxima p. 144, 4 (213, 22), de lege Tarpeia 237, 16 (paulo aliter 202, 11)[1]), de vocis *ovis* genere virili[2]) p. 286, 18, de voce *multa* alienigena p. 142, 21 ex Varronis quaest. epist., de Samnitibus e Sabinis ortis p. 327, 2; 326, 6 agit. En Gellii horreum frumento Verriano refertum. Itaque cum Verrius tales copias iam accumulaverit, Gellium eandem operam subiisse nego, sed ex illius farina novum panem coxit. Locus Catonianus apud Augustum quin exstiterit, nullus dubito; immo hic causa toti explicationi fuit, ita ut si ordinem laboris a Gellio sumpti observare velis, capitis tenor quasi retro sit volvendus. Iam Verrius in c. 1 et 3 expensum tulit. Quod si quis confidentior etiam alterius capitis Catoniana cum loco Ciceronis ei adnumerare velit, non iam sequar. Nam carminis de moribus cum nec vola nec vestigium apud

1) Vix quisquam obiciat legem Tarpeiam dici a Festo, Aternam a Gellio.
2) De Nonio III p. 216, 25 vd. Hertz *Op. G.* 124.

Verrium nec apud alios scriptores praeter Gelliu que simiam Nonium inveniatur nec grammaticum fragmentum redoleat, hoc caput totum in Gellii conflatum videtur — 4 Similis res est atque II vide — 5 ex Favorini *Πυρρωνείων τρόπων* libris ( Ru. 55)[1] — 6 ex Varronis aut rer. divin. XIV ( aut de vita aut de gente populi Romani (Me. apud H ad § 5) — 7 fortasse ex Verrio[2]) — 9 num ex ipso, incertum iudicat Ru. 5; ab eodem, quo VIII 9, — 15 ex Terentio Scauro et Sulpicio Apollinare hoc solo (Me. 658 sq. Kr. 94; 98; 107 Ru. 20)[3]) 1—15 ex Masurio, cui tria subiuncta sunt addit ex Aristone et Catone et eodem ut videtur quo Masurii libro nata (Di. 43; 45 adn. 87ª Ru. 68 Ne.

XII 2 ex Seneca l. l. (Me. 645, cfr. Kr. 80)[4]) — Valgio l. l. et Tirone (Kr. 64; 68)[5]) — 4 ex Varro poetis libro I (Kr. 41; 52)[6]) — 5 ex Tauri *περὶ τῆ θείας τῶν Στοϊκῶν* (Ru. 51)[7]) — 7 et 8 ex Valeri ximo (Me. 670 Ru. 41)[8]) — 9 an ex Probo? cfr. V

---

1) Haud dissimili argumento erant Favorini libri *π καταληπτικῆς φαντασίας* aliique (Marres 89 sqq.).

2) Cfr. Goetz fragm. Plautin. 193 ind. Ienens. aestiv. 18

3) Cfr. Goetz apud Pauly-Wissow. III p. 1306.

4) Fortasse tamen, dum ipse incessere videtur, praeceptoris Frontonis increpitat, qui eadem acerbitate S eloquentiam mollibus et febriculosis prunuleis insitam tiasque tolutares verbaque effeminate fluentia proscindit 158 N. Cfr. etiam Gercke *Senecastudien* Fleckeis. ann. XXII (1896) p. 142 sqq.

5) Ex Verrio Ne. 227. Caper, qui teste Servio A. *limum* Vergilio obtrudebat cum Hygino, ad Probum ducat cum Tirone quodammodo cohaerentem ad X 21 vidimu melius erit in nominibus, quae Gellius profert, acquies

6) Cfr. Mentz *De Stilone* 24. Versus Ennii a Gelli additos esse Fr. 541 putat; sed 'picturam istam morum genii' totam apud Stilonem lectam fuisse necesse est.

7) Ex eodem fonte, quo I 26 XIX 1 Ne. 258.

8) Cfr. Hertz adn. ad c. 8 init. Cum Gellius et in in 8 Valerio ampliora praebeat, communi prioris aevi Hygino vel Nepoti, causam concordantiae imputanda

XV 13 XVIII 12 — 10 ex Varrone l. l. praeter § 6 et 8 (Kr. 49 Fr. 535). Praetulerim unam totius capitis originem: Verrium. Nam non modo Paulus p. 13, 6 de utraque aeditumi forma loquitur, sed etiam Charisius p. 75, 18, in cuius adversariis Verriana inesse puto, quamvis non ipse ex Augusteo hauserit. Non modo aeditumus *aedis intimus* apud utrumque audit, sed etiam eandem verbi *assiduus* interpretationem praebent Charisius paulo ante et Paulus p. 9, 9 (cfr. ad Gell. XVI 10, 15), de *penore* egerunt Charis. p. 74, 28 et Verrius, cuius minima tantum pars apud Festum servata videtur esse, de *quinquatribus* cfr. Charis. p. 81, 20 et Fest. p. 254, 31. Lucretius et Ciceronis in Verrem orationes saepius apud Verrium occurrunt, sicut et Pomponius Laeviusque — 12 sumi potuit ex Tironis sive libro de iocis Ciceronis, quem tamen Gellius non novit, certe non affert, sive editione orationis ab eo facta aut ex Asconii commentario, cuius in Rosciana notitia tamen Suetonio debetur XV 28. Sed alii quoque fontes patent, Oedipoque opus est coniectore — 13 doctrinam redolet Probi a Sulpicio hic quoque traditam, quae etiam in farraginem Nonianam IV p. 342, 22 irrepsit — 14, 1—4 ex Nigidio (Kr. 58 contra Me. 689). Cum Gellii ipsius explicatione altera (§ 6) concinunt Serv. A. IV 327 postea auctus additamentis Gellianis et Donatus compluriens. Vterque impellit, ut haec quoque ex Probi officina prodisse putemus — 15 ex commentario Sisennae Roehrig 14[1]); malim cum Ru. 20 fidem habere ipsi scriptori se historiam illius assidue lectitasse affirmanti; excerpsit Sisennam, ut Laberium, Quadrigarium, Laevium (XVI 7 XVII 2 XIX 7).

---

Ne. 261 censet. Cuius si argumentis accederem, Varronem de vita populi Romani — sic suppleverunt COMueller, Kettner, cum antiquitates in lacuna latere putarent Mirsch, Gruppe, cfr. Münzer 209 — auctorem capitis 8 statuerem, cum Verrius loco apud Muellerum ingeniosissime restituto p. 285, 1 reconciliatos Aemilium Fulviumque inde desumpserit. Verrius ipse auctor esse nequit, cum illic, ubi de maiestate censoria agitur, alteri exemplo Scipionis et Gracchi locus non est.

1) Cfr. Beck 23.

XIII 2 ex Suetonio, qui Varronem de poetis I reddi (Ru. 26; 44)[1]) — 3 Verba ex orationibus Caesaris allat assignare potuimus IV 16, 8 IX 14 Caesellio, V 13 Masuri VI 9 (XVII 9) Probo, inter quos si hic eligere licet, ultimu praetulerim. Verrio, quem in capite artis I 15 plus decie nominat, Charisius se applicasse videtur apud nemine inveniri *necessitatem* pro *necessitudine* usurpatam dice p. 99, 22; de *necessariis* vd. Fest. p. 162, 9. Probi vestigi apparere videntur etiam apud Non. II p. 173, 1 (*suavitudo* 173, 26 (*sanctitudo*), VIII p. 493, 12 (*acritas*).[2]) Sempr nii in exemplo Gellius cum ipse *necessitudo* raro sens adhibitum invenisset, inde commotus videtur, ut thesaur Berytii perscrutaretur — 5 fortasse ex Favorino (Ru. 61) – 6 ex Nigidii comm. gramm. XXIV (Kr. 55 Me. ann. 718)[3] — 7 ex eodem, puto, qui XVI 15 de perdicibus et lep ribus mira comperit, ibi haud ignoto. Certe non Gelli primus diversitatem inter Herodotum et Homerum inte cedentem detexit. Cur quos placuit libros Aristotelis ne inspexit inventaque commentariis suis inseruit? Inveni opinor, cui adhaesit, auctorem relegantem ad Stagirita quem cum consulere in animo haberet verbaque ip supplere, omisit aliqua causa seductus[4]) — 9, 1—4; ex Tirone l. l. (cfr. Kr. 63), dubito, an per Verrium (N 227; 272), qui et explicationem Tironis affert damna que, si modo supplementis Muelleri p. 301, 33 sensus r stitutus est, et p. 290, 5 vocem *suppus* — *supinus* ex verb Graeco deducit ut Gellius — 10 ex Labeone l. l. et Nigidi (Me. 653 Kr. 57; 66)[5]) — 12, 1—4 ex Capitone l. l 5 sq. ex Varrone l. l. (Me. 649; 667 Ru. 21; 67; 72)[6]

1) Reifferscheid p. 424 adn. 2) Cfr. Beck 41 Ne. 233.
3) Roehrig 11 Swoboda 12; 75; ex Verrio qui profecta esse § 4 contendit coll. Fest. p. 158, Merkelio obsistit Kr. 7
4) Diversa sunt exempla, quae Me. 696 congessit.
5) Roehrig 11 Swoboda 14; totum ex Labeone translatu esse putat Ne. 272, cfr. Me. 653 ann. 719.
6) Etiam § 5 sq. Ateio originem deberi iudicat Mirsch *Va ronis antiq.* 60; sed iam obstat, quod etiam c. 13 ex Varroni rer. hum. XXI provenerit.

[redacted]



14; 15[1]); 16 ex Messala l. l. (Kr. 5 Ru. 65; 72 Me. . 170) — 17 an ex Probo? — 18 ex Sulpicii epistulà 11) — 20 ex scriptis § 1; 3; 17 nominatis (Di. 30 678)[2]) — 21 ex Probo (Kr. 22; 92 Me. ann. 718)[3]) 2 an (praeter § 8? vd. Ru. 17) ex Varronis de vita i Romani ut VI 12? — 23 Doctrina huius capitis nis est; nam Reatinum resipiunt et quae afferuntur a[4]) et verbum Nerienis ex Sabinis[5]), unde ille ortus eductum (cfr. XI 1, 5 Macr. III 18, 13 GLK VII 69, 8 de praenom. 2; 4), tunc derivatum ex lingua Graeca 18 Fest. p. 343, 32). In ultima paragrapho Servius ius affertur 'in quodam[6]) commentario', quae inscriptio entarium non ipsum inspectum esse significare vide- Claudium hunc eundem esse atque illum, cuius Plautinus III 3, 1 memoratur, veri simillimum est; llio notus erat per Varronem, qui Claudium[8]) no- ling. lat. VII 3, 66; 70; 5, 106. Itaque omnia nem produnt et in hoc quidem capite auctorem rerum rum. Obstat exemplum ex eius satura allatum. Ita- si se ipse exscripserit, quod haud facile putem, hanc mmentariis illius Gellius ipse adiecit; nam qui inter- t, nescio. Non enim *Neronis* veriloquium apud doc- Varronianae satis notum venditatorem Suetonium eodem modo explicatum idonea causa est, cur auc-

---

Cfr. Mommsen *Röm. Staatsrecht* I³ p. 91, 5.
Sed cfr. Münzer 351 sq.
Cfr. Ne. 273 Ribbeck 136 Hertz *Op. G.* 121 Schmidt *Nonii ramm.* 149; ex Plinio Beck 17 *Prob.* 11.
*Lua Saturni* et *Salacia Neptuni* apud Varr. et ling. lat. 72 VIII 18, 36 et apud Augustin. civ. dei VII 22. Pars um non obviam se dat nisi loco Gelliano; sed certe non storis diligentem subtilitatem fugerunt. Etiam II 28 XVI ex eo ortum duxerunt.
) Vt hic, magnus numerus numinum ex Sabinis oriundo- ecensetur ling. lat. V 10, 74, singuli dei 66; 68; 73.
) Quamquam *quodam* deest in altera codicum familia.
) Contra Kr. 43; cfr. Di. 31 adn. 43.
) Claudius mortuus est ante a. 60, cfr. Cic. ad Att. I 20, 7 12 fam. IX 16, 4.

torem Prati, quae Reatini erant, ad Gellium trans
putemus — 25 pleraque coniecta esse non prae
sed sectatoris[1]) opera Kr. 24; 106 Ru. 11; 12 a
mihi non uno loco Probus[2]) procedere videtur; si
rius auctor magis placeat, manubiarum explicatio
Charis. 97, 15 proposita is dubitationem expellere
quam potest — 27 Vergilium, quod Homeri ele
imitando non bene expresserit, Probus IX 9 incre
mile quid hoc loco fit: an eodem auctore? — 30 ex
(Kr. 65) aut fortasse Probo Castriciove (Me. 663).

XIV 1 ex Favorini scriptis praeter § 34 (M
Ru. 57; 72 Fr. 535) — 2[3]) Causa Gellii similit
quandam habet cum Chilonis I 3, ubi Favorinus e
quidem fons est et origo. Nunquam, credo, Gelli
in tali iudicandi ambiguitate haesit, sed specie v
cumtexit quaestionem propositam a magistro et disp
in rhetoris controversiis, quem publice declamasse
Philostratus[4]) testis est; neque ab illo legum Rom
peritissimo (XX 1) haec causae iudicariae discepta
horret.[5]) § 26 a Gellio suppleta videtur — 3 ex F
commentariis (Ru. 59; 72)[6]) — 5 ex Probo, si
revocanda sit doctrina librorum, qui sub eius nom
runtur, cfr. GLK IV 8, 37; 19, 6; 105, 13; 194,

1) Miror, quod Gellius Catonis acerrimus amator e
verba Censorii apposite huc spectantia neglexerit (fr. X
apud Frontonem p. 100 N.): *numquam ego praedam neq
de hostibus captum esset neque manubias inter pauculos
meos divisi.*

2) Favorinus sectator fuisse videtur Probi (cfr. I
fortasse eam ob causam electus est interpres.

3) Cfr. Me. 652 Ru. 54; 60; 72.

4) Cfr. Marres 17. Nonnulla aut multa Aelius Tube
subministrasse videtur.

5) Paulului id quoque valet, quod Favorinum i
*Πυρρωνείων τρόπων* Pyrrhoneos munere iudiciario no
buisse Philostratus testatur, cfr. Marres 89.

6) Cfr. Maass *Biogr. Gr.* 77 Rudolph stud. Lips.
Philol. suppl. VI 122 Bapp stud. Lips. VIII 152 Leo *Biogr*

[redacted]



Probum (= GLK IV 103, 14) apud Prisc. I 301, 14, qui inde a v. 17 de hac vocativi forma loquitur — 6 ex Favorino[1]) — 7 et 8 ex Capitone l. l. (Di. 52 cfr. Me. 651; 667 Ne. 267).[2])

XV 3 Cum idem de Nigidii sententia legatur apud GLK V 600, 19; 632, 6; 637, 27, ex communi fonte haec repetenda esse Kr. 56 coniecit. Quo in iudicio dubitanter prolato vir doctus labitur. Nam haec Macrobii verba ex ipso Gellio exscripta sunt, quamvis ultimo loco notionem adseverandi cum exemplo Terentiano aliunde subiecerit; cfr. Roehrig 24. Sed ne huic quidem p. 12 Ciceronem et Nigidium ab ipso Gellio compositos esse arbitrato assentior. Locum enim Ciceronis de oratore ob eandem causam affert Velius Longus GLK VII 60, 7. Is fons capitis XVIII 9 aut totius aut maioris partis est, ubi item versus Homerici ad vocum Latinarum Graecam originem probandam afferuntur; cfr. GLK VII 155, 15. Itaque ab eodem hoc caput pendere velim. Quamquam Nigidius in eius libro de orthographia non apparet, tamen in usu antiquae lectionis Velium, qui Accium, Lucilium, Varronem, Verrium in suum usum converterit, eum praeteriisse non verisimile est — 4 ex Suetonio (Ru. 42; 44 Ne. 265)[3]) — 5 ex Sulpicio l. l. (Kr. 106)[4]) — 7, 1—2 ex Varrone[5]) — 8 ex Favonio l. l.[6]) — 9 ex Verrio (Kr. 73, vd. Ru. 11 Ne. 227)[7]) —

1) Ita Nietzsche Mus. Rhen. XXIII 642, quem amplectitur Rudolph stud. Lips. VII 49; 115 Philol. suppl. VI 126 sq.; 157. Sed non carent auctoritate, quae ei opposuit Hertz *Op. G.* 72 *ed. maior.* II p. 212) Gellium opprobrio animi ingrati et inverecundi solvens, quamvis non plausum tulerit nec Maassii *Biogr. Gr.* 49; 104 nec Wilamowitzii ibd. 145 nec Rudolphii l. l.

2) Ex Varrone et Ateio Me. 667 Ru. 30; 67; 72.

3) Cfr. Reifferscheid p. 469 Münzer 401. Vd. et Me. 673 de 'vetere memoria' (§ 1) loquentem.

4) Cfr. Ne. 271.

5) Cfr. Hertz *Vindiciae alterae* p. 70 adn. 197.

6) Reitzenstein, Festschr. f. JVahlen p. 423 'Sollte auch Gellius durch irgendwelche Mittelquelle aus (Fenestella) schöpfen?'

7) Ex Plinio Beck 17 Berl. philol. Wochenschr. XII (1892) 1603.

11 ex Suet. vir. ill. (Di. 24; 32 Ru. 43 Ne. 266)[1]) - 14[3]); 15[4]) ex Probo (Kr. 86; 88 Me. ann. 718 ] — 16 ex Nepotis chronico (Ru. 35; 42)[5]) — 17 e phila l. l. (Ru. 8)[6]) — 18 ex Suetonio (Ru. 31 — 20 ex Varronis hebd. (Ru. 5; 28; 42 Ne. 26( 22 ex Sall. hist. I (Ru. 37; 42); quod non aeque existimo; nam Sallustium semper nominat; praet dicere non potuit neminem a Sertorio defecisse, cu seditionem a parte Celtiberorum motam tangere v fr. III 81 et 82 M., cfr. et Plut. Sert. 25 Pomp. 18 A b. c. I 111. Itaque Gellium a posterioris aevi sc facta ducis Mariani exaggerante pendere puto, cu eleando me imparem esse confiteor; num ante Va Maximum is aetatem degerit, plane incertum est, cu I 2, 4 per epitomatores tantum servato ad rem di dam idonea ansa non suppetat — 28 ex Suetoni 37; 44)[9]) — 30, 6 sq. ex Varrone l. l. fortasse per nuntium Verrium (Me. 661 Kr. 46) — 31 ex Va imag. Ru. 29 optimo iure 'animi anxius', quem vd. XVI 1 ex Musonio[10]), sed certe non ipso, § 3

1) Cfr. Reifferscheid p. 119; idem iam Gronovius.

2) Cfr. Ribbeck 147 Steup 197; ex Probo vel Plinio N (Schmidt *Nonii auct. gramm.* 62), ex Plinio Beck 14.

3) Contradicit Steup 197.

4) Cfr. Ribbeck 147 Steup 197; 200 Hertz *Op. G.* 119 ad 130 Ne. 273; ex Plinio Beck 14.

5) Cfr. Münzer 336. Aliter Ne. 274 adn. 2.

6) An intercedente Favorino, qui Pamphilam aliquo excerpsit (Marr. 81; 123)? Sed inscriptio operis hic et c. 2 accurate prolata ipsam a Gellio ascitam esse ostendere vi

7) Cfr. Reifferscheid 469.

8) Cfr. Wilamowitz *Eurip. Herakl.*[1] I 12 adn. 18 Leo *graphie* 26.

9) Cfr. Reifferscheid 424. Gellium totum caput ex A ad Roscianam commentario petiisse volunt Kiessling-S edit. p. XV.

10) Musonius non Catonianis coloribus gloriatur, sed que idem apud tertium arrisit. Sic quod in carmine de bus (XI 2, 2) Censorius monuerat avaritiam veterum ex opi omnia vitia habere, re vera antiquum est proverbium pro

[redacted]



...one (Ru. 12) — 2 fortasse ex eodem fonte, ut XII (Ne. 263) — 3 ex Erasistrato l. l., nescio an Favo... beneficio — 5 ex Verrio maxima ex parte (Me. 649; ann. 724 Ne. 227; 314)[1]; ex Verrio et Sulpicio Apoll. ... 74; 107). Huic magis accedo. Nam quae legitur ...anatio verbi *vehemens*, eadem fere apud Sulpicii aequa... Terentium Scaurum GLK VII 19, 16[2]) occurrit, quo... societate studiorum coniunctus ille in errores Caesellii ...dicis (cfr. II 16, 8 XI 15, 3)[3]) propugnabat; itaque ...is Terentii a Sulpicio ipsi datis certare Gellium a veri ...cie non abhorret — 6 ex Nigidio et Hygino l. l. (Kr. ...; 77; cfr. et 68)[4]) — 8 ex Varrone l. l. vel discipl. ... 259); § 2 fortasse ex ipso Aelio (Kr. 41)[5]) — 9 non ... Verrio, si Festi p. 290, 29 laceris fragmentis fidem ha...re possumus; dubito, an ex Probo — 10 Ne hoc quidem ...put ex Verrio manavit, qui teste Paulo p. 226, 13 pro...tarios et capite censos non distinxit neque p. 9, 9 cum ...llii ultima verbi *assiduus* explicatione neque prorsus cum ...liquis concinit. Cum tota enarratio subnectatur loco XII ...abularum et notitia antiquissimarum vocum forensium et ...egis Aebutiae non nisi hic et a Gaio IV 30 memoratae ...risconsultum indicet, ex illorum caterva aliquem latere ...uto. Longius progredi vereor. Neque utrum Antistio ...abeoni, qui Latinarum vocum originibus rationibusque ad ...nodandos iuris laqueos utebatur (XIII 10, 1), an Masurio

...) Diogene apud Diog. L. VI 2, 6 (50), a Bione apud Stob. flor. ... 38 I p. 237 M.): φιλαργυρίαν μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν, ...fr. Otto *Sprichw. der Römer* 51. Vd. et Skutsch apud Pauly-Wissow. V p. 365.

1) Cfr. COMueller ad Fest. p. 368, 14.

2) Qui Frontonis nomen inde a Parrhasio mentiebatur, ...rammaticus GLK VII 524, 1 item.

3) Hic in numero eorum, qui impugnantur, Caesellium fuisse ...tiam Ribbeck 173 coniecit.

4) Vtrumque per Sulpicium innotuisse vult Me. 659, cfr. ...ehrig 15; 18; 22. Ex Hygino vel Verrio § 14 Ne. 270 vd. 314.

5) Cfr. Reitzenstein *M. Ter. Varro und Ioa. Mauropus* Lipsiae ...901 p. 52 adn. 1; 76.

Sabino palmam des, disceptari potest. Si recte Bremer ca XX 10 ad hunc rettulit, ubi eodem paene modo vox XI tabularum apud Ennium exstans explanatur, hic et iuris consultus Homerum testem adire non veritus et, si Athe naeus recte eum pinxit, ipse poeta[1]), paululum antistar videtur; sed cum Davus sim, non Oedipus, ἐπέχω — 11 1 sq. ex Varrone, qui in libro rer. hum. I (GLK II 524, 2 de Psyllis egit, de Psyllis et Marsis a Circae filio orti apud Plin. VII 2, 13; 15[2]) — 12 ex Cloatio et Varron l. l.: sic Me. 649 Kr. 9; 33; 49, a quibus recedo. Cloatiu vocabulum *alucinari* a Graeco ἀλύειν derivari voluit, idem vult Paul. p. 24, 14, cum explicet: *alucinationem errati nem*[3]); ad eandem originem ille refert *alucinari* et *elucum* ad eandem hic p. 75, 17 *elucum, ut alii volunt alucinat rem.*[4]) Inter hos 'alios' fuisse Cloatium quin statuam nihil obstat, quem sexiens in rebus sacris Festus arcessi si modo est idem.[5]) Cloatius ex Hypsicrate hausit, eodem Varro ling. lat. V 16, 88 et fortasse VI 10, 96 par tem verborum ex Graeco tractorum, inter quae *errare* a ἔρρειν deductum ut apud Gellium; nescio, an ex eodem oriatur Verrius Pauli s. v. *aurum* p. 8, 14, ubi pro Hippo crate Hypsicratem Scaliger aliique induxerunt, cuius do trina ad Romanum per Cloatium promanasse potest. Ab surdam hariolationem de veriloquio *feneratoris* long abiecerunt omnes et Varro apud Gellium Noniumque I 53, 27[6]) et, qui in re cum eo concordat, Verrius apu Paulum p. 86, 1; 94, 1 et auctor Nonii V p. 439, 1

1) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II 815; 407; 488.

2) Nam ad Varronem in § 13 allatum etiam quae secu tur revocanda sunt, vd. Münzer 122; 176.

3) Non. II p. 121, 19 *halucinari aberrare*, ubi Gellii cap nunc desideratum VIII 3 ante oculos habuit.

4) Aliter p. 100, 8.

5) Cfr. Ne. 213. *Fascini* explicatio toto caelo distat Pauli p. 88, 14, ubi tam paucis verbis res absolvitur, ut Verriu largius scientiae copiam effudisse iam spondeam; cum Gell consentit Prisc. II 284, 16 CGL VI 487.

6) Cfr. Hertz *Op. G.* 99 sq.

[redacted]



ique forsitan Gellius Verrii[1]) promptuaria ampliora, um quae apud Paulum exstant, despoliavit — 13 ex ntione Hadriani (Ru. 43, cfr. Di. 59) — 14 ex Verrii obscuris Catonis (Me. 661 Kr. 75 Ru. 12) — 15 ex avorini historia omnigena (Ru. 5; 57)[2]) — 16 et 17 ex arronis rer. div. XIV (Me. 670 Kr. 46 Ru. 23 Ne. 270)[3]) - 18 ex Varronis discipl. IV (Kr. 51 Ru. 29 Ne. 266).[4]) XVII 1—8 ex Largio l. l. (Kr. 79)[5]) — 2 ex Claudio l. praeter § 7 sq.; 20; 21 extr. vel ex eius interprete d. Beck 28)[6]) — 3, 1 – 4 ex Varrone l. l. (Kr. 45)[7]) — ex Varronis imag. (Me. Mus. Rhen. XIII 465 Ru. 6; 27 e. 265)[8]) — 5 an ex Licini Ciceromastige ut c. 1?[9]) - 6, 1—3 ex Verrio l. l. (Me. 660 Ru. 12 Ne. 270). irarer tamen, si Gellius sexcentiens ipse auctoritate Verrii isus hic repente nullo magno nomine protectus illum uique eius auctoritate utuntur' tam cavillabundus arrieret. Itaque cum, quae inde a § 5 secuntur, iurisconulti ingenium spirent, apud eundem et Verrii et Catonis

---

1) Cfr. Ne. 314.

2) Wellmann Herm. XXVI (1891) 487; 495 Aelianum nat. a. X 35 et Athenaeum IX 43 p. 390 ex Alexandro Myndio, qui heophrastum noverit (cfr. praeter Aelian. nat. an. V 27 Wellann p. 505 adn. 3), hausisse fere comprobavit. Nos Favorinum ntem esse Gellii non ex consensu inter hunc et Aelianum thenaeumque intercedente colligimus, sed in altero exemplo, bi iterum iidem Aelianus et Athenaeus conspirant, ex fragmento pud Steph. Byz. servato. Sed qui partis, idem fons totius apitis brevissimi est.

3) Cfr. Roscher *Mythol. Lex.* II p. 138 s. v. *indigetes* Nettleip *Contributions to Lat. Lexicography* s. v. *Agrippa* Münzer 266.

4) Cfr. Friedlaender *Sittengesch. Roms*[6] III 701 adn. 3.

5) Largium et Asinium per tertium Gellio notos fuisse lem Kr. 100 veri haud dissimile putat.

6) Cfr. Ru. 12 Fr. 537 Me. ind. 13, qui § 5—8 ex Probo ropter XVIII 12 deducit.

7) Aliter Mirsch *Varronis antiq.* 58.

8) Ex Varronis de poetis Me. 652, quod postea ipse rescint; Ritschelio de annalibus cogitanti assentitur Hertz in edit. r. Leo *Biographie* 27 adn 1.

9) Ex eodem fonte, quo I 4 Ne. *263.*

[redacted]



verba legebantur. E fontibus Gellii usitatis propter tem porum rationes removendi sunt certe Servius Sulpiciu fortasse Labeo Capitoque; restat fere plus ceteris ascit Masurius Sabinus, qui de dote scripsit Dig. XXXIII 4 de uxoris servo Dig. XXIV 1, 7, 8 (= Bremer II 499, 95 sed pro certo hoc praestare non ausim, cum ne aliis qui dem multis de hac re disserendi opportunitas defuerit — 7 ex Nigidio l. l. (Di. 47 Me. 648 Kr. 40; 55 Ru. 66)[2]) — 9, 1—5 ex Probo l. l. (Kr. 83); quae secuntur, fortasse e libri eiusdem prooemio vel epilogo[3]) — 10, 2—7 ex Hy gino (Me. 660 Kr. 78)[4]), 8 sqq. ex Probo (? Kr. 106) — 13 ex Nigidio (Me. 653 Kr. 55 Ru. 11)[6]) — 14 e Laberio (Fr. 528)[7]) — 15[8]); 16; 17, 2 ex Plinio (Me. 67 Kr. 9 Ru. 42); 17, 1 ex Ennio ipso Fr. 531; malim e Varronis de poetis, quem c. 21, 45 in partes suas voca cfr. et Isid. XV 1, 63 — 19 ex Epicteto Arriani per Fa vorinum interpretem (Ru. 55) — 21 ex Varronis ann et de poetis et Nepotis chronico (Ru. 25; 26; 33 Kr. 52).

XVIII 4 ex Nigidio fortasse omnia[10]); nam vix Sul picius fons fuit communis Gellii, Nonii IV p. 416, 2 Servii pl. A. I 392 II 80 XI 715, ubi Nigidii exemplu — 5 ex Vergilii commentariis (vd. § 12, Me. 676 et cont Kr. 101 idem ann. 724)[11]) — 6, 1—6 ex Melisso l. l.

1) Cfr. Bremer *Iurisprud. anteh.* II p. 356; 453; 497 sqq.

2) Item Roehrig 12 Swoboda 73. Erat, cum cogitabam d Probi de temporum conexione libello (Serv. A. VII 421).

3) Sic Steup 133 Kr. 83, cfr. et Me. 645. Certe § 18—1 non ex Herodoto V 35, ubi nil de servi oculis aegrotis; se fons videtur esse Graecus iam propter σκυτάλην illam.

4) Cfr. Ribbeck 120.

5) Cfr. Beck *Prob.* 10 Leo *Biographie* 21.

6) Roehrig 12 Swoboda 79. 7) Ex Varrone Ne. 265.

8) C. 16 et 17 ex Lenaeo Ne. 257.

9) Cfr. Unger Mus. Rhen. XXXV (1880) 13 Rohde Mus. Rhe XXXVI (1881) 422 Münzer 325; 336 Soltau Philol. 58 (1899) 56 de § 8 vd. Jacoby *Apollodors Chronik* 142, de § 45 Buettn *Porcius Licinus* 51.

10) Cfr. Ne. 272 Roehrig 12 Swoboda 17, cfr. et Kr. 108.

11) Cfr. Hertz *Op.·G.* 130 adn. 37. Ex Probo Ne. 274.

[redacted]



ex Labeone (Kr. 57; 66; 93 Me. ann. 719[1]) — 8 de Verrio (Ne. 208; 270) dubitat Kr. 71, male; on ita distant, quae de *foro* Paulus p. 84, 9, de ꝟ p. 41, 16, neque ibi quidem exempla exstant (§ 8) ex Velio Longo l. l. (Kr. 76; 93 Ru. 12 Fr. 532)[2]) ex 'medicinae disciplinae libris', sed non ex Era-, quem ex XVI 3 praesumere possis; nam is ar- sanguine destitutas esse docuit, cfr. Galen. III 492 4; 671 V 168 K. — 11 ex Caesellio (Kr. 98)[3]) — Probo (Kr. 48; 88 Me. ann. 718 Ru. 11)[4]) — 13, ex Favorino (? Ru. 61) — 14 et 15 ex Varronis . V (Me. 671 Kr. 5; 50 sq. Ru. 29; 72 Ne. 266; 406). X 1 sq. Summa capitis primi ex Epicteto Arriani a est, cuius notitiam se debere Gellius I 2 Herodi, 19 Favorino fatetur. Potior hoc loco ille videri qui etiam in c. 12 contra ἀπάθειαν Stoicorum cer- sed alteri palmam tribuo. Nam Aristippus idem sum confidens et superbum reddit apud (Aelian. v. 20 et) Diog. L. II 8, 4 (71), qui certe Cyrenaici dictum Arelatensi acceptum refert VI 2, 4 (25). quod illa 'visa quas φαντασίας appellant' in § 15 bum repetuntur XI 5, 6, ubi ipse magistrum nomi- ctorem.[6]) Philosophum igitur pallentem Gellius ut mendicantem commentus est tempestatem ipse forte is. Idem auctor nescio an vestigia reliquerit in proximo. § 7 Socratis vox memoratissima additur i fragmento ex Aristot. probl. deprompto. Vbi cum

---

Ex Verrio Ne. 272.
Ex Verrio partim Me. 660 Ne. 228; 270.
noto per Sulpicium vel Ter. Scaurum non male Me. 658, Fr. 542.
Hertz *Op. G.* 142 Steup 196 Ribbeck 147; ex Probo vel Ne. 273 (cfr. Schmidt *Nonii auct. gramm.* 62), ex hoc *Prob.* 34; cfr. Goetz *frgm. Plautin.* 192 ind. Ienens. aest. V.
Sed XII 5 Taurus, cui Ne. 259 caput vindicat.
Item 'sensus quos Graeci αἰσθήσεις appellant' in capite, equitur, ut VI 6 ex Aristotele *proveniunt*.

legatur *multos homines*, hoc ipsum sufficit, ut Gelli
Musonio περὶ τροφῆς apud Stob. fl. XVIII 37 p. 5
τοὺς μὲν πολλοὺς ἀνθρώπους deducamus; nam
omnes testes ἄλλους vel λοιποὺς ἀνθρώπους.[1]) Mu
Gellius aut per Herodem aut, si de IX 2 mecum senti
Favorinum novit. Non magis Hippocratis doctrina e
ipso provenit; immo non est medici, sed philosoph
mocriti; cfr. Natorp ad huius fr. 26. De Democrito
Favorinum vd. ad IV 13. Caput 3 ex Arelatense
duxisse liquet — 8 ex (Caesare aut) Frontone et V
(Me. 650 ann. 720 Kr. 24; 60 ann. 367 Fr. 533)[2]
11, 2 epigramma Platonis ex Favorino translatum
post Maassium hoc ex Diog. L. III 23 (32) collige
Ru. 61 timide proposuit recte tamen odoratus, si re
cipiti aliquid probabilitatis similis argumenti fr. 8
(apud Stob. fl. LXV 8) conferet, ubi de osculo adule
tibus formonsis dato: τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τῷ στ
φανοῦντες; συνάπτουσι τὰς ψυχάς (vd. apud Plat. τὴν ψ
ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον)· εἰ γὰρ θέμις ἦν τὸ στόμα ὑπερβ
νῦν δὲ ἐοίκασιν περὶ τὸ στόμα λιπαρεῖν ὡς περὶ θ
Adde, quod Plato ibi paucis verbis ante affertur. F
rinus in fr. 87 (Stob. LXVI 6) Anacreontis deplor
crines pueruli desectos carmen exprimit ipseque voce
lyrica amatoris proclamat fr. 85 (Stob. LXIV 26) — 1
scriptis fortasse Sulpicii vel Probi (vd. et Me. 679 Ne. 2

XX 1 ex Labeonis commentariis ad XII tabulas (Ru
cfr. Di. 62) — 2 ex Caesellio et Capitone (Ne. 270)[3]
3 fortasse ex Caesellio (Kr. 98, contra Fr. 530) —

---

1) Stob. XVII 22 (I p. 280 M. p. 495 H.) Diog. L. II 5, 1
Athen. IV 48 p. 158f Clem. Alex. paed. II 1, 1 p. 168 P.;
etiam Plut. moral. p. 21 E, vd. Sternbach gnomol. Vatic. 4

2) Ex Plinio Beck 6; 18.

3) Ateius copias ex Varronis libris de vita populi Ro
mutuatus est, ubi prolixe de funere dictum esse ut per se li
ita fragmentis a Nonio s. v. *praefica, nenia, praecidaneum,*
servatis confirmatur. Quomodo ab Ateio is adhibitus sit
ad XIV 7 et 8 et Me. 651.

[redacted]



ristenico[1]) et Catone — 6 fortasse ex Probo (Ne. 274)[2]) — 7 an ex Favorino? cfr. Rudolph stud. Lips. VII 77 — 10 ex Masurio Sabino Bremer *Iurisprud. antehadr.* I 549, recte opinor — 11 ex Lavinio l. l. (Kr. 100 ı. 276).

Iam nos quoque Gellio haerentem capiti coronam paulum detraximus. Quod si inter testes totiens Favorini men exsiluit, periculum est, ne ut Maassio Wilamowitz, dolphio Bapp et Cohn obstiterunt, mihi non desint, qui, se me sevisse putavi, manu infesta decerpant. Melius nen res mihi in Gellio se habet quam illis. Favorini gistri dilectissimi et summo honore habiti, etiamsi non i sermocinans inducitur, scripta eum ante oculos habuisse s uno exemplo clare ostenditur[3]); sed etiam, ubi nomen s non occurrit, eum auctorem fuisse evincitur cum aliis, n XVI 15. Quo loco cum idem, quod Favorinus et llius, Aelianus et Athenaeus praebeant, etiam aliis locis, i hi cum Gellio conspirant, Arelatensem fontem statues quamvis a Rudolphi tota argumentatione alieni. Idem ı venit in Diogene L. Quem si eadem, quae Gellius 17, deprehendimus narrantem IV 1, 11 (5), ubi se Farinum sequi ipse confitetur, hunc fontem nominare conur, cogimur, cum sequatur vara vibiam, reliquam partem pitis eidem assignare, cum eadem apud Laertium iniamus, etiamsi nomen reticetur. Quod vero in uno mplo iam exploratum est, in similibus aeque valet. Et m Graeci non dubitaverint Graeci scrinia despoliare, eo inus Gellius, qui XV 26 Aristotelem et XVII 20 Platom nullam aliam ob causam arcessebat, quam cuius rba quam maxime modulata redderet, res a Favorino llectas popularibus vernaculo sermone offerre dubitabat, od ipse diserte indicat XII 1, 24. Itaque non timeo,

1) Ex Favorino VRose; certe nomen philosophi sine libro de positum dubitationem inicit, cfr. Ru. 47.

2) Cfr. Ru. 17 Beck 29 (Me. 668).

3) Cfr. Me. 676 sqq. Ru. 53 sqq.

ne nimis saepe[1]) ex tenebris illum elicuerim; immo e si uno alterove capite festinationis coargutus ero, t alia, quae addere nondum ausus sum aut scivi, succert quovis pignore certaverim arbitratus ut Theophra Hermippum, Theopompum, sic ne alios quidem Gel inspexisse nisi oculis magistri.

Inquirentibus vero nobis, non quibus fontibus Ge usus sit, sed quonam modo suis, spes iam excidit sii nos fructus capturos esse iis, quos collegit in V Reitzenstein, in Nonio post alios iam Lindsay. Na sollemne fuisse duo vel tria sese subsequentia capit eodem auctore desumere vel duo ex eodem depro tertio aliunde nato disiungere iam dudum cognitum Alioquin, ut ipse ait, ordine rerum fortuito usus esse detur; nam quae fila iam tenere mihi videbar[2]), or manibus elapsa sunt, ut umbras persecutus sim per ten interdum haud ita breve. Itaque laboribus cassis s defatigare nolo. Vnum tantum afferam, quod satis cer mihi videtur, ex minoribus grammaticis Gavii Bassi ex plum. Explicantur in eius libro de origine vocabulor quem eundem esse atque commentarios III 9 et 18 minatos Lersch, Mercklin, Kretzschmer uno ore procla runt, II 4 *divinatio* III (9 *equus Seianus*)[3]) 18 *ped* 19 *parcus* V 7 *persona* XI 17 *retare*: vides excerpta G liana per ordinem litterarum digesta, quod vix fieri pot nisi Gavius Bassus opus suum alphabetice disposuit Gelli que eundem ordinem retinuit. Nam casui aut consu

---

1) Cfr. et Ru. 58 Ne. 251; 274.

2) Varronis quidem antiq. rer. div. quarum liber aut ce aut probabili coniectura definiri potest, hoc ordine apud Gelli se excipiunt: IV—I 19; VIII—II 28; XIV—XI 6; XIV(?)— 30, 7; XIV—XVI 16 sq. Hic ordo librorum Varronis Gelli respondet, sed casu id factum est; certe neque in ant. r hum. neque in disciplinis idem fit. In aliis, ut in Verrii obscuris Catonis, numerus exemplorum nimis exiguus est, qu quo aliquid certi concludi liceat.

3) Hoc ex numero eximendum videtur, quamquam ord bene se inserit: nam fons capitis Modestus est, vd. supra.

...io id tribui haud facile potest. Atque optime con-...; quod *divinatio* in libro tertio operis eius, *vetare* in ...o enarrata legebantur. *Pedarius*, si tanti est, etiam ... Verrium verbo *parcus* antecedebat, quod ex Pauli ...ione (p. 210) et *parcito linguam* (p. 222) colligas. ... in fontibus, ne imbrem in cribrum ingeram, non iam ...ber.

---

De ratione, quam in hac editione secutus sum, omnia iam praecepta sunt. Apparatum Hertzii criticum ...tum ex additamentis Kuhnii[1]) in artiores carceres ...i abiectis paene omnibus, quae ad quaestiones ortho-graphicas spectant, praeterea verbis aperta incuria et festi-natione librariorum deformatis, omissis, transpositis, nisi ...c ad consanguinitatem codicum cognoscendam aliquid ...menti conferebant. In orthographia, ubi nec palim-psestus nec reliqui libri duces sunt stabiles, certam nor-mam non anxie pressi ne Gellio quidem a fontium, quos ...primebat, ut argumento ita scribendi ratione pendenti ...ae constitisse ratus. Coniecturas virorum doctorum iam apud Hertzium exstantes non protuli nisi gravissimas; quae post eum tentatae sunt, largiore manu profudi tantum non omnes. Si nonnullae oculos conquirentis fugerunt, igno-scant, qui consideraverint tales multas latere non modo in dissertationibus, quae nomen Gellii palam prae se ferunt, sed etiam in notis ad fragmenta scaenicorum, historicorum, oratorum etc. scriptis, quas ut omnes investigarem et ex-cuterem, fieri vix potuit.[2]) Praeterea monuerim agi de editione Gellii, non illorum scriptorum veterum; itaque meo iure praeterii eas coniecturas, quae cum illos fortasse recte emendent, Gellium tamen aliter se legere manifesto indicantem interpolent. Similem ob causam in exemplis allatis lectiones in textum recipiendae erant eae, quae

---

1) Fleckeis. ann. suppl. XXI Lipsiae 1894 p. 1 sqq.

2) Verbi causa de oraculo Arretino (III 3, 8) Buecheler disputat in Thesauro linguae Latinae *II p. 636*, 9.

quamvis genuinam manum illius scriptoris non reddi tamen Gellii sunt ex libris depravatis illa sua faciem sicque fortasse II 23, 20 (p. 128, 16) retinendum erat δυνάμενος, cum idem apud Stobaeum inveniatur, quam in ipso Menandro palmarem putem Zedelii mutation οὐδὲν μέρος.

Restat, ut hic quoque gratias agam Ricardo Foerste cuius summa benignitate copias Hertzianas mihi conces esse supra praedicavi, optime ita de hac editione me et Francisco Skutschio, cuius operam cum toti operi t fragmentis antiquorum scaenicorum navatam quamvis amici fusius laudibus efferre nolim, ut ipse memori ani eneo, ita alios plane ignorare non patiar.

Monasterii mense Octobri anni MCMII.

# INDEX

## dissertationum, quae in apparatu critico usurpatae sunt [1])

---

FAbbot *Praeterpropter in Gell. XIX 10* Class. Rev. XII (1898) p. 359
AGAmatucci *L' epigramma di Porcio Licino* (Gell. XIX 9, 13) Rivista di filol. e d' istruz. class. XXVIII (1900) p. 291
EBaehrens *Gellianum* Revue de phil. X (1886) p. 82
— *Zu Caesar und Memmius* Archiv f. Lex. II (1885) p. 477
— *Zu Gellius* Archiv f. Lex. III (1886) p. 279
— *Burmannus redivivus* Lipsiae 1887 p. 11
— in commentario Catulliano et in fragmentis poetarum Romanorum
Βάσης vd. Vassis
JWBeck vd. p. XXI adn. 1
HBluemner *Bemerkungen zu Gellius II 26* Phil. Abhdlg. M. Hertz gewidmet, Berolini 1888, p. 14
JCGBoot *Ad A. Gellii noctes atticas* Mnemos. XV (1887) p. 283
MBréal Mémoire de la soc. de ling. de Paris V 229
FBuecheler *Coniectanea* Mus. Rhen. XLI (1886) p. 2 (de IV 5)
— *Das älteste lat. Räthsel* Mus. Rhen. XLVI (1891) p. 159
RBuettner *Porcius Licinus* Lipsiae 1893 p. 97
EChatelain) Revue de phil. VII (1883) p. 205 (X (1886) p. 190)
LDewaule *A. Gellius quatenus philosophiae studuerit* Thèse Paris. Tolosae 1891

---

1) Quae ex Hertzio vel editionibus scriptorum a Gellio allatorum desumpsi, non repetivi, neque quae in app. crit. diserte indicata sunt. Non contigit, ut inspicerem GMelodia *Gellio XV 12* Rass. di antich. class. I 2; Regnaud *Mélanges philologiques* Annuaire de la fac. des lettres a Lyon II (1885) (de X 20, 4); Toutain, Mélanges d'archéologie et d'histoire XVI f. 5 (de XVI 13); Valmaggi *Nota ad un passo di G. (IX 14, 15)* Bibliot. delle scuole italiane VIII 17; de la Ville de Mirmont *Le poète Laevius* Revue des études anciennes II 202; 304 Biblioth. des univ. du Midi IV. Bordeaux 1900.

RΕllis *Ennius ann. 307—310* Journal of philol. XXII (1894
AKussner, Wochenschr. f. klass. Philol. III (1886) p. 389
Centralblatt 1884 p. 796; 1886 p. 474; 1887 p. 718; 75
EGoebel *Ad Gellium* Mus. Rhen. LIII (1898) p. 628
HGorges *De quibusdam Gellianis proprietatibus observa*
Halis 1883
CHamp *Die zusammengesetzten Praepositionen im Lat.* A
f. Lex. V (1888) p. 331
LHavet *Ennius* Revue de phil. XIV (1890) p. 31
— *Les anapestes d'Ennius* ibd. p. 45
— *Luciliana* ibd. p. 86
Heiberg *Gelliana* Nordisk tidsskrift for filologi VII (1899); e
in Revue de philol. XXIV (1900) p. 174
MHeraeus *Varia V* Mus. Rhen. LIV (1899) p. 307
MHertz *Randglossen* Archiv IV (1887) p. 138 Philol. Anz.
(1887) p. 708 Berl. phil. Woch. VIII (1888) p. 301; vd. et s
p. XIV adn. 2
HdHerwerden *Ad fragmenta comicorum* Mnemos. XXI (189
177 (ad Gell. XV 20, 8)
HJordan Götting. Gel. Anz. 1886 p. 482
JBKan Berl. philol. Wochenschr. XVIII (1898) p. 447
CKnapp vd. p. XI adn. 1
ELuebbert *De Pindari et Hieronis amicitiae primordiis* In
schol. aestiv. Bonnens. 1886 p. 22
JMaehly *Zur Kritik lat. Texte* Basileae 1886, vd. et Philol. A
XVII (1887) p. 476
— *Satura* Blätter f. d. bayr. Gymn. XXIV (1888) p. 470
FMaixner *Zu Valerius Aedituus* Zeitschr. f. d. öst. Gymn. XX
(1888) p. 406 XXXVI (1885) p. 583
— *Zu Porcius Licinus und Q. Catulus* ibd. XXXVIII (18
p. 1; 160
FMarx *Luciliana* stud. Vindob. XVIII (1896) p. 309 (de XVIII
ThMommsen (apud Hertzium et in) *Röm. Staatsrecht*[3] Lips
1887 sqq.
HJMueller D. Litteraturzeitung IV (1883) p. 1652 VIII (18
p. 238
LMueller *Beiträge zur Kritik und Erkl. des Ennius* Philol. XL
(1884) p. 102
— Philol. Rundschau 1884 p. 276 Neue philol. Rundschau 18
p. 107
— cfr. et Revue de philol. XI (1887) p. 337 XIII (1889) p. 373,
ANehring *Über bidens hostia* Fleckeis. ann. CXLVII (1893) p.
HNettleship (Nettl.) Acad. XXVI (1884) p. 155; vd. et su
p. XXI adn.
— *Notes in Latin Lexicography* Journ. of phil. XIII (1884) p.
— *Coniectanea* (XVIII 4, 11) Journ. of philol. XVII (1888) p. 1

[redacted]

# CONSPECTVS SIGLORVM

In libris I—VII (VIII)

**A** = codex palimpsestus Palatino-Vaticanus 24 saec
**P** = codex Parisinus 5765 saec. XIII
**R** = codex Lugduno-Bat. 21 saec. XII
**V** = codex Vaticanus 3452 saec. XIII
*ω* = consensus codicum (**A**)**PRV** aut omnium aut reli
*β* = codex Buslidianus
**T** = florilegium codicis Parisini 4952 saec. XII hic illic
**Y** = florilegium codicis Vaticani 3307 saec. XII hic illic
*ς* = codices deteriores, inter quos **U** = Urbin. 3
*σ* = lectio vulgata

In libris IX—XX

**N** = codex Magliabecchianus 329 saec. XV
**O** = codex Reginensis 597 saec. X
*Π* = codex Reginensis 1646 saec. XII
**X** = codex Vossianus Lat. F 112 saec. X
*γ* = archetypus codicum **NOΠX**
**B** = codex Bernensis 404 et Vltratraiectinus Aevur
Scriptores graeci 26 saec. XII
**Q** = codex Parisinus 8664 saec. XIII
**Z** = codex Vossianus Lat. F 7 saec. XIV
*δ* = archetypus codicum (**B**)**QZ**
*ω* = consensus codicum aut omnium aut reliquoru
**Q**²**O**² etc. correctores codicum **QO** etc.
**T**, **Y**, *β*, *ς*, *σ* ut supra

/// rasuram, * lacunam indicat

verba uncis ⟨ ⟩ inclusa additamenta sunt

*Ald.* = ed. Aldina, *Btl.* = Bentley, *Gr.* = Gronovius, *JGr.* = Iacobus Gronovius, *Mdg.* = *Mms.* = Mommsen, *Nettl.* = Nettleship, *Ribb.* = R *Sk.* = Skutsch

GLK = Grammatici Latini ed. Keil; CGL = Glossariorum Latinorum ed. Goetz et Gundermann; G = Glossae a Reifferscheid Mus. Rhen. XVI 1 editae; Fontes Iuris Romani ed. Bruns[5]

Editores fragmentorum vd. in indice I

# ⟨A. GELLII
# NOCTIVM ATTICARVM PRAEFATIO⟩

*** iucundiora alia reperiri queunt, ad hoc ut liberis 1 quoque meis partae istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari indulgerique potuisset. Vsi autem sumus ordine rerum 2 fortuito, quem antea in excerpendo feceramus. Nam proinde ut librum quemque in manus ceperam seu Graecum seu Latinum vel quid memoratu dignum audieram, ita quae libitum erat, cuius generis cumque erant, indistincte atque promisce annotabam eaque mihi ad subsidium memoriae quasi quoddam litterarum penus recondebam, ut, quando usus venisset aut rei aut verbi, cuius me repens forte oblivio tenuisset, et libri, ex quibus ea sumpseram, non adessent, facile inde nobis inventu atque depromptu foret.

Facta igitur est in his quoque commentariis eadem 3 rerum disparilitas, quae fuit in illis annotationibus pristinis, quas breviter et indigeste et incondite ⟨ex⟩ eruditionibus lectionibusque variis feceramus. Sed quon- 4 iam longinquis per hiemem noctibus in agro, sicuti dixi, terrae Atticae commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus, idcirco eas inscripsimus noctium

5 sqq. Macr. I praef. 2 sq. 18 sqq. Plin. praef. 23 sqq.
21 GLK II 355, 19 'nox etiam a nocte noctium, unde Agellius noctium atticarum inscripsit'

2 peratae R || 17 ex *add. Gr.* || 18 auditionibus *Gr.*

esse Atticarum nihil imitati festivitates inscriptio
quas plerique alii utriusque linguae scriptores i
5 genus libris fecerunt. Nam quia variam et misce
et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant, eo
los quoque ad eam sententiam exquisitissimos indide
6 Namque alii Musarum inscripserunt, alii silvar
ille πέπλον, hic Ἀμαλθείας κέρας, alius κη
partim λειμῶνας, quidam lectionis suae, alius a
quarum lectionum atque alius ἀνθηρῶν et i
7 alius εὑρημάτων. Sunt etiam, qui λύχνους inscri
rint, sunt item, qui στρωματεῖς, sunt adeo,
πανδέκτας et Ἑλικῶνα et προβλήματα et ἐγχ
8 ειρίδια et παραξιφίδας. Est qui memoriales l
lum fecerit, est qui πραγματικὰ et πάρεργα et
διδασκαλικά, est item qui historiae naturalis,
παντοδαπῆς ἱστορίας, est praeterea qui prat
est itidem qui πάγκαρπον, est qui τόπων scripse
9 sunt item multi, qui coniectanea, neque item
sunt, qui indices libris suis fecerint aut epistular
moralium aut epistolicarum quaestionum
confusarum et quaedam alia inscripta nimis lep
10 multasque prorsum concinnitates redolentia. Nos v
ut captus noster est, incuriose et inmeditate ac pr
etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernar
vigiliarum Atticas noctes inscripsimus tantum ce
omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude ceden
quantum cessimus in cura et elegantia scriptionis.

11 Sed ne consilium quidem in excerpendis notan
que rebus idem mihi, quod plerisque illis, fuit. N
que illi omnes et eorum maxime Graeci multa et v
lectitantes, in quas res cumque inciderant, 'alba'

5 Amm. XIX 11, 3 31 cfr. Otto, Sprichwörter
Römer p. 11

7 KAIBIA P *corr. Salmas., qui pleraque Graeca corr.* || 15 est
est qui *Salmas.* et *Sk.* || 17 TOΠAN P | scripsit *ω corr. Petsche*
21 quaedam ⟨item⟩ *Sk.* | 26 scriptionis *ω* || 28 quaerendisqu

[redacted]



citur 'linea' sine cura discriminis solam copiam sec-
ti converrebant, quibus in legendis ante animus senio
t taedio languebit, quam unum alterumve reppererit,
uod sit aut voluptati legere aut cultui legisse aut usui
meminisse. Ego vero, cum illud Ephesii viri summe 12
obilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est
Heracl. fr. 16 Byw.) 'πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει',
pse quidem volvendis transeundisque multis admodum
oluminibus per omnia semper negotiorum intervalla,
n quibus furari otium potui, exercitus defessusque
um, sed modica ex his eaque sola accepi, quae aut
ngenia prompta expeditaque ad honestae eruditionis
upidinem utiliumque artium contemplationem celeri
acilique compendio ducerent aut homines aliis iam
itae negotiis occupatos a turpi certe agrestique rerum
tque verborum imperitia vindicarent.

Quod erunt autem in his commentariis pauca quae- 13
am scrupulosa et anxia vel ex grammatica vel ex
ialectica vel etiam ex geometria, quodque erunt item
aucula remotiora super augurio iure et pontificio, non
portet ea defugere quasi aut cognitu non utilia aut
erceptu difficilia. Non enim fecimus altos nimis et
bscuros in his rebus quaestionum sinus, sed primitias
uasdam et quasi libamenta ingenuarum artium dedi-
nus, quae virum civiliter eruditum neque audisse um-
uam neque attigisse, si non inutile, at quidem certe
ndecorum est. Ab his igitur, si cui forte nonnum- 14
uam tempus voluptasque erit lucubratiunculas istas
ognoscere, petitum impetratumque volumus, ut in le-
gendo, quae pridem scierint, non aspernentur quasi
nota involgataque. Nam ecquid tam remotum in litte- 15

4 Macr. I praef. 10 21 Macr. I praef. 11

2 conuertebant ω *corr. Carrio* ‖ 3 quam] ς tum ω | compre-
hënderit R ‖ 5 eracliti efesii R ‖ 6 uerum ω ‖ 15 atgrestiumque R ‖
19 geometrica ω *corr.* ς ‖ 26 non utile aut ω non vile (incivile
*Vettl.*) at *Mms.* ‖ 31 et quid ω *corr. Mdg.*

ris est, quin id tamen complusculi sciant? et
blandum est non esse haec neque in scholis
16 neque in commentariis protrita. Quae porro
ignotaque offenderint, aequum esse puto, ut
obtrectatu considerent, an minutae istae adm
et pauxillulae nequaquam tamen sint vel ad
studium vescae vel ad oblectandum fovendum
mum frigidae, sed eius seminis generisque sint
facile adolescant aut ingenia hominum veget
memoria adminiculatior aut oratio sollertior a
incorruptior aut delectatio in otio atque in lud
17 lior. Quae autem parum plana videbuntur au
plena instructaque, petimus, inquam, ut ea non
magis quam admonendi gratia scripta existi
quasi demonstratione vestigiorum contenti perse
ea post, si libebit, vel libris repertis vel m
18 Quae vero putaverint reprehendenda, his, si a
succenseant, unde ea nos accepimus; sed eni
aliter apud alium scripta legerint, ne iam st
mere obstrepant, sed et rationes rerum et auc
hominum pensitent, quos illi quosque nos secut
19 Erit autem id longe optimum, ut qui in le
percontando, scribendo, commentando numquam
tates, numquam labores ceperunt, nullas ho
vigilias vigilarunt neque ullis inter eiusdem
aemulos certationibus disceptationibusque elim
sed intemperiarum negotiorumque pleni sunt,
a noctibus his procul atque alia sibi oblec
quaerant. Vetus adagium est *(p. 56 B.)*:

---

9 sqq. Macr. I praef. 11    29 sqq. cfr. Otto, Spricl
et 336

---

1 quam plusculi R || 2 landum R *unde* laudum
*Gr.* e ω || 7 obleciandum P obleuandum R || 10 oratio
ratio R || 11 delectatior ω *corr. Gr.* || 18 ⟨si⟩ quae *Sk.*
R[1] | tempere (-pore R) ω *corr. Carrio* || 23 percontan
*add. Gr. e lin. 26, ubi* labeant percontando scriben
26 sunt *del. Gr.* || 27 *vd.* 23

[redacted]



nihil cum fidibus graeculost, nihil cum amaracino sui.

Atque etiam, quo sit quorundam male doctorum ho- 20
minum scaevitas et invidentia irritatior, mutuabor ex
Aristophanae choro anapaesta pauca et quam ille
homo festivissimus fabulae suae spectandae legem dedit,
eandem ego commentariis his legendis dabo, ut ea ne
attingat neve adeat profestum et profanum volgus a
ludo musico diversum. Versus legis datae hi sunt 21
(ran. *354 sqq. 369 sqq.*):

*εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,*
*ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύει*
*ἢ γενναίων ὄργια Μουσῶν μήτ' εἶδεν μήτ' ἐχόρευσεν,*
*τούτοις αὐδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ*
*ἐξίστασθαι μύσταισι χοροῖς· ὑμεῖς δ' ἀνεγείρετε μολπὴν*
*καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἳ τῇδε πρέπουσιν ἑορτῇ.*

Volumina commentariorum ad hunc diem viginti 22
iam facta sunt. Quantum autem vitae mihi deinceps 23
deum voluntate erit quantumque a tuenda re familiari
procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium,
ea omnia subsiciva et subsecundaria tempora ad colligendas
huiuscemodi memoriarum delectatiunculas conferam.
Progredietur ergo numerus librorum diis bene 24
iuvantibus cum ipsius vitae, quantuli quique fuerint,
progressibus, neque longiora mihi dari spatia vivendi

8 Hor. carm. III 1, 1 31 Amm. XXI 16, 6

1 graeculos (grec. P) ω *corr. Heitz* || 11 HMETEFOICIN P || 19 TOICI ∂OFOIC P || 23 hanc R || 27 secundaria *Gr.* || 30 quantuli quomque *Sk.*

volo, quam dum ero ad hanc quoque facultatem bendi commentandique idoneus.

Capita rerum, quae cuique commentario insum posuimus hic universa, ut iam statim declaretur, quo in libro quaeri invenirique possit.

---

## CAPITVLA LIBRI PRIMI

I Quali proportione quibusque collectionibus tarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosop dixerit de comprehendenda corporis proceritate, fuit Hercules, cum vitam inter homines viveret.

II Ab Herode Attico C. V. tempestive depron in quendam iactantem et gloriosum adulescentem, sp tantum philosophiae sectatorem, verba Epicteti St quibus festiviter a vero Stoico seiunxit volgus lo cium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

III Quod Chilo Lacedaemonius consilium an pro salute amici cepit; quodque est circumspecte anxie considerandum, an pro utilitatibus amicor delinquendum aliquando sit; notataque inibi et rel quae et Theophrastus et M. Cicero super ea re sc serunt.

IV Quam tenuiter curioseque exploraverit Anto Iulianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati gutiam.

V Quod Demosthenes rhetor cultu corporis a vestitu probris obnoxio infamique munditia fuit; q que item Hortensius orator ob eiusmodi mundi gestumque in agendo histrionicum Dionysiae salt culae cognomento compellatus est.

---

3 Capita — possit] capitula primi libri hinc relinco *Capitulorum, quae in melioribus codicibus libris sin praefixa exstant, variae lectiones ante ipsa capita invenie*

VI Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit in censura ad populum, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur; eaque oratio quam ob causam reprehensa et quo contra modo defensa sit.

VII In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem 'hanc sibi rem praesidio sperant futurum' neque mendum esse neque vitium, errareque istos, qui bonos libros violant et 'futuram' scribunt; atque ibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum perperam mutatur; et aspersa pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus est.

VIII Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide meretrice et Demosthene rhetore.

IX Quis modus fuerit, quis ordo disciplinae Pythagoricae, quantumque temporis imperatum observatumque sit discendi simul ac tacendi.

X Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adulescentem casce nimis et prisce loquentem.

XI Quod Thucydides scriptor inclutus Lacedaemonios in acie non tuba, sed tibiis esse usos dicit, verbaque eius super ea re posita; quodque Herodotus Alyattem regem fidicinas in procinctu habuisse tradit; atque inibi quaedam notata de Gracchi fistula contionaria.

XII Virgo Vestae quid aetatis et ex quali familia et quo ritu quibusque caerimoniis et religionibus ac quo nomine a pontifice maximo capiatur et quo statim iure esse incipiat simul atque capta est; quodque, ut Labeo dicit, nec intestato cuiquam nec eius intestatae quisquam iure heres est.

XIII Quaesitum esse in philosophia, quidnam foret in recepto mandato rectius, idne omnino facere quod mandatum est, an nonnumquam etiam contra, si id speres ei, qui mandavit, utilius fore; superque ea quaestione expositae diversae sententiae.

XIV Quid dixerit feceritque C. Fabricius, magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familiae pecuniae-

que inops, cum ei Samnites tamquam indig aurum donarent.

XV Quam inportunum vitium plenumqu futtilis inanisque loquacitas; et quam multi a principibus utriusque linguae viris detestat culpata sit.

XVI Quod verba istaec Quadrigari ex an 'ibi mille hominum occiditur' non licenter poetarum figura, sed ratione certa et proba ticae disciplinae dicta sunt.

XVII Quanta cum animi aequitate toler crates uxoris ingenium intractabile; atque ir M. Varro in quadam satura de officio mariti

XVIII Quod M. Varro in quarto decimo hu L. Aelium magistrum suum in ἐτυμολογίᾳ fa hendit; quodque idem Varro in eodem libı furis ἔτυμον dicit.

XIX Historia super libris Sibyllinis ac de Superbo rege.

XX Quid geometrae dicant ἐπίπεδον, quic quid κύβον, quid γραμμήν; quibusque ista omn vocabulis appellentur.

XXI Quod Iulius Hyginus affirmatissime legisse se librum P. Vergilii domesticum, scriptum esset 'et ora tristia temptantum se quebit amaror', non quod volgus legeret 'sens bit amaro'.

XXII An qui causas defendit, recte Latine 'superesse ⟨se⟩' is, quos defendit; et 'superess quid sit.

XXIII Quis fuerit Papirius Praetextatus; q causa cognomenti sit; historiaque ista om eodem Papirio cognitu iucunda.

XXIV Tria epigrammata trium veterum Naevii, Plauti, Pacuvii, quae facta ab ipsis eorum incisa sunt.

XXV Quibus verbis M. Varro indutias

quaesitumque inibi curiosius, quaenam ratio sit vocabuli indutiarum.

XXVI Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percontanti, an sapiens irasceretur.

## CAPITVLA LIBRI SECVNDI

I Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis; deque eiusdem viri temperantia.

II Quae ratio observatioque officiorum esse debeat inter patres filiosque in discumbendo sedendoque atque id genus rebus domi forisque, si filii magistratus sunt et patres privati; superque ea re Tauri philosophi dissertatio et exemplum ex historia Romana petitum.

III Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint h litterae spiritum.

IV Quam ob causam Gavius Bassus genus quoddam iudicii 'divinationem' appellari scripserit; et quam alii causam esse eiusdem vocabuli dixerint.

V Quam lepide signateque dixerit Favorinus philosophus, quid intersit inter Platonis et Lysiae orationem.

VI Quibus verbis ignaviter et abiecte Vergilius usus esse dicatur; et quid his, qui improbe ⟨id⟩ dicunt, respondeatur.

VII De officio erga patres liberorum; deque ea re ex philosophiae libris, in quibus scriptum quaesitumque est, an omnibus patris iussis obsequendum sit.

VIII Quod parum aequa reprehensio Epicuri a Plutarcho facta sit in synlogismi disciplina.

IX Quod idem Plutarchus evidenti calumnia verbum ab Epicuro dictum insectatus sit.

X Quid sint favisae Capitolinae; et quid super eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quaerenti rescripserit.

XI De Sicinio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

XII Considerata perpensaque lex quaedam Solonis

speciem habens primorem iniquae iniustaeque legis, sed ad usum et emolumentum salubritatis penitus reperta.

XIII Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamve veteres dixisse.

XIV Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tiberium exulem, 'stitisses vadimonium' per i litteram dicit, non 'stetisses'; eiusque verbi ratio reddita.

XV Quod antiquitus aetati senectae potissimum habiti sint ampli honores; et cur postea ad maritos et ad patres idem isti honores delati sint; atque ibi de capite quaedam legis Iuliae septimo.

XVI Quod Caesellius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Vergiliani enarratione.

XVII Cuiusmodi esse naturam quarundam praepositionum M. Cicero animadverterit; disceptatumque ibi super eo ipso, quod Cicero observaverat.

XVIII Quod Phaedon Socraticus servus fuit; quodque item alii compluscu20li servitutem servierunt.

XIX 'Rescire' verbum quid sit; et quam habeat veram atque propriam significationem.

XX Quae volgo dicuntur 'vivaria', id vocabulum veteres non dixisse; et quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit.

XXI Super eo sidere, quod Graeci 'ἅμαξαν', nos 'septentriones' vocamus; ac de utriusque vocabuli ratione et origine.

XXII De vento iapyge deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque accepta ex Favorini sermonibus.

XXIII Consultatio diiudicatioque locorum facta ex comoedia Menandri et Caecilii, quae Plocium inscripta est.

XXIV De vetere parsimonia; deque antiquis legibus sumptuariis.

XXV Quid Graeci *ἀναλογίαν*, quid contra *ἀνωμαλίαν* vocent.

XXVI Sermones M. Frontonis et Favorini philo-

[redacted]



sophi de generibus colorum vocabulisque eorum Graecis et Latinis; atque inibi color 'spadix' cuiusmodi sit.

XXVII Quid T. Castricius existimarit super Sallustii verbis et Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

XXVIII Non esse compertum, cui deo rem divinam fieri oporteat, cum terra movet.

XXIX Apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis.

XXX Quid observatum sit in undarum motibus, quae in mari alio atque alio modo fiunt austris flantibus aquilonibusque.

## CAPITVLA LIBRI TERTII

I Quaesitum atque tractatum, quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem, sed corpus quoque ipsum effeminare.

II Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat, qui ante noctis horam sextam postve eam nati sunt; atque inibi de temporibus terminisque dierum, qui civiles nominantur et usquequaque gentium varie observantur; et praeterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere, quae a marito non iure se usurpavisset, quod rationem civilis anni non habuerit.

III De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisce verae atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque inibi, quod Plautus et Naevius in carcere fabulas scriptitarint.

IV Quod P. Africano et aliis tunc viris nobilibus ante aetatem senectam barbam et genas radere mos patrius fuit.

V Deliciarum vitium et mollities oculorum et corporis ab Arcesila philosopho cuidam obprobrata acerbe simul et festiviter.

VI De vi atque natura palmae arboris, quod lignum ex ea ponderibus positis renitatur.

VII Historia ex annalibus sumpta de Q. Cae tribuno militum; verbaque ex originibus M. Ca apposita, quibus Caedici virtutem cum Spartano Le aequiperat.

VIII Litterae eximiae consulum C. Fabrici Q. Aemilii ad regem Pyrrum a Q. Claudio scri historiarum in memoriam datae.

IX Quis et cuiusmodi fuerit, qui in proverbio fe equus Seianus; et qualis color equorum sit, qui ' dices' vocantur; deque istius vocabuli ratione.

X Quod est quaedam septenarii numeri vis facultas in multis naturae rebus animadversa, de M. Varrro in hebdomadibus disserit copiose.

XI Quibus et quam frivolis argumentis Accius didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiod esse quam Homerum natu antiquiorem.

XII Largum atque avidum bibendi a P. Nigi doctissimo viro, nova et prope absurda vocabuli fig 'bibosum' dictum.

XIII Quod Demosthenes etiamtum adulescens, c Platonis philosophi discipulus foret, audito forte Ca strato rhetore in contione populi destitit a Platone sectatus Callistratum est.

XIV 'Dimidium librum legi' aut 'dimidiam fabul audivi' aliaque huiuscemodi qui dicat, vitiose dice eiusque vitii causas reddere M. Varronem; nec que quam veterem hisce verbis ita usum esse.

XV Extare in litteris perque hominum memor traditum, quod repente multis mortem attulit gaudi ingens insperatum interclusa anima et vim magni no que motus non sustinente.

XVI Temporis varietas in puerperiis mulierum qu nam sit a medicis et a philosophis tradita; atque in poetarum quoque veterum super eadem re opinio multaque alia auditu atque memoratu digna; verba ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta, qui scriptus est περὶ τροφῆς.

[redacted]



XVII Id quoque esse a gravissimis viris memoriae mandatum, quod tris libros Plato Philolai Pythagorici Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.

XVIII Quid sint 'pedari senatores' et quam ob causam ita appellati; quamque habeant originem verba haec ex edicto tralaticio consulum: 'senatores quibusque in senatu sententiam dicere licet'.

XIX Qua ratione Gavius Bassus scripserit 'parcum' hominem appellatum et quam esse eius vocabuli causam dictitarit; et contra, quem in modum quibusque verbis Favorinus hanc traditionem eius eluserit.

## CAPITVLA LIBRI QVARTI

I Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum; atque ibi in sermone dictum, quibus verbis 'penus' a Q. Scaevola definita sit; quodque eadem definitio culpata reprehensaque est.

II Morbus et vitium quid differat et quam vim habeant vocabula ista in edicto aedilium; et an eunuchus et steriles mulieres redhiberi possint; diversaeque super ea re sententiae.

III Quod nullae fuerint rei uxoriae actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium; atque inibi, quid sit proprie paelex quaeque eius vocabuli ratio sit.

IV Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripserit de iure atque more veterum sponsaliorum.

V Historia narrata de perfidia aruspicum Etruscorum; quodque ob eam rem versus hic a pueris Romae urbe tota cantatus est 'malum consilium consultori pessimum est'.

VI Verba veteris senatusconsulti posita, quo decretum est hostiis maioribus expiandum, quod in sacrario hastae Martiae movissent; atque ibi enarratum, quid

[redacted]





# CAPITVLA LIBRI QVINTI

XIII De officiorum gradu atque ordine m populi Romani observato.

XIV Quod Apion, doctus homo, qui Pli appellatus est, vidisse se Romae scripsit recogni inter sese mutuam ex vetere notitia hominis et

XV Corpusne sit vox an ἀσώματον, vari philosophorum sententias.

XVI De vi oculorum deque videndi rationi

XVII Quam ob causam dies primi post Kal Nonas, Idus atri habeantur; et cur diem quoque qu ante Kalendas vel Nonas vel Idus quasi religi plerique vitent.

XVIII In quid et quantum differat historia ab libus; superque ea re verba posita ex libro rerum g rum Sempronii Asellionis primo.

XIX Quid sit adoptatio, quid item sit adro quantumque haec inter se differant; verbaque eius qualiaque sint, qui in liberis adrogandis super populum rogat.

XX Quod vocabulum Latinum soloecismo f Capito Sinnius, quid autem id ipsum appella veteres Latini; quibusque verbis soloecismum defi idem Capito Sinnius.

XXI 'Pluria' qui dicat et 'compluria' et pluriens', non barbare dicere, sed Latine.

## CAPITVLA LIBRI SEXTI (*vulgo* SEPTI

I Admiranda quaedam ex annalibus sumpt P. Africano superiore.

II De Caeselli Vindicis pudendo errore, quem of mus in libris eius, quos inscripsit 'lectionum antiqua

III Quid Tiro Tullius, Ciceronis libertus, repr derit in M. Catonis oratione, quam pro Rodien in senatu dixit; et quid ad ea, quae reprehen responderimus.

IV Cuiusmodi servos et quam ob causam C

[redacted]

XVII Sermo habitus cum grammatico insole et inperitiarum pleno de significatione vocabuli est 'obnoxius'; deque eius vocis origine.

XVIII De observata custoditaque apud Ro iurisiurandi sanctimonia; atque inibi de decem c quos Romam Hannibal deiurio ab his accepto

XIX Historia ex annalibus sumpta de T Graccho, Gracchorum patre, tribuno plebis; atque tribunicia decreta cum ipsis verbis relata.

XX Quod Vergilius a Nolanis ob aquam sib permissam sustulit e versu suo 'Nolam' et 'oram'; atque ibi quaedam alia de iucunda conso litterarum.

XXI 'Quoad vivet' 'quoad'que 'morietur' ipsum temporis significent, cum ex duobus sint contrariis.

XXII Quod censores equum adimere soliti equitibus corpulentis et praepinguibus; quaesitu utrum ea res cum ignominia an incolumi dig equitum facta sit.

## CAPITVLA LIBRI SEPTIMI (*vulgo* SEX

I Quem in modum responderit Chrysippus sum eos, qui providentiam consistere negaverunt

II Quo itidem modo et vim necessitatemqu constituerit et esse tamen in nobis consilii iudi nostri arbitrium confirmaverit.

III Historia sumpta ex libris Tuberonis de se invisitatae longitudinis.

IV Quid idem Tubero novae historiae de Regulo a Carthaginiensibus capto litteris manda quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scri

V Quod Alfenus iureconsultus in verbis vet interpretandis erravit.

VI Temere inepteque reprehensum esse a Hygino Vergilium, quod 'praepetes' Daedali p

[redacted]



dixit; atque inibi, quid sint aves praepetes et quid illae sint aves, quas Nigidius 'inferas' appellavit.

VII De Acca Larentia et Gaia Taracia; deque origine sacerdotii fratrum arvalium.

VIII Notata quaedam de rege Alexandro et de P. Scipione memoratu digna.

IX Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis historiae et orationis lepidissimae.

X Historia super Euclida Socratico, cuius exemplo Taurus philosophus hortari adulescentes suos solitus ad philosophiam naviter sectandam.

XI Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quae libuit meminisse, ad officium gravitatis dignitatisque vitae ducentia.

XII Quod neque 'testamentum', sicuti Servius Sulpicius existimavit, neque 'sacellum', sicuti C. Trebatius, duplicia verba sunt, sed a testatione productum ⟨alterum⟩, alterum a sacro imminutum.

XIII De quaestiunculis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, quae 'sympoticae' vocantur.

XIV Poeniendis peccatis tres esse rationes a philosophis attributas; et quamobrem Plato duarum ex his meminerit, non trium.

XV De verbo 'quiesco', an e littera corripi an produci debeat.

XVI Verbum 'deprecor' a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius verbi exemplisque veterum scriptorum.

XVII Quis omnium primus libros publice praebuerit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

## |CAPITVLA LIBRI OCTAVI

I 'Hesterna noctu' rectene an cum vitio dicatur et quaenam super istis verbis grammatica traditio sit; item quod decemviri in XII tabulis 'nox' pro 'noctu' dixerunt.

II Quae mihi decem verba ediderit Favorinus, usurpentur quidem a Graecis, sed sint adulteri barbara; quae item a me totidem acceperit, q medio communique usu Latine loquentium Latina sint neque in veterum libris reperiantur.

III Quem in modum et quam severe incre audientibus nobis Peregrinus philosophus adulesc Romanum ex equestri familia stantem segnem se et assidue oscitantem.

IV Quod Herodotus, scriptor historiae memor mus, parum vere dixerit unam solamque pinum arb omnium caesam numquam denuo ex iisdem radi pullulare; et quod item de aqua pluviali et nive non satis exploratam pro comperta posuerit.

V Quid illud sit, quod Vergilius caelum 'i pulvere' et quod Lucilius 'pectus sentibus stare' d

VI Cum post offensiunculas in gratiam rede expostulationes fieri mutuas minime utile esse, su que ea re et sermo Tauri expositus et verba ex T phrasti libro sumpta; et quid M. quoque Cicer amore amicitiae senserit, cum ipsius verbis addi

VII Ex Aristotelis libro, qui ⟨περὶ μνήμης⟩ scriptus est, cognita acceptaque de natura mem et habitu; atque inibi alia quaedam de exuberantia interitu eius lecta auditaque.

VIII Quid mihi usu venerit, interpretari et qua fingere volenti locos quosdam Platonicos Latina orat

IX Quod Theophrastus philosophus omnis aetatis facundissimus verba pauca ad populum A niensem facturus deturbatus verecundia obticuerit; q que idem hoc Demostheni apud Philippum regem v facienti evenerit.

X Qualis mihi fuerit in oppido Eleusino discep cum grammatico quodam praestigioso tempora verbo et puerilia meditamenta ignorante, remotarum a quaestionum nebulas et formidines capiendis im torum animis ostentante.

[redacted]



Quam festive responderit Xanthippae uxori petenti, ut per Dionysia largiore sumptu ceni-

Quid significet in veterum libris scriptum 'pleri-es'; et quod ea verba accepta a Graecis videntur.

'Eupsones', quod homines Afri dicunt, non ɔum Poenicum, sed Graecum.

Lepidissima altercatio Favorini philosophi ad-quendam intempestivum de ambiguitate ver-disserentem; atque inibi verba quaedam ex ɔoeta et Cn. Gellio non usitate collocata; atque ı P. Nigidio origines vocabulorum exploratae.

Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a re Laberius poeta; atque inibi appositi versus dem re eiusdem Laberii.

## CAPITVLA LIBRI NONI

uamobrem Quintus Claudius Quadrigarius in simo annali scripserit rectiores certioresque ri, si sursum quid mittas quam si deorsum.

!ualibus verbis notarit Herodes Atticus falso m cultu amictuque nomen habitumque philo-nentientem.

Epistula Philippi regis ad Aristotelem philo-super Alexandro recens nato.

De barbararum gentium prodigiosis miraculis; iris et exitiosis effascinationibus; atque inibi lis repente versis in mares.

ᴉiversae nobilium philosophorum sententiae de ıe natura voluptatis; verbaque Hieroclis philo-uibus decreta Epicuri insectatus est.

Verbum, quod est ⟨ab⟩ 'ago' frequentativum, ba prima quonam sit modulo pronuntiandum.

De conversione foliorum in arbore olea brumali tiali die; deque fidibus id temporis ictu alieno us.

VIII Necessum esse, qui multa habeat, mu digere: deque ea re Favorini philosophi cum br eleganti sententia.

IX Quis modus sit vertendi verba in Graec tentiis: deque his Homeri versibus, quos Ve vertisse aut bene apteque aut inprospere existima

X Quod Annaeus Cornutus versus Vergilii, Veneris et Vulcani concubitum pudice operteque reprehensione spurca et odiosa inquinavit.

XI De Valerio Corvino; et unde Corvinus.

XII De verbis, quae in utramque partem sign tione adversa et reciproca dicuntur.

XIII Verba ex historia Claudi Quadrigari, qu Manli Torquati, nobilis adulescentis, et hostis provocantis pugnam depinxit.

XIV Quod idem Quadrigarius 'huius facies' p casu probe et Latine dixit; et quaedam alia adp de similium vocabulorum declinationibus.

XV De genere controversiae, quod Graece ἄχ appellatur.

XVI Quod Plinium Secundum, non hominem doctum, fugerit latueritque vitium argumenti, ἀντιστρέφον Graeci dicunt.

## CAPITVLA LIBRI DECIMI

I 'Tertium'ne 'consul' an 'tertio' dici oportea quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod dedicaturus, honores suos scriberet, quaestionem pitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

II Quid Aristoteles de numero puerperii mem mandaverit.

III Locorum quorundam inlustrium conlatio co tioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Cice et M. Catonis.

IV Quod P. Nigidius argutissime docuit no non positiva esse, sed naturalia.

[redacted]



V 'Avarus' simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.

VI Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appi Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

VII Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

VIII Inter ignominias militares, quibus milites coercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiuscemodi castigationis.

IX Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit; quaeque earum instructionum sint vocabula.

X Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani anulum hoc digito gestaverint, qui est in manu sinistra minimo proximus.

XI Verbum 'mature' quid significet quaeque vocis eius ratio sit; et quod eo verbo volgus hominum inproprie utatur; atque inibi, quod 'praecox' declinatum 'praecocis' faciat, non 'praecoquis'.

XII De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert; et ibidem de simulacro volucri columbae.

XIII 'Cum partim hominum' qua ratione veteres dixerint.

XIV 'Iniuria mihi factum itur' quali verborum ordine Cato dixerit.

XV De flaminis Dialis deque flaminicae caerimoniis; verbaque ex edicto praetoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad iurandum neque virgines Vestae neque Dialem.

XVI Quos errores Iulius Hyginus in sexto Vergilii animadverterit in Romana historia erratos.

XVII Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit; et super ea re versus Laberii pure admodum et venuste facti.

XVIII Historia de Artemisia; deque eo certamine,

quod aput Mausoli sepulcrum a 'scripto decertatum est.

XIX Non purgari neque levari pe praetenditur peccatorum, quae alii quoque similitudo; atque inibi verba ex oratione Demosthenis.

XX Quid sit 'rogatio', quid 'lex', qu tum', quid 'privilegium'; et quantum ist ferant.

XXI Quam ob causam M. Cicero his o 'novissime' et 'novissimus' observantissime

XXII Locus exemptus ex Platonis li scribitur Gorgias, de falsae philosophiae pr philosophos temere incessunt, qui emolu philosophiae ignorant.

XXIII Verba ex oratione M. Catonis d veterum victu et moribus; atque inibi, qu marito in adulterio uxorem deprehensam i

XXIV 'Die pristini', 'die crastini' et et 'die quinti', qui elegantius locuti sint, ut ea nunc volgo dicuntur.

XXV Telorum et iaculorum gladiorum inibi navium quoque vocabula, quae scripta libris reperiuntur.

XXVI Inscite ab Asinio Pollione repreh lustium, quod transfretationem 'transgressu et 'transgressos' qui transfretassent.

XXVII Historia de populo Romano de Poenico, quod pari propemodum vigore fuer

XXVIII De aetatium finibus pueritiae senectae, ex Tuberonis historia sumptum.

XXIX Quod particula 'atque' non complex sit, sed vim habeat plusculam variamque.

[redacted]



# CAPITVLA LIBRI VNDECIMI

I De origine vocabuli terrae Italiae; deque ea multa, quae 'suprema' appellatur, deque eius nominis ratione ac de lege Aternia; et quibus verbis antiquitus multa 'minima' dici solita sit.

II Quod 'elegantia' apud antiquiores non de amoeniore ingenio, sed de nitidiore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.

III Qualis quantaque sit 'pro' particulae varietas; deque exemplis eius varietatis.

IV Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi aemulatus sit.

V De Pyrroniis philosophis quaedam deque Academicis strictim notata; deque inter eos differentia.

VI Quod mulieres Romae per Herculem non iuraverint neque viri per Castorem.

VII Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis minime utendum.

VIII Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino, qui homo Romanus Graeca oratione res Romanas venia sibi ante eius imperitiae petita composuit.

IX Historia de legatis Mileti ac Demosthene rhetore in libris Critolai reperta.

X Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni, adtribuit; verbaque ipsius C. Gracchi relata.

XI Verba P. Nigidii, quibus differre dicit 'mentiri' et 'mendacium dicere'.

XII Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

XIII Quid Titus Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimarit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

XIV Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio circa vini usum.

XV De 'ludibundo' et 'errabundo' atque id verborum productionibus; et quod Laberius sic 'bundam' dixit, ut dicitur 'ludibunda' et 'erra atque inibi, quod Sisenna per huiuscemodi verbu figura usus est.

XVI Quod Graecorum verborum quorundam cillima est in Latinam linguam mutatio, velut Graece dicitur πολυπραγμοσύνη.

XVII Quid significet in veteribus praetorum tis: 'qui flumina retanda publice redempta habe

XVIII Qua poena Draco Atheniensis in le quas populo Atheniensi scripsit, fures adfecer qua postea Solon; et qua item decemviri nostri duodecim tabulas scripserunt; atque inibi adscri quod aput Aegyptios furta licita et permissa sunt Lacedaemonios autem cum studio quoque adfect pro exercitio utili celebrata; ac praeterea M. C de poeniendis furtis digna memoria sententia.

## CAPITVLA LIBRI DVODECIMI

I Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit feminae, uti liberos, quos peperisset, non nutricu hibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

II Quod Annaeus Seneca iudicans de Q. Enn que M. Tullio levi futtilique iudicio fuit.

III Lictoris vocabulum qua ratione conceptu tumque sit; et super eo diversae sententiae Valg et Tulli Tironis.

IV Versus accepti ex Q. Enni septimo ann quibus depingitur finiturque ingenium comitasqu minis minoris erga amicum superiorem.

V Sermo Tauri philosophi de modo atque r tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

VI De aenigmate.

VII Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul

[redacted]



ierem veneficii confitentemque ad Ariopagitas re-
rit.

VIII Reditiones in gratiam nobilium virorum me-
ratu dignae.

IX Quae dicantur vocabula ancipitia; et quod 'hono-
' quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

X Quod 'aeditumus' verbum Latinum sit.

XI Errare istos, qui spe et fiducia latendi peccent,
m latebra peccati perpetua nulla sit; et super ea re
regrini philosophi sermo et Sophocli poetae sententia.

XII Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a se
imen manifesti mendacii.

XIII 'Intra Kalendas' cum dicitur, quid significet,
trum 'ante Kalendas' an 'Kalendis' an utrumque; at-
que inibi, quid sit in oratione M. Tulli 'intra oceanum'
et 'intra montem Taurum' et in quadam epistula 'intra
modum'.

XIV 'Saltem' particula quam vim habeat et quam
originem.

XV Quod Sisenna in libris historiarum adverbiis
huiuscemodi saepenumero usus est: 'celatim', 'vellica-
tim', 'saltuatim'.

## CAPITVLA LIBRI TERTII DECIMI

I Inquisitio verborum istorum M. Tulli curiosior,
quae fuit in primo Antonianarum libro 'multa autem
impendere videntur praeter naturam etiam praeterque
fatum'; tractatumque, an idem duo ista significent,
'fatum' atque 'natura', an diversum.

II Super poetarum Pacuvii et Accii conloquio fami-
liari in oppido Tarentino.

III An vocabula haec: 'necessitudo' et 'necessitas'
differenti significatione sint.

IV Descripta Alexandri <ad matrem Olympiadem
epistula; et quid Olympias festive ei rescripserit>.

V De Aristotele et Theophrasto et Menedemo philo-

sophis; deque eleganti verecundia Aristotelis 
rem diatribae suae eligentis.

VI Quid veteres Latini dixerint, quas Grae
ῳδίας appellant; item quod vocabulum 'bar
non usurpaverint neque Romani antiquiores nequ

VII Diversum de natura leonum dixisse He
in carminibus et Herodotum in historiis.

VIII Quod Afranius poeta prudenter et lepide
tiam filiam esse Vsus et Memoriae dixit.

IX Quid Tullius Tiro in commentariis s
de suculis et hyadibus, quae sunt stellarum v

X Quid 'sororis' ἔτυμον esse dixerit Labeo A
et quid 'fratris' P. Nigidius.

XI Quem M. Varro aptum iustumque esse n
convivarum existimarit; ac de mensis secundi
bellariis.

XII Tribunos plebis prensionem habere, voc
non habere.

XIII Quod in libris humanarum M. Varroni
tum est aediles et quaestores populi Romani i
privato ad praetorem vocari posse.

XIV Quid sit pomerium.

XV Verba ex libro Messalae auguris, quibu
qui sint minores magistratus et consulem praeto
conlegas esse; et quaedam alia de auspiciis.

XVI (*vg.* XV *extr.*) Item verba eiusdem Messa
serentis aliud esse ad populum loqui, aliud cum
agere; et qui magistratus a quibus avocent comi

XVII (XVI) Humanitatem non significare i
volgus putat, sed eo vocabulo, qui sinceriter locu
magis proprie esse usos.

XVIII (XVII) Quid aput M. Catonem sig
verba haec 'inter os atque offam'.

XIX (XVIII) ⟨Platonem tribuere Euripidi S
versum; et similia quaedam alia.⟩

XX (XIX) De genere atque nominibus f
Porciae.

[redacted]





## CAPITVLA LIBRI QVARTI DECIMI

II Quem in modum disseruerit Favorinus con a me super officio iudicis.

III An aemuli offensique inter sese fuerint X phon et Plato.

IV Quod apte Chrysippus et graphice imag Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.

V Lis atque contentio grammaticorum Roma lustrium enarrata super casu vocativo vocabuli, est 'egregius'.

VI Cuimodi sint, quae speciem doctrinarum hab sed neque delectent neque utilia sint; atque inib vocabulis singularum urbium regionumque inmut

VII Quod M. Varro Cn. Pompeio, consuli pri designato, commentarium dedit, quem appellavit εἰσαγωγικόν, de officio senatus habendi.

VIII Quaesitum esse dissensumque, an praefec Latinarum causa creatus ius senatus convocandi co sulendique habeat.

## CAPITVLA LIBRI QVINTI DECIMI

I Quod in Quinti Claudii annalibus scriptum e lignum alumine oblitum non ardere.

II Quod Plato in libris, quos de legibus composu largiores laetioresque in conviviis invitatiunculas vi non inutiles esse existimavit.

III Quid M. Cicero de particula ista senserit scri seritque, quae praeposita est verbis 'aufugio' et 'aufer et an in verbo 'autumo' eadem istaec praepositio es videri debeat.

IV Historia de Ventidio Basso, ignobili homine, que primum de Parthis triumphasse memoriae traditum e

V Verbum 'profligo' a plerisque dici inproprie i sciteque.

VI In libro M. Ciceronis de gloria secundo ma festum erratum in ea parte, in qua scriptum est sup Hectore et Aiace.

[redacted]



VII Observatum esse in senibus, quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione exemplum adpositum epistulae divi Augusti ad Gaium filium.

VIII Locus ex oratione Favoni, veteris oratoris, de cenarum atque luxuriae obprobratione, qua usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit.

IX Quod Caecilius poeta 'frontem' genere virili non poetice, sed cum probatione et cum analogia appellavit.

X De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum.

XI Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item verba edicti censorum, quo inprobati et coerciti sunt, qui disciplinam rhetoricam instituere et exercere Romae coeperant.

XII Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

XIII De verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis 'communia' vocantur.

XIV Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Graecis mutuatus est.

XV 'Passis velis' et 'passis manibus' dixisse veteres non a verbo suo, quod est 'patior', sed ab alieno, quod est 'pando'.

XVI De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

XVII Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent.

XVIII Quod pugna belli civilis victoriaque Gai Caesaris, quam vicit in Pharsaliis campis, nuntiata praedictaque est per cuiuspiam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavi.

XIX Verba M. Varronis memoria digna ex satura, quae inscribitur περὶ ἐδεσμάτων.

XX Notata quaedam de Euripidis poetae genere, vita, moribus; deque eiusdem fine vitae.

XXI Quod a poetis Iovis filii prudentissimi hu nissimique, Neptuni autem ferocissimi et inhumani traduntur.

XXII Historia de Sertorio, egregio duce, deque eius commenticiisque simulamentis, quibus ad barb milites continendos conciliandosque sibi utebatur.

XXIII De aetatibus historicorum nobilium, H nici, Herodoti, Thucydidis.

XXIV Quid Vulcacius Sedigitus in libro, quem poetis scripsit, de comicis Latinis iudicarit.

XXV De verbis quibusdam novis, quae in G Mati mimiambis offenderamus.

XXVI Quibus verbis Aristoteles philosophus finierit syllogismum; eiusque definitionis interpretam tum verbis Latinis factum.

XXVII Quid sint 'comitia calata', quid 'curia quid 'centuriata', quid 'tributa', quid 'concilium'; atq inibi quaedam eiusdemmodi.

XXVIII Quod erravit Cornelius Nepos, cum scrip Ciceronem tres et viginti annos natum causam p Sexto Roscio dixisse.

XXIX Quali figura orationis et quam nova L. Pi annalium scriptor usus sit.

XXX Vehiculum, quod 'petorritum' appellatur, cu tis linguae vocabulum sit, Graecae an Gallicae.

XXXI Quae verba legaverint Rodii ad hosti ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super i incluta Ialysi imagine.

## CAPITVLA LIBRI SEXTI DECIMI

I Verba Musoni philosophi Graeca digna at utilia audiri observarique; eiusdemque utilitatis sent tia a M. Catone multis ante annis Numantiae ad eq tes dicta.

II Cuiusmodi sit lex apud dialecticos perconta disserendique; et quae sit eius legis reprehensio.

[redacted]



III Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medi-
, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia
sit et tolerari fames; verbaque ipsa Erasistrati super
re scripta.

IV Quo ritu quibusque verbis fetialis populi Romani
llum indicere solitus sit his, quibus populus bellum
ri iusserat; et item in quae verba conceptum fuerit
iurandum de furtis militaribus sanciendis et uti mili-
scripti intra praedictum diem in loco certo frequen-
tarent causis quibusdam exceptis, propter quas id
iurandum remitti aecum esset.

V 'Vestibulum' quid significet; deque eius vocabuli
tionibus.

VI Hostiae, quae dicuntur 'bidentes', quid sint et
am ob causam ita appellatae sint; superque ea re
. Nigidii et Iulii Hygini sententiae.

VII Quod Laberius verba pleraque licentius petu-
ntiusque finxit; et quod multis item verbis utitur,
quibus, an sint Latina, quaeri solet.

VIII Quid significet et quid a nostris appellatum
t, quod 'axioma' dialectici dicunt; et quaedam alia,
uae prima in disciplina dialectica traduntur.

IX Quid significet verbum in libris veterum cre-
errime positum 'susque deque'.

X Quid sint 'proletarii', quid 'capite censi'; quid
tem sit in XII tabulis 'adsiduus'; et quae eius voca-
buli ratio sit.

XI Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllo-
rum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

XII De his vocabulis, quae Cloatius Verus aut satis
commode aut nimis absurde et inlepide ad origines
linguae Graecae redigit.

XIII Quid sit 'municipium' et quid a 'colonia'
differat; et quid sint 'municipes' quaeque sit eius voca-
buli ratio ac proprietas; atque inibi, quod divus Hadria-
nus in senatu de iure atque vocabulo municipum verba
fecit.

XIV Quod M. Cato differre dixit 'properar 'festinare'; et quam incommode Verrius Flaccus quod est 'festinat', ἔτυμον interpretatus sit.

XV Quid Theophrastus mirum de perdicibus tum reliquerit et quid Theopompus de leporibus.

XVI 'Agrippas' a partus aegri et inprosperi appellatos; deque his deabus, quae vocantur 'Pr et 'Postverta'.

XVII Quae ratio vocabuli sit agri Vaticani.

XVIII Lepida quaedam et memoratu et co de parte geometriae, quae ὀπτική appellatur, et alia, quae κανονική, et tertia itidem, quae di μετρική.

XIX Sumpta historia ex Herodoti libro super cine Arione.

## CAPITVLA LIBRI SEPTIMI DECIMI

I Quod Gallus Asinius et Largius Licinus sententi M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam di pro M. Caelio; et quid adversus homines stolidissin pro eadem sententia mere digneque dici possit.

II Verba quaedam ex Q. Claudi annalium pri cursim in legendo notata.

III Verba M. Varronis ex libro quinto et vicesi humanarum, quibus contra opinionem volgariam in pretatus est Homeri versum.

IV Quid Menander poeta Philemoni poetae dix a quo saepe indigne in certaminibus comoediar superatus est; et quod saepissime Euripides in trago ab ignobilibus poetis victus est.

V Nequaquam esse verum, quod minutis quibusd rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in lil quem de amicitia scripsit, vitioso argumento usum φισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου posuisse; totum id consideratius tractatum exploratumque.

VI Falsum esse, quod Verrius Flaccus in li

[redacted]



cundo, quos de obscuris M. Catonis composuit, de rvo recepticio scriptum reliquit.

VII Verba haec ex Atinia lege: 'quod subruptum it, eius rei aeterna auctoritas esto', P. Nigidio et . Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto nam de futuro cavisse.

VIII In sermonibus apud mensam Tauri philosophi uaeri agitarique eiusmodi solita: 'cur oleum saepe et ecile, vina rarius congelascant, acetum haut fere umuam' et 'quod aquae fluviorum fontiumque durentur, are gelu non duretur'.

IX De notis litterarum, quae in C. Caesaris epistulis periuntur; deque aliis clandestinis litteris ex vetere istoria petitis; et quid σκυτάλη sit Laconica.

X Quid de versibus Vergilii Favorinus existumarit, uibus in describenda flagrantia montis Aetnae Pindarum oetam secutus est; conlataque ab eo super eadem re triusque carmina et diiudicata.

XI Quod Plutarchus in libris symposiacis opinionem latonis de habitu atque natura stomachi fistulaeque ius, quae τραχεῖα dicitur, adversum Erasistratum medium tutatus est auctoritate adhibita antiqui medici lippocratis.

XII De materiis infamibus, quas Graeci ἀδόξους ppellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

XIII 'Quin' particula quot qualesque varietates signiicationis habeat et quam saepe in veterum scriptis obcura sit.

XIV Sententiae ex Publili mimis selectae lepidiores.

XV Quod Carneades Academicus elleboro stomachum purgavit scripturus adversus Zenonis Stoici decreta; deque natura medellaque ellebori candidi et nigri.

XVI Anates Ponticas vim habere venenis digerendis potentem; atque inibi de Mitridati regis in id genus medicamentum sollertia.

XVII Mitridatem, Ponti regem, quinque et viginti gentium linguis locutum; Quintumque Ennium tria

...vus, et quae duo praeceperit omnium rerum longe salı

XX Verba sumpta ex Symposio coagmentisque verborum scite mod exercendi gratia in Latinam orationei

XXI Quibus temporibus post E Graeci Romanique inlustres viri floru dum bellum Carthaginiensium.

## CAPITVLA LIBRI OCTAVI

I Disputationes a philosopho Sto Peripatetico arbitro Favorino factae: qu eos, quantum in perficienda vita bea quantumque esset in his, quae dicuntı

II Cuiusmodi quaestionum certationi ludicra Athenis agitare soliti simus; spersa quaedam sophismatia et aenigm

III Quid Aeschines rhetor in orati chum de inpudicitia accusavit, Lacedae dixerit super sententia probatissima, tissimus homo dixisset.

IV Quod Sulpicius Apollinaris pra dam ...

[redacted]



de loquendi proprietate, quem, cum ederet, cornum esse Copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre 'matronam' et 'matrem familias' existimavit differentia longe vanissima.

VII Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quendam de verborum ambiguitatibus quaerentem; atque ibi, quot significationes capiat 'contio'.

VIII Ὁμοιοτέλευτα et ὁμοιόπτωτα atque alia id genus, quae ornamenta orationis putantur, inepta esse et puerilia Lucili quoque versibus declarari.

IX Quid significet apud M. Catonem verbum 'insecenda'; quodque 'insecenda' potius legendum sit quam, quod plerique existimant, 'insequenda'.

X Errare istos, qui in exploranda febri venarum pulsus pertemptari putant, non arteriarum.

XI Verba ex carminibus Furi Antiatis inscite a Caesellio Vindice reprehensa; versusque ipsi, in quibus ea verba sunt, subscripti.

XII Morem istum veteribus nostris fuisse verba patiendi mutare ac vertere in agendi modum.

XIII Quali talione Diogenes philosophus usus sit pertemptatus a dialectico quodam sophismatio inpudenti.

XIV Quid sit numerus 'hemiolios', quid 'epitritos'; et quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt convertere in linguam Latinam.

XV Quod M. Varro in herois versibus observaverit rem nimis anxiae et curiosae observationis.

## ⟨CAPITVLA LIBRI NONI DECIMI

I Responsio cuiusdam philosophi interrogati, quam ob causam maris tempestate palluerit.

II Ex quinque corporis sensibus duos esse cum beluis maxime communes; quodque turpis et improba sit voluptas, quae ex auditu, visu odoratuque procedit, quae vero ex gustu tactuque est, rerum omnium foe-

dissima est, cum hae duae bestiarum etiam sint, reliquae hominum tantum.

III Quod turpius est frigide laudari quam acerbius vituperari.

IV Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam lacessat.

V Ex Aristotelis libris sumptum, quod nivis aqua potui pessima sit; et quod ex nive crystallus concreatur.

VI Quod pudor sanguinem ad extera diffundit, timor vero contrahit.

VII Quid sit 'obesum'; nonnullaque alia prisca vocabula.

VIII Quaestio, an 'harena', 'caelum', 'triticum' pluralia inveniantur; atque inibi de 'quadrigis', 'inimicitiis', nonnullis praeterea vocabulis, an singulari numero comperiantur.

IX Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio.

X Verba haec 'praeter propter' in usu volgi prodita etiam Ennii fuisse.

XI Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum iuvenis lusit, dum tragoediis contendit.

XII Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris suaeque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit.

XIII Quos 'pumiliones' dicimus, Graece *νάνους* appellari.

XIV Contemporaneos fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium, aetatis suae doctissimos Romanos; et quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque in volgus non exeunt.⟩

## CAPITVLA LIBRI VICESIMI

I Disputatio Sex. Caecilii iureconsulti et Favorini philosophi de legibus duodecim tabularum.

II Vocabulum 'siticinum' in M. Catonis oratione quid significet.

III Quam ob causam L. Accius poeta in pragmaticis sicinnistas 'nebuloso nomine' esse dixerit.

IV Artificum scaenicorum studium amoremque inhonestum probrosumque esse; et super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

V Exempla epistularum Alexandri regis et Aristotelis philosophi ita uti sunt edita; eaque in linguam Latinam versa.

VI Quaesitum atque tractatum, utrum siet rectius dicere 'habeo curam vestri', an 'vestrum'.

VII ⟨Quam diversae Graecorum sint sententiae super numero Niobae filiorum.⟩

VIII De his, quae habere *συμπτωσίαν* videntur cum luna mansuescente ac senescente.

IX Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Iulianus positis in mimiambis ⟨Cn. Matii; et quid significet M. Cato in oratione, quam⟩ scripsit de innocentia sua, cum ita dictitat 'numquam vestimenta a populo poposci'.

⟨X Quid vocabulum 'ex iure manum consertum' significet.

XI Quid sit 'sculnae' verbum positum apud M. Varronem.⟩

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER PRIM

## I

Quali proportione quibusque collectionibus Plutarchus ra cinatum esse Pythagoram philosophum dixerit de compreh denda corporis proceritate, qua fuit Hercules, cum vit inter homines viveret.

1 Plutarchus in libro, quem de Herculis, quantu inter homines fuit, animi corporisque ingen atque virtutibus conscripsit *(VII p. 144 Bern.)*, sc subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophu dicit in reperienda modulandaque status longitudin
2 que eius praestantia. Nam cum fere constaret cur culum stadii, quod est Pisis apud Iovem Olympiu Herculem pedibus suis metatum idque fecisse longu pedes sescentos, cetera quoque stadia in terra Grae ab aliis postea instituta pedum quidem esse nume sescentum, sed tamen esse aliquantulum breviora, fac intellexit modum spatiumque plantae Herculis ratio proportionis habita tanto fuisse quam aliorum proceri quanto Olympicum stadium longius esset quam cete
3 Comprehensa autem mensura Herculani pedis secund

6 quam diu inter *Klotz* quali inter h. fuerit β ‖ 12 Pi *Mosellanus* | ad Iovis Olympii *Bernardakis* ‖ 14 terras ω ‖ 16 e *del. Carrio* ‖ 20 pedis quanta longinquitas corporis ei mensu conveniret secundum β

[redacted]



naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est atque ita id collegit, quod erat consequens, tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios, quanto Olympicum stadium ceteris pari numero factis anteiret.

## II

Ab Herode Attico C. V. tempestive deprompta in quendam iactantem et gloriosum adulescentem, specie tantum philosophiae sectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus festiviter a vero Stoico seiunxit volgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

Herodes Atticus, vir et Graeca facundia et con- 1
sulari honore praeditus, accersebat saepe, nos cum apud magistros Athenis essemus, in villas ei urbi proximas me et clarissimum virum Servilianum compluresque alios nostrates, qui Roma in Graeciam ad capiendum ingenii cultum concesserant. Atque ibi 2
tunc, cum essemus apud eum in villa, cui nomen est Cephisia, et aestu anni et sidere autumni flagrantissimo, propulsabamus incommoda caloris lucorum umbra ingentium, longis ambulacris et mollibus, aedium positu refrigeranti, lavacris nitidis et abundis et collucentibus totiusque villae venustate aquis undique canoris atque avibus personante.

Erat ibidem nobiscum simul adulescens philoso- 3
phiae sectator, disciplinae, ut ipse dicebat, stoicae, sed loquacior inpendio et promptior. Is plerumque in con- 4
vivio sermonibus, qui post epulas haberi solent, multa atque inmodica <de> philosophiae doctrinis intempestive atque insubide disserebat praeque se uno ceteros omnes linguae Atticae principes gentemque omnem to-

8 Plin. ep. III 9, 13 27 Amm. XXIX 1, 25 31 Verg. A. I 282

8 iactatum ω *corr. Hertz* iactabundum *Ald.* || 14 uillis — proximis β || 19 Cephisiae, aestu *Heiberg* || 21 molibus ς | posticum ς || 25 auris *Gr.* || 27 loquencior V *cfr. Amm. l. l.* || 29 *suppl.* σ

gatam, quodcumque nomen Latinum rudes esse
agrestes praedicabat atque interea vocabulis haut fa
cognitis, syllogismorum captionumque dialectica
laqueis strepebat *κυριεύοντας* et *ἡσυχάζοντας*
*σωρείτας* aliosque id genus griphos neminem po
dicens nisi se dissolvere. Rem vero ethicam natur
que humani ingenii virtutumque origines officia
earum et confinia aut contra morborum vitiorum
fraudes animorumque labes, pestilentias assevera
nulli esse ulli magis ea omnia explorata, compe
5 meditataque. Cruciatibus autem doloribusque corpo
et periculis mortem minitantibus habitum statumq
vitae beatae, quem se esse adeptum putabat, neq
laedi neque inminui existimabat ac ne oris quoque
vultus serenitatem stoici hominis umquam ulla po
aegritudine obnubilari.
6 Has ille inanes glorias cum flaret iamque omn
finem cuperent verbisque eius defetigati pertaeduisse
tum Herodes Graeca, uti plurimus ei mos fuit, or
tione utens 'permitte,' inquit 'philosophorum ampli
sime, quoniam respondere nos tibi, quos vocas idiota
non quimus, recitari ex libro, quid de huiuscemo
magniloquentia vestra senserit dixeritque Epictetu
Stoicorum maximus,' iussitque proferri dissertatio
num Epicteti digestarum ab Arriano primu
librum, in quo ille venerandus senex iuvenes, qui
Stoicos appellabant, neque frugis neque operae prob
sed theorematis tantum nugalibus et puerilium is
gogarum commentationibus deblaterantes obiurgatio
iusta incessuit.
7 Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea,
quae addidi; quibus verbis Epictetus severe simul

1 quotcumque *ω corr.* ς ‖ 8 confinitima aut contraria *β* ‖
9 labes ac *σ* ‖ 10 ulla R ‖ 11 meditataque quam sibi *β* ‖ 14 et
neque *β* ‖ 19 graeca cuius *ex* grecorum V ‖ 21 quos idiotas et
rudes vocas *β* ‖ 24 uel maximus *β* ‖ 25 secundum *Carrio* ‖ 29 de-
blatantes V se . . oblectantes *β* ‖ 32 addidit *ω corr. Scioppius*

[redacted]



festiviter seiunxit atque divisit a vero atque sincero toico, qui esset ἀκώλυτος, ἀνανάγκαστος, ἀπαραπόδιστος, ἐλεύθερος, εὐπορῶν, δαιμονῶν, volgus aliud nebulonum hominum, qui Stoicos nuncuparent atraque verborum et argutiarum ligine ob oculos audientium iacta sanctissimae disciplinae nomen ementirentur *(Arr. II 19, 12 sqq.)*:

*Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἄκουε.* 8
*Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν (Hom. Od. IX 39).*

*Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀγαθά, τὰ δὲ κακά,* 9 *τὰ δὲ ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν οὖν ἀρεταὶ καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν, κακὰ δὲ κακία καὶ τὰ μετέχοντα κακίας, ἀδιάφορα δὲ τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦτος, ὑγεία, ζωή, θάνατος, ἡδονή, πόνος. Πόθεν οἶδας; Ἑλλάνικος λέγει ἐν τοῖς Αἰγυ-* 10 *πτιακοῖς. Τί γὰρ διαφέρει τοῦτο εἰπεῖν, ἢ ὅτι Διογένης ἐν τῇ ἠθικῇ ἢ Χρύσιππος ἢ Κλεάνθης; Βεβασάνικας οὖν ⟨τι⟩ αὐτῶν καὶ δόγμα σαυτοῦ πεποίησαι; Δείκνυε, πῶς εἴωθας ἐν* 11 *πλοίῳ χειμάζεσθαι· μέμνησαι ταύτης τῆς διαιρέσεως, ὅταν ψοφήσῃ τὸ ἱστίον καὶ ἀνακραυγάσῃς; Ἄν σοί τις κακόσχολός πως παραστὰς εἴπῃ· 'λέγε μοι, τοὺς θεούς σοι, ἃ πρῴην ἔλεγες, μή τι κακία ἐστὶν τὸ ναυαγῆσαι, μή τι κακίας μετέχον;' οὐκ ἄρα ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ; 'τί ἡμῖν καὶ σοί, ἄνθρωπε; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ ἐλθὼν παίζεις.' Ἐὰν δέ σε ὁ Καῖσαρ μεταπέμψηται* 12 *κατηγορούμενον* ***

His ille auditis insolentissimus adulescens obticuit, 13 tamquam si ea omnia non ab Epicteto in quosdam alios, sed ab Herode in eum ipsum dicta essent.

---

5 atraque] β atroque ω ultroque σ ‖ 6 iacto ω ‖ 7 nomine mentirentur ω ‖ 19 τι *om.* ω ‖ 20 πῶς *om.* *Arr.* ‖ 21 γυμνάζεσθαι *Arr.* ‖ 23 ΚὰΚὰΚΟϹΧΟΛΟϹ (-Οὰ ΟϹ P) ΓΟϹ ω ‖ 26 ἄρας *Arr.* ‖ 30–32 *praebent* Aβ *om.* ω ‖ 32 IPSIVM A *ipsimum Nettl.*

# III

Quod Chilo Lacedaemonius consilium anceps pro salute
cepit; quodque est circumspecte et anxie considerandum
pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit;
taque inibi et relata, quae et Theophrastus et M. Cicero
ea re scripserunt.

1 Lacedaemonium Chilonem, virum ex illo in
numero sapientium, scriptum est in libris eorum,
vitas resque gestas clarorum hominum memoriae
daverunt, eum Chilonem in vitae suae postremo,
iam inibi mors occuparet, ad circumstantis amicos
locutum:
2 'Dicta' inquit 'mea factaque in aetate longa
raque omnia fuisse non paenitenda, fors sit ut
3 etiam sciatis. Ego quidem in hoc certe tempore
fallo me nihil esse quicquam commissum a me, cui
memoria ⟨mihi⟩ aegritudini sit, ni illud profecto unu
sit, quod rectene an perperam fecerim, nondum mi
plane liquet.
4 Super amici capite iudex cum duobus aliis fi
Ita lex fuit, uti eum hominem condemnari necessu
esset. Aut amicus igitur capitis perdendus aut ad
5 benda fraus legi fuit. Multa cum animo meo ad
sum tam ancipitem medendum consultavi. Visum
esse id, quod feci, praequam erant alia, toleratu fa
6 lius: ipse tacitus ad condemnandum sententiam tuli,
7 qui simul iudicabant, ut absolverent, persuasi.
mihi et iudicis et amici officium in re tanta salvu
fuit. Hanc capio ex eo facto molestiam, quod met

7 sqq. Diog. L. I 3, 3 (71)

7—45, 4 autem *om.* RV *et* P *qui incipit ibi a* hic, *ha*
*bent* β, *cuius discrepantias paucas affero, et usque ad* 44,
quod A | unum β ‖ 17 MEMO *(tum linea periit)* GRITVDI
SIT A *suppl. Hertz* memoria rei aliquid pariat aegritudi
*Canter (β)* 18 NON MIHI DVM A 22 capitalis β capitali *Ca*

[redacted]



a perfidia et culpa non abhorreat in eadem re demque tempore inque communi negotio, quod mihi ptimum factu duxerim, diversum eius aliis suasisse.'

Et hic autem Chilo, praestabilis homo sapientiae, 8
onam usque debuerit contra legem contraque ius ro amico progredi, dubitavit, eaque res in fine quoque itae ipso animum eius anxit, et alii deinceps multi 9
philosophiae sectatores, ut in libris eorum scriptum st, satis inquisite satisque sollicite quaesiverunt, ut verbis, quae scripta sunt, ipsis utar, *εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα*. Ea verba significant quaesisse eos, an nonnumquam contra ius contrave morem faciendum pro amico sit et in qualibus causis et quemnam usque ad modum.

Super hac quaestione cum ab aliis, sicuti dixi, 10
multis, tum vel diligentissime a Theophrasto disputatur, viro in philosophia peripatetica modestissimo doctissimoque, eaque disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro eius de amicitia primo. Eum 11
librum M. Cicero videtur legisse, cum ipse quoque librum de amicitia componeret. Et cetera quidem, quae sumenda a Theophrasto existimavit, ut ingenium facundiaque eius fuit, sumpsit et transposuit commodissime aptissimeque; hunc autem locum, de quo 12
satis quaesitum esse dixi, omnium rerum aliarum difficillimum strictim atque cursim transgressus est, neque ea, quae a Theophrasto pensiculate atque enucleate scripta sunt, executus est, sed anxietate illa et quasi morositate disputationis praetermissa genus ipsum rei tantum paucis verbis notavit. Ea verba Ciceronis, 1
si recensere quis vellet, apposui *(XVII 61)*: His igitur finibus utendum esse arbitror, ut, cum emendati mores amicorum sunt, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum

9 inquit si te (scite P) ω || 17 *an* honestissimo? *cfr. I 4, 1* || 23 eis PV || 27 pensim β || 33 sint *Cic.*

sine ulla exceptione communitas, ut eti qua fortuna acciderit, ut minus iustae v tates amicorum adiuvandae sint, in q eorum aut caput agatur aut fama, declina de via sit, modo ne summa turpitudo seq est enim, quatenus amicitiae venia dari p

'Cum agetur' inquit 'aut caput amici aut declinandum est de via, ut etiam iniquam volu illius adiutemus.' Sed cuiusmodi declinatio es debeat qualisque ad adiuvandum digressio et in q voluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid refert scire me in eiusmodi periculis amicorum, magna me turpitudo insecutura est, de via esse declinandum, nisi id quoque me docuerit, quam magnam turpitudinem, et cum decessero de via, q que degredi debeam? 'Est enim', inquit 'qua dari amicitiae venia possit.' Hoc immo ipsun quod maxime discendum est quodque ab his, qu cent, minime dicitur, quatenus quaque fini dari citiae venia debeat. Chilo ille sapiens, de quo ante dixi, conservandi amici causa de via decli Sed video, quousque progressus sit; falsum enin amici salute consilium dedit. Id ipsum tamen in quoque vitae, an iure posset reprehendi culpa dubitavit.

'Contra patriam' inquit Cicero *(XI 36)* ' pro amico sumenda non sunt.' Hoc profecto ignoravit, et 'priusquam Theognis', quod Luc *(fr. inc. LXXXV M. 913 B.)* ait, 'nasceretur'. S quaero, id desidero: cum pro amico contra ius, c quam licet, salva tamen libertate atque pace facie

28 cfr. Otto, Sprichw. p. 347

3 sunt PV[1] | 4 capitis causa β de capite *codd. Cic.* || 7 *Veen* | capitis amici causa agatur et famae β || 18 dicend docent] β doceant ω | 19 quoque fine β | 22 sit] A est ω || 28 i it (id V) et PRV | quod] A quam ω || 30 ius et contra P

[redacted]



t et cum de via, sicut ipse ait, declinandum est, quid t quantum et in quali causa et quonam usque id fieri debeat. Pericles ille Atheniensis, vir egregio ingenio 20 cunisque omnibus disciplinis ornatus, in una quidem specie, set planius tamen, quid existimaret, professus est. Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re causaque eius falsum deiuraret, his ad eum verbis usus est: δεῖ μὲν συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεῶν.

Theophrastus autem in eo, quo dixi, libro 21 inquisitius quidem super hac ipsa re et exactius pressiusque quam Cicero disserit. Set is quoque in do- 22 cendo non de unoquoque facto singillatim existimat neque certis exemplorum documentis, set generibus rerum summatim universimque utitur ad hunc ferme modum:

'Parva' inquit 'et tenuis vel turpitudo vel infamia 23 subeunda est, si ea re magna utilitas amico quaeri potest. Rependitur quippe et compensatur leve damnum delibatae honestatis maiore alia gravioreque in adiuvando amico honestate, minimaque illa labes et quasi lacuna famae munimentis partarum amico utilitatium solidatur. Neque nominibus' inquit 'moveri 24 nos oportet, quod paria genere ipso non sunt honestas meae famae et rei amici utilitas. Ponderibus haec enim potestatibusque praesentibus, non vocabulorum appellationibus neque dignitatibus generum diiudicanda sunt. Nam cum in rebus aut paribus aut non longe 25

---

3 sqq. Plut. apophth. Pericl. 3 de vitios. pud. 6 praec. ger. rei p. 13 Apostol. XI 31ᵃ L.-Schn.

---

3 u. egregio] A egregius vir ω ‖ 7 deiraret A ‖ 8 μὲ ς ‖ 9 θεῶν aut θεῶν *Triller* ‖ 10 quod V quem ς ‖ 11 expressiusque *Sk.* ‖ 13 SINGILLATIMAT NEQVE CERTIS DOCVMENTORVM DOC. A ‖ 18 sua eunda PRV ‖ 20 delinate P declinatae β ‖ 21 illa] ALIA A ‖ 23 neque in omnibus PR ‖ 24 generi PR honesta RV 27 a generum PVR ‖ 28 aut *alt. om.* A

secus utilitas amici aut honestas nostra consistit, nestas procul dubio praeponderat; cum vero amici litas nimio est amplior, honestatis autem nostra re non gravi levis iactura est, tunc, quod utile est, id prae illo, quod honestum nobis est, fit pl sicuti est magnum pondus aeris parva lamna pretiosius.'

Verba adeo ipsa Theophrasti *(fr. 81 Wi.)*
5 ea re adscripsi: *Οὐκ, εἰ δή που τοῦτο τῷ γ τιμιώτερον, ἤδη καί, ὁτιοῦν ἂν ᾖ μέρος τοῦτ πρὸς τὸ τηλίκον θατέρου συγκρινόμενον αἱ τὸν ἔσται. Λέγω δὲ οἷον, οὐκ, εἰ χρυσίον τιμ τερον χαλκοῦ, καὶ τηλίκον τοῦ χρυσίου πρὸς τηλίκον χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαραβαλλόμεν πλέον δόξει· ἀλλὰ ποιήσει τινὰ ῥοπὴν καὶ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος.*

7 Favorinus quoque philosophus huiuscemodi i dulgentiam gratiae tempestive laxato paulum remis que subtili iustitiae examine his verbis definivit *(fr. 1 Ma.)*: *Ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποι τοῦτό ἐστιν ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι.*

8 Post deinde idem Theophrastus ad hanc ferm sententiam disseruit: 'Has tamen' inquit 'parvitat rerum et magnitudines atque has omnes officioru aestimationes alia nonnumquam momenta extrinsecu atque aliae quasi appendices personarum et causaru et temporum et circumstantiae ipsius necessitates, qu includere in praecepta difficilest, moderantur et regu et quasi gubernant et nunc ratas efficiunt, nunc inrita

9 Haec taliaque Theophrastus satis caute et soll cite et religiose cum discernendi magis disceptandiqu

1 AVT HONESTITAS A ‖ 6 auri] A auri fit (sit P) ω ‖ 9 e re (grecis R) scripsi PRV TOYTω (TOYTOY Tω P) ΓΕΝΕΙ P corr. *Hertz, qui etiam τι τῷ* 12 OYKαI XPYCON PV corr. *Buechele* 13 XPICOY PV ‖ 14 *μέγεθος del. Heylbut* ‖ 18 rem.] A permi soque ω 22 forme | A per me ω 23 prauitates PV 26 alia PR 31 disserendi ς

[redacted]



[d]iligentia quam cum decernendi sententia atque fiducia [s]cribsit, quoniam profecto causarum ac temporum varie[t]ates discriminumque ac differentiarum tenuitates de[r]ectum atque perpetuum distinctumque in rebus singulis praeceptum, quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, non capiunt.

Eius autem Chilonis, a quo disputatiunculae huius 30 initium fecimus, cum alia quaedam sunt monita utilia atque prudentia, tum id maxime exploratae utilitatis est, quod duas ferocissimas adfectiones amoris atque odii intra modum cautum coercuit. 'Hac' inquit 'fini ames, tamquam forte fortuna et osurus, hac itidem tenus oderis, tamquam fortasse post amaturus.'

Super hoc eodem Chilone Plutarchus philoso- 31 phus in libro περὶ ψυχῆς primo *(VII p. 19 Bern.)* verbis his ita scripsit: *Χείλων ὁ παλαιὸς ἀκούσας τινὸς λέγοντος μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν ἠρώτησεν, εἰ μηδένα φίλον ἔχει, νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεμπλέκεσθαι φιλίαις ἀπεχθείας.*

## IV

Quam tenuiter curioseque exploraverit Antonius Iulianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.

Antonius Iulianus rhetor perquam fuit honesti 1 atque amoeni ingeni. Doctrina quoque ista utiliore ac

11 XVII 14, 4, 10 Val. Max. VII 3 ext. 3 Diog. L. I 5, 5 (87) Otto, Sprichw. p. 21

2 scribsit] A seruitute ω | causarum — tenuitates] A causa scientie corporum uarietates disermonumque ac diff. ignorantes ω ‖ 3 decretum A ‖ 8 monita] A mota ω ‖ 10 fortissimas *Cramer* ‖ 11 cauturum A cautionum *Nettl.* cautim *JGr.* | fini ames] A finiam et ω ‖ 12 et *om.* PRV ‖ 16 his *om.* RV his ita *om.* P 18 *ἔχοι Bernardakis* ‖ 19 CYNENΠΛΕΚΕCΘΑΙC ΦΙΛΙΑC ΑΠΕΚΘΙΑC *sic fere* PV *φιλίας καὶ ἀπεχθείας σ* ‖ 25 iste *Falster* | is subtiliore *(Mdg.) Vogel*

delectabili veterumque elegantiarum cura et i
multa fuit; ad hoc scripta omnia antiquiora
riose spectabat et aut virtutes pensitabat a
rimabatur, ut iudicium esse factum ad amussim
2 Is Iulianus super eo enthymemate, quod
oratione M. Tullii, quam pro Cn. Planci
3 (*XXVIII 68*), ita existimavit — sed verba p
quibus iudicium ab eo factum est, ipsa ponam:
quam dissimilis est pecuniae debitio et g
Nam qui pecuniam dissolvit, statim non
id, quod reddidit, qui autem debet, is
alienum: gratiam autem et qui refert ha
qui habet, in eo ipso, quod habet, refert.
ego nunc Plancio desinam debere, si h
vero, nec minus ei redderem voluntate i
4 hoc molestiae non accidisset — 'crispu
inquit 'agmen orationis rotundumque ac mod
numerorum venustum, sed quod cum venia le
sit verbi paulum ideo inmutati, ut sententi
5 salva esset. Namque debitio gratiae et pecuni
6 lata verbum utrubique servari postulat. Ita eni
opposita inter sese gratiae pecuniaeque debitio
tur, si et pecunia quidem deberi dicatur et gra
quid eveniat in pecunia debita solutave, quid
in gratia debita redditave, debitionis verbo u
servato disseratur. Cicero autem,' inquit 'cum
pecuniaeque debitionem dissimilem esse dixiss
que sententiae rationem redderet, verbum de

2 sqq. gloss. Vatic. (Herm. VIII 70) 4 cfr. Otto,
p. 24 8 sqq. Cic. off. II 20, 69 (post red. ad Q. IX 22
p. 203, 21 M.)

6 quam] A *vd. R. Foerster, Fleckeis. Suppl. XX*
qua ω ‖ 7 ita] A et ita ω ‖ 9 pecuniae] A a pec(c)unia
— debet] A *om.* ω | is] aes ς ‖ 15 EA A ‖ 19 ideo] A ide (
20 CONLATAE A ‖ 21 ut ibique PRV | postulat] A p
22 VIDETVR A ‖ 25 utrumque PRV

[redacted]



pecunia ponit, in gratia habet subicit pro debet; ita enim dicit: gratiam autem et qui refert habet, et qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Sed 7
id verbum habet cum proposita comparatione non satis convenit. Debitio enim gratiae, non habitio, cum pecunia confertur, atque ideo consequens quidem fuerat sic dicere: 'et qui debet, in eo ipso, quod debet, refert'; sed absurdum et nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur.
Immutavit ergo,' inquit 'subdidit verbum ei verbo, quod 8
omiserat, finitimum, ut videretur et sensum debitionis conlatae non reliquisse et concinnitatem sententiae retinuisse.' Ad hunc modum Iulianus enodabat diiudicabatque veterum scriptorum sententias, quas aput eum adulescentes de⟨lecti⟩ lectitabant.

## V

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio infamique munditia fuit; quodque item Hortensius orator ob eiusmodi munditias gestumque in agendo histrionicum Dionysiae saltatriculae cognomento compellatus est.

Demosthenen traditum est vestitu ceteroque cultu 1
corporis nitido venustoque nimisque accurato fuisse. Hinc ei *(Aesch. in Tim. 131)* τὰ κομψὰ illa χλανίσκια et μαλακοὶ χιτωνίσκοι ab aemulis adversariisque probro data, hinc etiam turpibus indignisque in eum verbis non temperatum, quin parum vir et ore quoque polluto diceretur.

---

19 Amm. XIV 6, 18 XVIII 7, 7 XXX 4, 19 — 21 Suid. s. v. Demosth.

---

8 sed] A quod ω | si non P || 10 subd.] A et subd. ω verbum, subdidit *Vogel* || 11 nimis erat β omissurus erat *Hagen* promiserat *Mdq.* || 13 enudabat deiudicabatque (ENVTABATQVE A) ω || 14 QVAE A || 15 delectitabant ω *corr. Mms.* || 19 histrionum ω *corr.* ς || 21 est] A et ω || 22 fuisse incerta. KOMYΔILLΔΔΔINICKΔETMΔΔKΔIXITωNICKOI. baemulis P *et fere* V, *in* A (FVISSETHINC) *et* R, *qui Graeca om., valde corrupta, corr.* ς *Hertz* || 26 cum *Scioppius*

2 Ad eundem modum Q. Hortensius omnibus f
oratoribus aetatis suae, nisi M. Tullio, clarior,
multa munditia et circumspecte compositeque ind
et amictus esset manusque eius inter agendum f
argutae admodum et gestuosae, maledictis compell
nibusque probris iactatus est, multaque in eum, q
in histrionem, in ipsis causis atque iudiciis dicta
3 Sed cum L. Torquatus, subagresti homo ingeni
infestivo, gravius acerbiusque apud consilium iudi
cum de causa Sullae quaereretur, non iam histrio
eum esse diceret, sed gesticulariam Dionysiamque
notissimae saltatriculae nomine appellaret, tum
molli atque demissa Hortensius 'Dionysia,' in
'Dionysia malo equidem esse quam quod tu, Torqu
ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος'.

## VI

Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit in censura
populum, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur; ea
oratio quam ob causam reprehensa et quo contra modo
fensa sit.

1 Multis et eruditis viris audientibus legebatur orati
Metelli Numidici, gravis ac diserti viri, quam i
censura dixit ad populum de ducendis uxoribu
cum eum ad matrimonia capessenda hortaretur. In
2 oratione *(ORF² p. 161; 275)* ita scribtum fuit: Si si
uxore ⟨vivere⟩ possemus, Quirites, omni

---

1 sqq. Val. Max. VIII 10, 2 Macr. III 13, 4 3 Am
XXVII 3, 14 5 Amm. XVII 9, 3 8 Amm. XIV 11,
XXX 4, 2 15 (Plut. quaest. symp. prooem. extr. p. 612 E)

---

1 Q.] A *om.* ω ‖ 2 ORATIONIBVS A ‖ 4 amictus accurati
esset β ‖ 6 probris] A probrosis ω ‖ 10 sylla (silla) ω ‖ 13 dyo
sias (dion.) ω ‖ 19 quod c. modum ω *corr.* σ ‖ 26 uxorib
*HJMueller* | vivere *add. Hertz* esse ς *an* pati? cfr. Ter. eu
52 Sen. controv. II 1, 37; 2, 4 Luc. V 314 | omni] *ut vid.*
omnes ω

[redacted]



molestia careremus; set quoniam ita natura
tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec
sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuae
potius quam brevi voluptati consulendum est.
Videbatur quibusdam Q. Metellum censorem, cui 3
consilium esset ad uxores ducendas populum hortari,
non oportuisse de molestia incommodisque perpetuis
rei uxoriae confiteri, neque id hortari magis esse quam
dissuadere absterrereque; set contra in id potius ora-
tionem debuisse sumi dicebant, ut et nullas plerumque
esse in matrimoniis molestias adseveraret et, si quae
tamen accidere nonnumquam viderentur, parvas et leves
facilesque esse toleratu diceret maioribusque eas emo-
lumentis et voluptatibus oblitterari easdemque ipsas
neque omnibus neque naturae vitio, set quorundam
maritorum culpa et iniustitia evenire. Titus autem 4
Castricius recte atque condigne Metellum esse lo-
cutum existimabat. 'Aliter' inquit 'censor loqui debet,
aliter rhetor. Rhetori concessum est sententiis uti
falsis, audacibus, versutis, subdolis, captiosis, si veri
modo similes sint et possint movendos hominum ani-
mos qualicumque astu inrepere.' Praeterea turpe esse
ait rhetori, si quid in mala causa destitutum atque
inpropugnatum relinquat. 'Sed enim Metellum,' in- 5
quit 'sanctum virum, illa gravitate et fide praeditum
cum tanta honorum atque vitae dignitate aput populum
Romanum loquentem, nihil decuit aliud dicere, quam
quod verum esse sibi atque omnibus videbatur, praeser-
tim cum super ea re diceret, quae cotidiana intelle-

1 sqq. Aristoph. Lysistr. 1038 Menander fr. 651 K. etc.
24 Amm. XXVI 5, 12

4 est] A *om.* ω || 5 *et* 54, 7 Q.] A *om.* ω || 7 incommodeque PRV || 8 I///HORTARI A adhortari ω || 9 inductionem β || 12 accedere β || 13 maiorique PRV || 16 CITIVS A || 18. 19 ALTER — ALTER A || 20 versutis] A uel ω | CAPIATS///SI A || 21 mov.] A ad mou. ω || 23 RHETOR A || 24 inpugnatum PR

gentia et communi pervolgatoque vitae usu comp
6 deretur. De molestia igitur cunctis hominibus noti
confessus fidem sedulitatis veritatisque commeritus,
denique facile et procliviter, quod fuit rerum om
validissimum atque verissimum, persuasit civit
salvam esse sine matrimoniorum frequentia non po
7 Hoc quoque aliut ex eadem oratione Q. Met
dignum esse existimavimus adsidua lectione non h
minus, quam quae a gravissimis philosophis scr
8 sunt. Verba Metelli haec sunt *(ORF² p. 161)*:
immortales plurimum possunt; sed non p
velle nobis debent quam parentes. At parent
si pergunt liberi errare, bonis exheredant. Q
ergo nos immortalibus dissimilius expectem
nisi malis rationibus finem facimus? Is dem
deos propitios esse aecum est, qui sibi adv
sarii non sunt. Dii immortales virtutem a
probare, non adhibere debent.

## VII

In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem 'has sibi rem praesidio sperant futurum' neque mendum esse neq vitium errareque istos, qui bonos libros violant et 'futuru scribunt; atque ibi de quodam alio Ciceronis verbo dict quod probe scriptum perperam mutatur; et aspersa pauca modulis numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus es

1 In oratione Ciceronis quinta in Verre
*(LXV 167)* in libro spectatae fidei Tironiana cu
2 atque disciplina facto scribtum fuit: Homines tenue
obscuro loco nati navigant; adeunt ad ea loc

26 ad totum caput cfr. GLK II 475, 18 sqq.

3 simplicitatis *Mdg.*, *malim* sinceritatis || 5 CIVITATE AVTEM A || 12 PARCENTES A || 13 NOBIS A || 14 NOS IMMO TALIB. DISSIMILIVS DI ///////// VS A nos a diis immorta bus diutius ω diuinitus *codd.* *Carrionis Hertz*, *qui* immort. de 15 His demum *Fulv.* isdem ω || 18 abolere *Falster* || 22 futura e 27 in] β *om.* ω | specte PRV || 28 facto] A ita facto ita ω

[redacted]



ae numquam antea adierant. Neque noti esse
, quo venerunt, neque semper cum cognitori-
s esse possunt, hac una tamen fiducia civi-
tis non modo apud nostros magistratus, qui
legum et existimationis periculo continentur,
que apud cives solum Romanos, qui et ser-
nis et iuris et multarum rerum societate
cti sunt, fore se tutos arbitrantur, sed quo-
nque venerint, hanc sibi rem praesidio spe-
nt futurum.
Videbatur compluribus in extremo verbo menda 3
e. Debuisse enim scribi putabant non futurum,
d 'futuram', neque dubitabant, quin liber emendandus
set, ne, ut in Plauti comoedia *(Bacch. 918)* moechus,
c enim mendae suae inludiabant, ita in Ciceronis
atione soloecismus esset 'manifestarius'.
Aderat forte ibi amicus noster, homo lectione 4
ulta exercitus, cui pleraque omnia veterum litterarum
uaesita, meditata evigilataque erant. Is libro inspecto 5
it nullum esse in eo verbo neque mendum neque
itium et Ciceronem probe ac vetuste locutum. 'Nam 6
uturum' inquit 'non refertur ad rem, sicut legen-
bus temere et incuriose videtur, neque pro participio
ositum est, set verbum est indefinitum, quod Graeci
ppellant ἀπαρέμφατον, neque numeris neque generi-
us praeserviens, set liberum undique et inpromiscum,
uali C. Gracchus verbo usus est in oratione, cuius 7
itulus est de P. Popilio circum conciliabula, in
ua ita scriptum est *(ORF*[2] *p. 239)*: Credo ego ini-
micos meos hoc dicturum. Inimicos dicturum
nquit, non 'dicturos'; videturne ea ratione positum 8
sse aput Gracchum dicturum, qua est aput Cice-

1 ante PRV | viderunt ubi neque *Cic.* | esse iis] A *Cic.* esse-
s ω ‖ 3 ac ω ‖ 5 periculum (-lan R) ω ‖ 10 futuram *Cic.* ‖
 emendatus ω *corr.* σ ‖ 15 menda ē ω | mendam scite *Baehrens* ‖
 est et ω ‖ 19 MEDITATAE VIGILATAEQVE A ‖ 21 et] A
. ω | uenuste ς ‖ 28 P.] A quo ω Q. ς

ronem futurum? sicut in Graeca oratione sine ullo
vitii suspicione omnibus numeris generibusque sine
discrimine tribuuntur huiuscemodi verba: ἐρεῖν, ποιή-
9 σειν, ἔσεσθαι et similia.' In Claudi quoque Qua-
drigarii tertio annali *(fr. 43 P.)* verba haec esse
dixit: I dum conciderentur, hostium copias ibi
occupatas futurum; in duodevicesimo annali
eiusdem Quadrigarii *(fr. 79 P.)* principium libri sic
scriptum: Si pro tua bonitate et nostra volun-
tate tibi valitudo subpetit, est quod speremus
10 deos bonis bene facturum; item in Valerii An-
tiatis libro quarto vicesimo *(fr. 59 P.)* simili modo
scriptum esse: Si eae res divinae factae recteque
perlitatae essent, haruspices dixerunt omnia
11 ex sententia processurum esse. 'Plautus etiam
in Casina *(v. 691)*, cum de puella loqueretur, occi-
surum dixit, non 'occisuram', his verbis:

etiamne habet Casina gladium? —
habét, sed duós. — quid duós? — alteró te
occísurum aít, alteró vilicum.

12 Item Laberius in Gemellis *(v. 51 R.[3])*:

nón putavi, inquit, hoc éam facturum.

13 Non ergo isti omnes, soloecismus quid esset, ignora-
runt, sed et Gracchus dicturum et Quadrigarius
futurum et facturum et Antias processurum et
Plautus occisurum et Laberius facturum inde-
14 finito modo dixerunt, qui modus neque in numeros
neque in personas neque in tempora neque in genera
distrahitur, sed omnia istaec una eademque declinatione
15 complectitur, sicuti M. Cicero futurum dixit non
virili genere neque neutro, soloecismus enim plane
foret, sed verbo usus est ab omni necessitate generum
absoluto.'

---

3 trib.] A attribuuntur ω || 5 annali] A annali libro ω (R) || 6 IDVMI A dum hii ω || 13 riteque ς || 18 sed etiamne h. nunc *Plaut.* || 19 quid duos *Plaut.* quibus ω || 22 eum P || 30 M.] ς mauro ω

[redacted]



Idem autem ille amicus noster in eiusdem M. Tullii 16
atione, quae est de imperio Cn. Pompei (*XII 33*), scriptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita itabat: Cum vestros portus atque eos portus, ibus vitam ac spiritum ducitis, in praedonum isse potestatem sciatis, neque soloecismum esse 17
bat 'in potestatem fuisse', ut vulgus semidoctum t, sed ratione dictum certa et proba contendebat, et Graeci ita uterentur et Plautus verborum tinorum elegantissimus in Amphitruone *(v. 180)* xit:

> núm vero mihi in mentém fuit,

n, ut dici solitum est, 'in mente'.

Sed enim praeter Plautum, cuius ille in praesens 18
xemplo usus est, multam nos quoque apud veteres criptores locutionum talium copiam offendimus atque is vulgo adnotamentis inspersimus. Vt et rationem 19
utem istam missam facias et auctoritates, sonus tamen t positura ipsa verborum satis declarat id potius ἐπι-μελείᾳ τῶν λέξεων modulamentisque orationis M. Tullii onvenisse, ut, quoniam utrumvis dici Latine posset, otestatem dicere mallet, non 'potestate'. Illud enim 20
ic compositum iucundius ad aurem completiusque, in-uavius hoc inperfectiusque est, si modo ita explorata ure homo sit, non surda nec iacenti; sicuti est hercle, uod explicavit dicere maluit quam 'explicuit', quod se iam usitatius coeperat.

Verba sunt haec ipsius ex oratione, quam de mperio Cn. Pompei habuit *(XI 30)*: Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis,

---

12 Non. IV p. 352, 30  26 GLK I 372, 21 V (431, 17;) 607, 3

---

8 rationem dictu ω *corr.* ς ‖ 12 nunc uero *codd. Plaut.* umero β *Non.* | mi *Fleckeisen* ‖ 19 depositura β ‖ 23 si ω | omplectiusque ω ‖ 24 inperpe(c)tiusque ω ‖ 28 ex oratione] β xhortatione PV exornatione R

non terrore belli, sed consilii celeritate ex
cavit. At si 'explicuit' diceret, inperfecto et d
numero verborum sonus clauderet.

## VIII

Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide n
trice et Demosthene rhetore.

1 Sotion ex peripatetica disciplina haut sane i
bilis vir fuit. Is librum multae variaeque his
refertum composuit eumque inscripsit *κέρας Ἀμ*
2 *θείας*. Ea vox hoc ferme valet, tamquam si d
'cornum Copiae'.
3 In eo libro super Demosthene rhetore et L
meretrice historia haec scripta est: 'Lais' inquit
rinthia ob elegantiam venustatemque formae gran
pecuniam demerebat, conventusque ad eam ditio
hominum ex omni Graecia celebres erant, neque
mittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat; posc
4 autem illa nimium quantum.' Hinc ait natum
illud frequens apud Graecos adagium:
*οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλ*
quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non q
5 dare, quod posceretur. 'Ad hanc ille Demosthe
clanculum adit et, ut sibi copiam sui faceret, p
At Lais *μυρίας δραχμὰς* poposcit', hoc facit nu
6 nostratis denarium decem milia. 'Tali petulantia
lieris atque pecuniae magnitudine ictus expavidu
Demosthenes avertitur et discedens 'ego' inquit '
nitere tanti non emo'.' Sed Graeca ipsa, quae fe
dixisse, lepidiora sunt: '*οὐκ ὠνοῦμαι*' inquit '*μυ*
*δραχμῶν μεταμέλειαν*'.

12 sqq. Macr. II 2, 11 Athen. XIII 54 p. 588[e] Anth. lat
schol. Arist. Plut. 149 p. 548 D. 20 Zenob. V 37 Apost. X
ibd. Leutsch-Schneid. (Ps.-Acro Hor. ep. I 17, 36)

2 explicavit PRV[1] || 5 Phocionis P || 11 cornu V || 20
pavitusque *Colerius* || 28 emo huc usque P *vd. Hertz op. Gell.* p

[redacted]



## IX

us fuerit, quis ordo disciplinae Pythagoricae, quan-
temporis imperatum observatumque sit discendi simul
ndi.

atque ratio Pythagorae ac deinceps familiae 1
:essionis eius recipiendi instituendique discipulos
nodi fuisse traditur: Iam a principio adulescen- 2
sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει.
ım significat mores naturasque hominum coniec-
quadam de oris et vultus ingenio deque totius
filo atque habitu sciscitari. Tum qui ex- 3
ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam
ubebat et tempus certum tacere: non omnes
ed alios aliud tempus pro aestimato captu
ɔ. Is autem, qui tacebat, quae dicebantur ab 4
diebat, neque percontari, si parum intellexerat,
ommentari, quae audierat, fas erat; sed non
uisquam tacuit quam biennium: hi prorsus ap-
tur intra tempus tacendi audiendique ἀκουστι-
; ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, 5
ıudireque, atque esse iam coeperant silentio
cui erat nomen ἐχεμυθία, tum verba facere
ere quaeque audissent scribere et, quae ipsi
ıtur, expromere potestas erat; hi dicebantur in 6
ore μαθηματικοί, ab his scilicet artibus, quas
cere atque meditari inceptaverant: quoniam
iam, gnomonicam, musicam ceterasque item
as altiores μαθήματα veteres Graeci appella-
ulgus autem, quos gentilicio vocabulo 'Chal-

---

arro l. l. X 2, 5 Amm. XIV 11, 28 12 sqq. Porph.
13 Iamblich. 71 Diog. L. VIII 1, 8 (10) Apul. flor. 15 (60)

---

ıi P ‖ 3 dicendi V ‖ 5 oratio ω | fam. *del. Vogel* ‖ 6 et
*gars* ‖ 12 que *del. Vossius* inventus *(Vahlen, Herm.*
*37)*, visus *al. add. alii* ‖ 13 iubebatur *Falster* ‖ 14 alios
V alius ω ‖ 27 gnom., astrologiam, musicam β

7 daeos' dicere oportet, 'mathematicos' dicit. Exinde scientiae studiis ornati ad perspicienda mundi op et principia naturae procedebant ac tunc denique n minabantur *φυσικοί*.

8 Haec eadem super Pythagora noster Taur cum dixisset: 'nunc autem' inquit 'isti, qui rep pedibus inlotis ad philosophos devertunt, non est l satis, quod sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεω τρητοι, sed legem etiam dant, qua philosophari disc

9 Alius ait 'hoc me primum doce', item alius 'hoc vo inquit 'discere, istud nolo'; hic a symposio Plat nis *(c. 30)* incipere gestit propter Alcibiadae comi tionem, ille a Phaedro *(c. 6)* propter Lysiae oration

10 Est etiam,' inquit 'pro Iuppiter! qui Platonem lege postulet non vitae ornandae, sed linguae orationisq comendae gratia, nec ut modestior fiat, sed ut lepidio

11 Haec Taurus dicere solitus novicios philosopho sectatores cum veteribus Pythagoricis pensitans.

12 Sed id quoque non praetereundum est, quod omne simul atque a Pythagora in cohortem illam discipli narum recepti erant, quod quisque familiae, pecunia habebat, in medium dabat, et coibatur societas insepara bilis, tamquam illud fuit anticum consortium, quod iure atque verbo Romano appellabatur 'ercto non cito'

## X

Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adulescente casce nimis et prisce loquentem.

1 Favorinus philosophus adulescenti veterum ve borum cupidissimo et plerasque voces nimis prisca

---

7 cfr. Otto, Sprichw. p. 274   24 Quint. VII 3, 13 Fes p. 82, 16 Serv. A. VIII 642 CGL VI 396

---

7 diuertunt V¹ || 20 atque a] *JGr.* at quia P qui a ω | disc pulorum *Stephanus* | 21 FAMILIAEPE | PECVNIAE A fam. p cuniaeque ω || 23 tam, quam *Mms.* || 24 (a)erto non c. PV conocito R *om.* A *corr. Salmas.* κοινόβιος ς

[redacted]



ut ignotas in cotidianis communibusque sermonibus expromenti: 'Curius' inquit 'et Fabricius et Coruncanius, antiquissimi viri, et his antiquiores Horatii illi trigemini plane ac dilucide cum suis fabulati sunt neque Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi coluisse Italiam dicuntur, sed aetatis suae verbis locuti sunt; tu autem, proinde quasi cum matre 2
Evandri nunc loquare, sermone abhinc multis annis iam desito uteris, quod scire atque intellegere neminem vis, quae dicas. Nonne, homo inepte, ut, quod vis, abunde consequaris, taces? Sed antiquitatem tibi pla- 3
cere ais, quod honesta et bona et sobria et modesta sit. Vive ergo moribus praeteritis, loquere verbis 4
praesentibus atque id, quod a C. Caesare, excellentis ingenii ac prudentiae viro, in primo de analogia libro *(II p. 125 Di.)* scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut tamquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum.'

## XI

Quod Thucydides, scriptor inclutus, Lacedaemonios in acie non tuba, sed tibiis esse usos dicit verbaque eius super ea re posita; quodque Herodotus Alyattem regem fidicinas in procinctu habuisse tradit; atque inibi quaedam notata de Gracchi fistula contionaria.

Auctor historiae Graecae gravissimus Thucydides 1
*(V 70)* Lacedaemonios, summos bellatores, non cornuum tubarumve signis, sed tibiarum modulis in proeliis esse

---

2 sqq. Macr. I 5, 1 sq. Amm. XXX 4, 12 (Sen. ep. 114, 13) 17 Amm. XXII 10, 3 XXX 8, 2 24 Amm. XXX 4, 19 26 sqq. Xen. de rep. Lac. XIII 8 al. Polyb. IV 20 Cic. Tusc. II 16, 37 Val. Max. II 6, 2 Quint. I 10, 14 Mart. Cap. IX 925 GLK VI 77, 24 Plut. Lyc. 22 de ira cohib. 10 Paus. III 17, 5 Polyaen. I 10 al.

---

1 ignotissimas ω *praeter* A ‖ 6 in Italia *Macr.* ‖ 9 uteris; si quod (quod si *Vogel*) . . . dicas, nonne *Mdg.* ‖ 15 in L. primo ω ‖ 17 t. nauis scop. ς ‖ 18 infrequens a. *ins. Macr.*

usos refert non prorsus ex aliquo ritu religionum que rei divinae gratia neque autem, ut excita atque evibrarentur animi, quod cornua et litui untur, sed contra, ut moderatiores modulatio
2 fierent, quod tibicinis numeris temperatur. Nihil in congrediendis hostibus atque in principiis pro rum ad salutem virtutemque aptius rati, quam si
3 mulcti sonis mitioribus non inmodice ferocirent. procinctae igitur classes erant et instructa acies tumque in hostem progredi, tibicines inter exerci
4 positi canere inceptabant. Ea ibi praecentione quilla et delectabili atque adeo venerabili ad qua quasi militaris musicae disciplinam vis et impetus litum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibeba
5 Sed ipsius illius egregii scriptoris uti verbis libet, q et dignitate et fide graviora sunt: *Καὶ μετὰ ταῦ ἡ ξύνοδος ἦν· Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ σύμμαχ ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμ ἐγκαθεστώτων οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵν ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοι καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις, ὅπερ φιλ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις ποιεῖν*
6 Cretenses quoque proelia ingredi solitos memori datum est praecinente ac praemoderante cithara gre
7 sibus; Alyattes autem, rex terrae Lydiae more atque luxu barbarico praeditus, cum bellum Milesiis faceret, ut Herodotus in historiis *(I 17)* tradit, concinentes habuit fistulatores et fidicines atque feminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit, lasci-

---

8 Amm. XXIX 5, 41 28 Amm. XVI 5, 10

2 exercitarentur ω *corr.* ς ‖ 5 numeris ⟨vis⟩ *Nettl.* | nihil — ratos *Hertz* ‖ 7 permulti (-tis R) ω permulsi ς ‖ 12 delectabili atque adeo β *om.* ω ‖ 15 utibis libet ω *corr.* ς ‖ 19 ΑΥΑΝΤΩΝ ΠΩΑΛΩΝΟΜΟΙ P ΑΥΛΝΠΟΛΛΩΝΟΜΟΥ V *νόμου, ὁμοῦ, νόμῳ codd. Thuc.* ‖ 25 mandatum *Woelfflin* ‖ 27 perditus *Wakefield*

[redacted]



vientium delicias conviviorum. Sed enim Achaeos 8
Homerus (*Il.* III 8) pugnam indipisci ait non fidi-
cularum tibiarumque, sed mentium animorumque con-
centu conspiratuque tacito nitibundos:

*οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί*
*ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.*

Quid ille vult ardentissimus clamor militum Ro- 9
manorum, quem in congressibus proeliorum fieri soli-
tum scriptores annalium memoravere? contrane insti-
tutum fiebat antiquae disciplinae tam probabile? an
tum et gradu clementi et silentio est opus, cum ad
hostem itur in conspectu longinquo procul distantem,
cum vero prope ad manus ventum est, tum iam e pro-
pinquo hostis et impetu propulsandus et clamore ter-
rendus est?

Ecce autem per tibicinia Laconica tibiae quoque 10
illius contionariae in mentem venit, quam C. Graccho
cum populo agente praeisse ac praeministrasse modu-
los ferunt. Sed nequaquam sic est, ut a vulgo dicitur, 11
canere tibia solitum, qui pone eum loquentem staret,
⟨et⟩ variis modis tum demulcere animum actionemque
eius, tum intendere. Quid enim foret ista re ineptius, 12
si, ut planipedi saltanti, ita Graccho contionanti nu-
meros et modos et frequentamenta quaedam varia tibi-
cen incineret? Sed qui hoc compertius memoriae tra- 13
diderunt, stetisse in circumstantibus dicunt occultius,
qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret
ad reprimendum sedandumque inpetus vocis eius effer-
vescentes; namque inpulsu et instinctu extraneo natu- 14

16 sqq. Val. Max. VIII 10, 1 Quint. I 10, 27 Plut. Ti. Gracch. 2 de ira cohib. 6 Dio Cass. fr. 84, 2 M. Amm. XXX 4, 19

2 homerum PV | incepisse *Cornelissen* || 3 sed m. an.] β *om.* ω || 19 ferunt] dicunt R || 20 staret et *Hertz* (σ) stare ω || 22 incendere ς | ista re] ς stare ω | 28 Ef(f)eruescente (Referu. R) namque ω *corr. Mms.*

ralis illa Gracchi vehementia indiguisse non, c
15 existimanda est. M. tamen Cicero fistulatorem
utrique rei adhibitum esse a Graccho putat, ut
tum placidis tum citatis aut demissam iacent
orationem eius erigeret aut ferocientem saevient
16 cohiberet. Verba ipsius Ciceronis (*de or. III 60*
apposui: Itaque idem Gracchus, quod pote
dire, Catule, ex Licinio cliente tuo, litt
homine, quem servum sibi habuit ad ma
cum eburnea solitus est habere fistula,
staret occulte post ipsum, cum contionar
peritum hominem, qui inflaret celeriter
sonum, qui illum aut remissum excitaret
a contentione revocaret.

17 Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum
dulos proelii institutum esse a Lacedaemonis Ari
teles in libris problematon (*fr. 244 VR.*) scri
quo manifestior fieret exploratiorque militum secu
18 et alacritas. 'Nam diffidentiae' inquit 'et timori
ingressione huiuscemodi minime convenit, et m
atque formidantes ab hac tam intrepida ac tam de
19 incedendi modulatione alieni sunt.' Verba pauca
stotelis super ea re apposui: Διὰ τί, ἐπειδὰν
δυνεύειν μέλλωσιν, πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνου
ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσι

## XII

Virgo Vestae quid aetatis et ex quali familia et quo ritu
busque caerimoniis et religionibus ac quo nomine a p
fice maximo capiatur et quo statim iure esse incipiat,
atque capta est; quodque, ut Labeo dicit, nec intestat
quam nec eius intestatae quisquam iure heres est.

1 Qui de virgine capienda scripserunt, quorum
gentissime scripsit Labeo Antistius (*de iure*

4 creatis P || 7 apposuit P || 10 eburneola *Cic.* || 13 quo illum
28 ac cognomine ω *corr. Carrio* || 31 *fort.* ei || 32 antiquisin

[redacted]



r. 21 *H.* 3 *Br. fr.* 63 *sqq. RPeter.)*, minorem quam annos
ex, maiorem quam annos decem natam negaverunt
capi fas esse; item quae non sit patrima et matrima; 2
item quae lingua debili sensuve aurium deminuta aliave 3
qua corporis labe insignita sit; item quae ipsa aut 4
cuius pater emancipatus sit, etiamsi vivo patre in avi
potestate sit; item cuius parentes alter ambove servi- 5
tutem servierunt aut in negotiis sordidis versantur.
Set eam, cuius soror ad id sacerdotium lecta est, 6
excusationem mereri aiunt; item cuius pater flamen
aut augur aut quindecimvirum sacris faciundis aut
septemvirum epulonum aut Salius est. Sponsae quo- 7
que pontificis et tubicinis sacrorum filiae vacatio a
sacerdotio isto tribui solet. Praeterea Capito Ateius 8
*(de iure pont. fr. 11 H. 7 Br.)* scriptum reliquit neque
eius legendam filiam, qui domicilium in Italia non
haberet, et excusandam eius, qui liberos tres haberet.

Virgo autem Vestalis, simul est capta atque in 9
atrium Vestae deducta et pontificibus tradita est, eo
statim tempore sine emancipatione ac sine capitis mi-
nutione e patris potestate exit et ius testamenti faci-
undi adipiscitur.

De more autem rituque capiundae virginis litterae 10
quidem antiquiores non extant, nisi, quae capta prima
est, a Numa rege esse captam. Sed Papiam legem 11
invenimus, qua cavetur, ut pontificis maximi arbitratu
virgines e populo viginti legantur sortitioque in con-
tione ex eo numero fiat et, cuius virginis ducta erit,
ut eam pontifex maximus capiat eaque Vestae fiat.

---

3 Dion. Hal. II 22 Paul. p. 93, 6 4 Fronto p. 149 N. 18 sqq. VII 7, 2 Gai. I 130; 145 Ulp. fr. X 5 Tac. a. IV 16 Plut. Numa 10

---

2 sexq R || 6 auo ω *corr.* ς || 7 seruitute ω *praeter* A || 8 de-versantur PRV || 9 Sed ⟨et⟩ *Cramer* || 11 aut *tert.*] *Cramer* autem A aut qui ω | 14 at (aut P) eius ω || 15 relinquit PR || 17 ⟨non⟩ haberet ς || 19 pontifici V[1] || 27 sortitione V[1] || 28 et — fiat] β om. ω | cuius ⟨sors⟩ *Mms.*

prius, quae metuenda essent, si res gesta aliter quam imperatum est, cum emolumento spei pens esse et, si ea leviora minoraque, utilitas autem gravior et amplior spe quantum potest firma deretur, tum posse adversum mandata fieri censu ne oblata divinitus rei bene gerendae occasio retur, neque timendum exemplum non parendi derunt, si rationes dumtaxat huiuscemodi non abe Cumprimis autem respiciendum putaverunt ing naturamque illius, cuia res praeceptumque esset: ferox, durus, indomitus inexorabilisque sit, qualia Postumiana imperia et Manliana. Nam si tali ceptori ratio reddenda sit, nihil faciendum esse m erunt aliter, quam praeceptum est.

Instructius deliberatiusque fore arbitramur the matium hoc de mandatis huiuscemodi obsequendis, exemplum quoque P. Crassi Muciani, clari atque cluti viri, apposuerimus. Is Crassus a Sempro Asellione *(fr. 8 P.)* et plerisque aliis historiae manae scriptoribus traditur habuisse quinque re bonarum maxima et praecipua: quod esset ditissi quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod iu consultissimus, quod pontifex maximus. Is cum consulatu obtineret Asiam provinciam et circumse oppugnareque Leucas pararet opusque esset firma que procera trabe, qui arietem faceret, quo muros oppidi quateret, scripsit ad magistrum Mylattensiu

12 cfr. Otto, Sprichw. p. 209

2 *et* 14 esset *Mdg.* | rei *β* || 8 adessent **PV** deessent *corr.* ς || 9 recipiendum **P** respicienda **R** || 10 cuia *Carrio* ea *ω* || 12 postumia **PV** | maniliana *ω* || 16 cuiuscemodi obsequendi *ω* || 17 ac **PV** || 19 asellone *ω* || 23 in] ex *Cannegieter* 26 qui] qua **P** quae ς || 27 mag. (māg. **V**) G. mole (more atheniensium (attenisium **V**) *ω* magistrum architectona tensium *β* magistratus (-tum ς) Mylasensium *s.* -ttensium ἀρχιτέκτονα Myl. *Hertz* magistrum Mytilenensium *Bergk*, *tavi de* Myrinensium *coll. (Frontin.) IV 5, 16*

[redacted]



sociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidisset, uter maior esset, eum mittendum curaret. Tum magister comperto, quam- 12
obrem malum desideraret, non, uti iussus erat, maiorem, sed quem esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti faciliorem que portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari iussit et, cum interrogasset, cur 13
non, quem iusserat, misisset, causis rationibusque, quas dictitabat, spretis vestimenta detrahi imperavit virgisque multum cecidit corrumpi atque dissolvi officium omne imperantis ratus, si quis ad id, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

## XIV

Quid dixerit feceritque C. Fabricius, magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familiae pecuniaeque inops, cum ei Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.

Iulius Hyginus in libro de vita rebusque 1
inlustrium virorum sexto *(fr. 3 P.)* legatos dicit a Samnitibus ad C. Fabricium, imperatorem populi Romani, venisse et memoratis multis magnisque rebus, quae bene ac benivole post redditam pacem Samnitibus fecisset, obtulisse dono grandem pecuniam orasseque, uti acciperet utereturque, atque id facere Samnites dixisse, quod viderent multa ad splendorem domus atque victus defieri neque pro amplitudine dignitateque lautum paratum esse. Tum Fabricium planas manus 2

18 sqq. Val. Max. IV 3, 6 Serv. A. VI 844 (Frontin. IV 3, 2) cfr. Cic. Cato XVI 55 de re publ. III 28, 32 parad. VI 2, 48 schol. Bob. ad Cic. pro Sulla VII 7 Val. Max. IV 3, 5 Plin. XIX 5, 87 Plut. Cato 2 apophth. Man. Cur. 2 Athen. X 13 p. 419[a] Flor. I 13, 22 Aur. Vict. vir. ill. 33 Ampel. XVIII 8

3 ma. g. (mag. P) G. ω magister *ἀρχιτέκτων* ς || 6 existimabant V || 8 iussisset R || 9 dictabat R || 10 *an* pontificium *ut in* § *3?* | 27 patum R paratumque PV

ab auribus ad oculos et infra deinceps ad nares et ad os et ad gulam atque inde porro ad ventrem imum deduxisse et legatis ita respondisse: dum illis omnibus membris, quae attigisset, obsistere atque imperare posset, numquam quicquam defuturum; propterea se pecuniam, qua nihil sibi esset usus, ab his, quibus eam sciret usui esse, non accipere.

## XV

Quam inportunum vitium plenumque odii sit futtilis inanisque loquacitas et quam multis in locis a principibus utriusque linguae viris detestatione iusta culpata sit.

1 Qui sunt leves et futtiles et inportuni locutores
quique nullo rerum pondere innixi verbis uvidis et
lapsantibus diffluunt, eorum orationem bene existima-
tum est in ore nasci, non in pectore; linguam autem
debere aiunt non esse liberam nec vagam, sed vinclis
de pectore imo ac de corde aptis moveri et quasi gu-
2 bernari. Sed enim videas quosdam scatere verbis sine
ullo iudicii negotio cum securitate multa et profunda,
ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire.
3 Vlixen contra Homerus, virum sapienti facundia prae-
ditum, vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore,
quod scilicet non ad sonum magis habitumque vocis
quam ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem
pertineret, petulantiaeque verborum coercendae vallum
esse oppositum dentium luculente dixit, ut loquendi
temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia
cohibeatur, sed et quibusdam quasi excubiis in ore
positis saepiatur.

25 Apul. de dogm. Plat. I 14

9 subtilis V || 11 CVLPA A | 13 uvidis *Salmas.* ubi dis (diis $P^2$) P (h)umidis ω tumidis *Falster* || 17 aptissimo ueri R || 18 Sic ς || 23 quos (quo P) scilicet (licet R) ω *corr. Gr.* || 25 pertinet *Gr.* || 26 luculenteque $V^1$ || 29 sapiatur PV

Homerica, de quibus supra dixi, haec sunt (*Il. III* 221):

ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἴη,

(*Il. IV 350 al.*):

ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

M. Tullii quoque verba posui, quibus stultam et inanem dicendi copiam graviter et vere detestatus est (*de or. III 35, 142*): Dummodo, inquit, hoc constet neque infantiam eius, qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius, cui res non subpetat, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam quam stultam loquacitatem. Item in libro de oratore primo (*12, 51*) verba haec posuit: Quid enim est tam furiosum quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia nec scientia? Cumprimis autem M. Cato atrocissimus huiusce vitii insectator est. Namque in oratione, quae inscripta est si se Caelius tribunus plebis appellasset (*XL 1 J.*): numquam, inquit, tacet, quem morbus tenet loquendi tamquam veternosum bibendi atque dormiendi. Quod si non conveniatis, cum convocari iubet, ita cupidus orationis conducat, qui auscultet. Itaque auditis, non auscultatis, tamquam pharmacopolam. Nam eius verba audiuntur; verum se nemo committit, si aeger est. Idem Cato in

---

8 sqq. Non. I p. 56, 19

---

7 *an* severe? || 9 eam *om.* R etiam P || 10 inscitiam V (*Non.*) || 11 eius R || 14 stultitiam loquacem *Cic.* || 18 nec] ς ne ω uel β || 20 si se caelus V¹ sic selius P || 21 tribunum ω *corr.* ς || 23 uicendi ω || 25 or. ⟨est ut⟩ cond. ς | auscultent *Lambecius* || 26 armacopolam (-ulam P) ω *corr.* ς || 27 verum ⟨ei⟩ σ || 28 qui ς

eadem oratione *(XL 2 J.)* eidem M. Caelio trib
plebi vilitatem obprobrans non loquendi tantum, ver
etiam tacendi: frusto, inquit, panis conduci pote
11 vel uti taceat vel uti loquatur. Neque non me
Homerus unum ex omnibus Thersitam *(Il. II 2*
*246)* ἀμετροεπῆ et ἀκριτόμυθον appellat verbaque ill
multa et *(II 213)* ἄκοσμα strepentium sine modo
culorum similia esse dicit. Quid enim est aliud
12 λώα? Eupolidis quoque versus de id genus homin
consignatissime factus est *(fr. 95 K.)*:

λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν,

13 quod Sallustius noster imitari volens scribit *(h*
*fr. IV 43 M.)*: loquax, inquit, magis quam facund
14 Quapropter Hesiodus, poetarum prudentissimus, (
*719)* linguam non vulgandam, sed recondendam e
dicit proinde ut thesaurum, eiusque esse in prom
gratiam plurimam, si modesta et parca et modulata s

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄρι-
στος,
φειδωλῆς πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρο
ἰούσης.

15 Epicharmium quoque illud *(fr. 272 Kaib.)* non in
scite se habet:

οὐ λέγειν τύγ' ἐσσὶ δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύ-
νατος,

16 ex quo hoc profecto sumptum est: qui cum loqui
nno posset, tacere non potuit.

---

7 Amm. XXII 6, 2 (XXX 4, 15) 22 Democrit. FPG I
p. 351, 178 Mu. 26 Quint. VIII 5, 18 cfr. Otto, Sprichw. p. 339 sq

---

2 o(b)probans ω ‖ 11 ΛΕΓΕ V ΔΕΓΕ P ‖ 12 quod — scribit
salustius quoque noster R | as(s)cribit PV *corr. Lion* sic (ita
scribit *Hertz* ‖ 24 CTYΓE ECCI ω | CEIΓΔN ΔΔYNATO ω ‖ 26 qui sq
*versum putat Fleckeisen*

[redacted]



›rinum ego audivi dicere versus istos Euri- 17
*ıcch. 386)*:

*ἀχαλίνων στομάτων*
*ἀνόμου τ' ἀφροσύνας*
*τὸ τέλος δυστυχία,*

his tantum factos accipi debere, qui impia aut
dicerent, sed vel maxime de hominibus quoque
ici stulta et inmodica blaterantibus, quorum
am prodiga infrenisque sit, ut fluat semper et
conluvione verborum taeterrima, quod genus
a Graecis significantissimo vocabulo *κατά-*
appellantur. Valerium Probum, gramma- 18
ılustrem, ex familiari eius, docto viro, comperi
:ianum illud *(Cat. V 4)*: satis eloquentiae,
:iae parum, brevi antequam vita decederet,
re coepisse et sic a Sallustio relictum affir-
: 'satis loquentiae, sapientiae parum', quod
ia' novatori verborum Sallustio maxime con-
'eloquentia' cum insipientia minime conveniret.
ıscemodi autem loquacitatem verborumque tur- 19
ıgnitudine inani vastam facetissimus poeta Ari-
nes insignibus vocabulis denotavit in his ver-
*'an. 837)*:

*›ωπον ἀγριοποιόν, αὐθαδόστομον,*
*τ' ἀχάλινον, ἀκρατές, ἀπύλωτον στόμα,*
*ιλάλητον, κομποφακελορρήμονα,*

ninus insigniter veteres quoque nostri hoc ge- 20
nines in verba proiectos 'locutuleios' et 'blate-
›t 'linguaces' dixerunt.

---

mm. XXVIII 6, 28 XXIX 1, 9 10 Amm. XXX 4, 15
o p. 107; 155 N. 28 Amm. XXIX 1, 25

---

ιλΛΕΙΝωC (-ωΝ V) ω ‖ 5 ΔΥCΤΥΛΙλ ω ‖ 16 legi rece-
*tschenig* ‖ 17 eloquentiae ω *corr.* ς ‖ 25 ΕΛΟΝΤλλΛλ-
ω | λΠΥλΛωΤΟΝ (CλΠ. V) ω ‖ 26 ΚλΛΠΟΦΑΚΕλΟ-
ι P ‖ 29 lingulacas *Carrionis codd.*

## XVI

Quod verba istaec Quadrigari ex annali tertio 'ibi mille minum occiditur', non licenter neque de poetarum fi sed ratione certa et proba grammaticae disciplinae dicta s

1 Quadrigarius in tertio annalium ita scri *(fr. 44 P.)*: Ibi occiditur mille hominum. Oc
2 ditur, inquit, non 'occiduntur'. Item Lucilius tertio satirarum *(III 13 M. 91 B.)*:

ad portam mille a porta est, sex inde Salern

3 mille, inquit, est, non 'mille sunt'. Varro in X humanarum *(XVIII fr. 2 Mi.)*: Ad Romuli initi
4 plus mille et centum annorum est. M. Cato primo originum *(fr. 26 P.)*: Inde est ferme mi
5 passum. M. Cicero in sexta in Antonium *(Phil. VI 5, 15)*: Itane Ianus medius in L. Antonii clie tela est? quis umquam in illo Iano inventus e qui L. Antonio mille nummum ferret expensu
6 In his atque in multis aliis 'mille' numero singul
7 dictum est; neque hoc, ut quidam putant, vetustati co cessum est aut per figurarum concinnitatem admissu
8 est, sed sic videtur ratio poscere. 'Mille' enim no pro eo ponitur, quod Graece χίλιοι dicitur, sed qu χιλιάς, et sicuti una χιλιὰς et duae χιλιάδες, it 'unum mille' et 'duo milia' certa atque directa ration
9 dicitur. Quamobrem id quoque recte et probabilite dici solitum 'mille denarium in arca est' et 'mill
10 equitum in exercitu est'. Lucilius autem, praeter quam supra posui, alio quoque in loco id manifestiu
11 demonstrat; nam in libro XV. ita dicit *(XV 5 M. 368 B.)*

5 sqq. Macr. I 5, 4 sqq. 26 Varro l. l. IX 49, 82; 85

2 ista haec (haec *om.* V[1]) quadrigali PV ‖ 9 portum ς | ex inde *(quod servat Keller Philol. 45, 191)* salternum ω, *recte Macr.* 10 XVIII ς ‖ 16 sit *Cic.* | qui *Macr.* ‖ 22 χίλια ς *Macr.* ‖ 25 id id quod R ‖ 27 praeter quem *Veen*

[redacted]



:, milli passum qui vicerit atque duobus,
panus sonipes succussor nullus sequetur
ıre in spatio ac diversus videbitur·ire;

libro nono *(IX 65 M. 273 B.)*: 12

illi nummum potes uno quaerere centum;

ıassum dixit pro 'mille passibus' et 'uno milli 13
m' pro 'unis mille nummis' aperteque ostendit
et vocabulum esse et singulari numero dici
pluratívum esse 'milia' et casum etiam capere
ım. Neque ceteros casus requiri oportet, cum 14
a pleraque vocabula, quae in singulos tantum
quaedam etiam, quae in nullum inclinentur.
pter nihil iam dubium est, quin M. Cicero in 15
ne, quam scripsit pro Milone, ita scriptum
:it *(XX 53)*: Ante fundum Clodi, quo in
propter insanas illas substructiones fa-
.ille hominum versabatur valentium, non
ıntur', quod in libris minus accuratis scriptum
ia enim ratione <'mille homines', alia> 'mille
ım' dicendum est.

## XVII

cum animi aequitate toleraverit Socrates uxoris in-
n intractabile; atque inibi, quid M. Varro in quadam
, de officio mariti scripserit.

ıthippe, Socratis philosophi uxor, morosa ad- 1
. fuisse fertur et iurgiosa irarumque et molesti-

---

'on. I p. 16, 31 16 sq. (GLK V 186, 3) 25 sqq. Xen.
10 Diog. L. II 5, 17 (36 sq.) Ioann. Chrys. hom. 26, 8
24 Mign.)

---

'unc R | milli *β* mille *ω* ‖ 2 succussor] V² *Non.* succu-
ubcursor *Macr.* ‖ 3 ire *Macr. om. ω* ‖ 4 in — milli *Macr.*
ɔ in *β*) libro VIIII (Vnum *β*) mille *ωβ unde* alio l. Non
z ‖ 6 mille *ω* | uno mille duo nummum *ω* uno (*et* duo)
r. ‖ 12 declinentur *β* ‖ 18 accurate scriptis reperiri solet
19 *suppl. Klotz* (*σ*) ‖ 26 rarumque RV¹

arum muliebrium per diem perque noctem
2 Has eius intemperies in maritum Alcibiades de
interrogavit Socraten, quaenam ratio esset,
3 lierem tam acerbam domo non exigeret. 'Qu
inquit Socrates 'cum illam domi talem pa
insuesco et exerceor, ut ceterorum quoque for
lantiam et iniuriam facilius feram.'

4 Secundum hanc sententiam quoque Varro
tura Menippea, quam de officio mariti
*(fr. 83 B.)*: Vitium, inquit, uxoris aut toll
aut ferendum est. Qui tollit vitium, u
commodiorem praestat; qui fert, sese mel
5 facit. Haec verba Varronis 'tollere' et 'ferre'
quidem composita sunt, sed 'tollere' apparet
6 pro 'corrigere'. Id etiam apparet eiusmodi
uxoris, si corrigi non possit, ferendum esse Var
censuisse, quod ferri scilicet a viro honeste potes
enim flagitiis leviora sunt.

## XVIII

Quod M. Varro in quarto decimo humanarum L. Aeli
gistrum suum in ἐτυμολογίᾳ falsa reprehendit;
idem Varro in eodem libro falsum furis ἔτυμον di

1 In XIV. rerum divinarum libro *(fr. 99*
Varro doctissimum tunc civitatis hominem L. A
*(fr. II 18 M.)* errasse ostendit, quod vocabulum G
vetus traductum in linguam Romanam, proind
si primitus Latine fictum esset, resolverit ir
Latinas ratione etymologica falsa.

---

2 Non. VIII p. 493, 4 'intemperia pro intemperan
veterem auctoritatis obscurae: has eius intemperias'
'intemperantias' rell.) 'in maritum'

---

1 satagebat *β* ‖ 2 dem.] P iratus RV ‖ 9 inscripsit
15 huiusmodi R[1] ‖ 16 uxori RV ‖ 21 in *Hertz* et in ω
ΜΟΛΟΓΙΑ (ΕΤΘΙΜ. V) *ω*, *similiter in v. sq.* ‖ 23 huma
*lemma* ‖ 24 l. l(a)elium *ω* Aelium *β*

[redacted]



Verba ipsa super ea re Varronis posuimus: In quo 2
L. Aelius noster, litteris ornatissimus memoria nostra, erravit aliquotiens. Nam aliquot verborum Graecorum antiquiorum, proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. Non 'leporem' dicimus, ut ait, quod est levipes, sed quod est vocabulum anticum Graecum. Multa vetera illorum ignorantur, quod pro his aliis nunc vocabulis utuntur; et illorum esse plerique ignorent 'Graecum', quod nunc nominant Ἕλληνα, 'puteum', quod vocant φρέαρ, 'leporem', quod λαγωὸν dicunt. In quo non modo L. Aelii ingenium non reprehendo, sed industriam laudo: successum enim ⟨fert⟩ fortuna, experientiam laus sequitur.

Haec Varro in primore libro scripsit, de ratione 3
vocabulorum scitissime, de usu utriusque linguae peritissime, de ipso L. Aelio clementissime. Sed in poste- 4
riore eiusdem libri parte 'furem' dicit ex eo dictum, quod veteres Romani 'furvum' atrum appellaverint et fures per noctem, quae atra sit, facilius furentur. Nonne sic videtur Varro de fure, 5
tamquam L. Aelius de lepore? Nam quod a Graecis nunc κλέπτης dicitur, antiquiore Graeca lingua φὼρ dictum est. Hinc per adfinitatem litterarum, qui φὼρ

---

6 Varro r. r. III 12, 6 Quint. I 6, 33 Isid. XII 1, 23 11 Varro l. l. V 4, 25 VI 8, 84 (Fest. p. 217, 7 CGL VII 163) 12 Varro r. r. III 12, 6 l. l. V 20, 101 (Isid. XII 1, 23; 7, 53 XVII 5, 16 CGL VI 637) 19 sqq. Non. I p. 50, 9 Serv. A. II 18 IX 348 g. III 407 Porph. et Acro Hor. c. II 13, 21 Isid. or. V 26, 18 X 106 XIII 2, 39 diff. 340 CGL VI 477 Instit. IV 1, 2 Dig. XLVII 2, 1 pr. 24 CGL VI 477 25 Serv. g. III 407 GLK II 11 21; 27, 23

---

1 quo lelius ω ‖ 4 antiquatorum **R** ‖ 8 hiis ω ‖ 9 ut *Gr.*, *qui* ignorant ‖ 13 lelii ω, *similiter v. 18; 23* | illustriam (Il. **R**) **PR** ‖ 14 fert *add. Hirschfeld* fort. ⟨dat⟩ *Mms.* fort. ⟨fundat⟩ *Hertz (ex Amm. XVII 5, 8), qui etiam* successus e. fortunae ‖ 16 primo **R** ‖ 22 fure ⟨errasse⟩ *Ald.* ‖ 25 dictus ω

## XIX

**Historia super libris Sibyllinis ac de**

1 In antiquis annalibus n
2 Sibyllinis haec prodita est: A
cognita ad Tarquinium Superbun
libros ferens, quos esse dicebat div
3 venundare. Tarquinius pretium pe
4 nimium atque inmensum poposci
5 aetate desiperet, derisit. Tum illa
igni apponit, tris libros ex noven
reliquos sex eodem pretio emere v
6 rogavit. Sed enim Tarquinius id
7 dixitque anum iam procul dubio de
dem statim tris alios libros exuss
denuo placide rogat, ut tris reliquo
8 emat. Tarquinius ore iam serio atq
fit, eam constantiam confidentiamq
bendam intellegit, libros tris reliqu
minore pretio, quam quod erat pet
9 Sed eam mulierem tunc a Tar
10 nusquam loci vis

[redacted]



conditi 'Sibyllini' appellati; ad eos quasi ad oraculum 11
quindecimviri adeunt, cum di immortales publice consulendi sunt.

## XX

Quid geometrae dicant ἐπίπεδον, quid στερεόν, quid κύβον, quid γραμμήν; quibusque ista omnia Latinis vocabulis appellentur.

Figurarum, quae σχήματα geometrae appellant, 1
genera sunt duo, 'planum' et 'solidum'. Haec ipsi 2
vocant ἐπίπεδον καὶ στερεόν. 'Planum' est, quod in duas partis solum lineas habet, qua latum est et qua longum: qualia sunt triquetra et quadrata, quae
in area fiunt, sine altitudine. 'Solidum' est, quando 3
non longitudines modo et latitudines planas numeri linearum efficiunt, sed etiam extollunt altitudines, quales sunt ferme metae triangulae, quas 'pyramidas' appellant, vel qualia sunt quadrata undique, quae κύβους illi,
nos 'quadrantalia' dicimus. Κύβος enim est figura 4
ex omni latere quadrata, quales sunt, inquit M. Varro (*fr. p. 350 Bip.*), tesserae, quibus in alveolo luditur, ex quo ipsae quoque appellatae κύβοι. In 5
numeris etiam similiter κύβος dicitur, cum omne latus eiusdem numeri aequabiliter in sese solvitur, sicuti fit, cum ter terna ducuntur atque ipse numerus terplicatur.
Huius numeri cubum Pythagoras vim habere 6
lunaris circuli dixit, quod et luna orbem suum lustret septem et viginti diebus et numerus ternio, qui τριάς

7 sqq. Fronto p. 107 N. Mart. Cap. VI 708; 721 Macr. somn. I 5, 9 sq. Eulog. somn. p. 10 H. CGL VI 451 8 sqq. Cic. nat. d. II 18, 47 (Tim. 5) Anon. post Censor. VI 2 9 CGL VII 96; 277 16 sqq. Macr. somn. I 5, 9 II 2, 7 Eulog. l. l. Vitruv. V praef. 4 Isid. XVIII 63 24 Eulog. l. l. (Varro)

5 *lemmata c. 20—26 om.* P || 9 καὶ] ς κ ω || 16 cybos RV cibos P *sic saepius* | illi uocant R || 18 quadrata R || 19 albeolo (albeo R) ω 22 aequaliter in se (se *etiam* V) resoluitur R || 26 d. qui numerus ς qui a numeris σ | ternio] ς triennio ω

7 Graece dicitur, tantundem efficiat in cubo. 'Linea
autem a nostris dicitur, quam γραμμὴν Graeci nomi-
8 nant. Eam M. Varro ita definit *(fr. p. 337 Bip.)*
Linea est, inquit, longitudo quaedam sine lati-
9 tudine et altitudine. Εὐκλείδης autem brevius
praetermissa altitudine *(def. I 2)*: γραμμή, inquit, est
μῆκος ἀπλατές, quod exprimere uno Latine verbo
non queas, nisi audeas dicere 'inlatabile'.

## XXI

Quod Iulius Hyginus affirmatissime contendit legisse se librum P. Vergilii domesticum, ⟨in quo⟩ scriptum esset 'et ora tristia temptantum sensus torquebit amaror', non quod vulgus legeret 'sensu torquebit amaro'.

1 Versus istos ex georgicis Vergilii *(II 246)* pleri-
que omnes sic legunt:

at sapor indicium faciet manifestus et ora
tristia temptantum sensu torquebit amaro.

2 Hyginus autem, non hercle ignobilis grammaticus,
in commentariis, quae in Vergilium fecit, *(fr. 1
p. 22 Bu.)* confirmat et perseverat non hoc a Vergilio
relictum, sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit
ex domo atque familia Vergilii:

et ora
tristia temptantum sensus torquebit amaror;

3 neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam
viris complacitum, quoniam videtur absurde dici 'sapor
sensu amaro torquet'. 'Cum ipse' inquiunt 'sapor

1 Macr. somn. I 5, 7 Mart. Cap. III 229 CGL VI 647 3 Anon.
post Censor. VI 1 Macr. l. l. 9 II 2, 5 Eulog. l. l. Mart. Cap. VI 708
Isid. III 12, 6 15 sqq. Serv. g. II 247

3 Ea M. ω *corr.* ς ‖ 7 latino R ‖ 11 in quo *add.* σ ubi Hertz
12 sensu ς | amaro V (*de* P *vd. p. 79, 5*) ‖ 14 Versiculos R ‖ 21 qui
PV ‖ 22 atque ex V ‖ 24 sensu R ‖ 26 uidebatur R

[redacted]



sensus sit, non alium in semet ipso sensum habeat ac proinde sit, quasi dicatur 'sensus sensu amaro torquet'.' Sed enim cum Favorino Hygini commentarium legissem atque ei statim displicita esset insolentia et insuavitas illius sensu torquebit amaro, risit et: 'Iovem lapidem,' inquit 'quod sanctissimum iusiurandum habitum est, paratus ego iurare sum Vergilium hoc numquam scripsisse, sed Hyginum ego verum dicere arbitror. Non enim primus finxit hoc verbum Vergilius insolenter, sed in carminibus Lucreti invento usus est non aspernatus auctoritatem poetae ingenio et facundia praecellentis.' Verba ex IV Lucreti (v. 221) haec sunt: 4 5 6

dilutaque contra
cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.

Non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucreti plurimos sectatum esse Vergilium videmus. 7

## XXII

An, qui causas defendit, recte Latineque dicat 'superesse ⟨se⟩' is, quos defendit; et 'superesse' proprie quid sit.

Inroboravit inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio, quod dicitur 'hic illi superest', cum dicendum est advocatum esse quem cuipiam causamque eius defendere. Atque id dicitur non in compitis tantum neque in plebe volgaria, sed in foro, in comitio, apud tribunalia. Qui integre autem locuti sunt, magnam 1 2 3

6 Cic. ad fam. VII 12, 2 Paul. p. 92, 1; 115, 4 Serv. pl. A. VIII 641 Apul. de deo S. 5 Polyb. III 25, 6 Plut. Sull. 10 16 sqq. Macr. VI 1; 2

3 Favorinus .. legisset β | 5 illius — risit et] β amaror is ω | 6 lapidem] β lapideum ω || 10 inuentus est non ω *corr. Ehrenthal* inuentum est nec asp. est β || 15 contuimur Rβ || 20 se *add. Carrio, qui* ei quod || 21 id quod ω *corr. Hertz*

partem 'superesse' ita dixerunt, ut eo verbo signifi
superfluere et supervacare atque esse supra neces
4 modum. Itaque M. Varro in satura, quae ins
est nescis quid vesper vehat, superfuisse
5 immodice et intempestive fuisse. Verba ex eo
haec sunt *(fr. 340 B.)*: In convivio legi nec o
debent et ea potissimum, quae simul sint
φελῆ et delectent, potius ut id quoque vide
non defuisse quam superfuisse.

6 Memini ego praetoris, docti hominis, tribunal
forte assistere atque ibi advocatum non incelebre
postulare, ut extra causam diceret remque, quae
batur, non attingeret. Tunc praetorem ei, cui
erat, dixisse advocatum eum non habere, et cu
qui verba faciebat, reclamasset: 'ego illi V. C. s
sum', respondisse praetorem festiviter: 'tu plane su
non ades'.

7 M. autem Cicero in libro, qui inscriptus e
iure civili in artem redigendo *(fr. 2 p. 98*
*1 H. et Br.)*, verba haec posuit: nec vero sci
iuris maioribus suis Q. Aelius Tubero de
doctrina etiam superfuit. In quo loco supe
significare videtur 'supra fuit et praestitit supera
maiores suos doctrina sua superfluenti tamen et
abundanti': disciplinas enim Tubero stoicas diale
8 percalluerat. In libro quoque de republica sec
*(III 21, 32)* id ipsum verbum Cicero ponit non t
transeundum. Verba ex eo libro haec sunt:
gravarer, Laeli, nisi et hos velle putare
ipse cuperem te quoque aliquam partem l
nostri sermonis attingere, praesertim cum

8 et pocius **V** || 9 quod *(sic)* superfuisse *β om.* ω non
tur magis defuisse quam superfuisse *codd. Carrionis* po
*v. 8 post* defuisse *transpos. Vogel* || 13 cui **P** || 20 compos
21 Q.] ς que *s.* q̃ ω || 25 et dial. ω *praeter* **A** || 26 de rep.] ς **P**
in — secundo *om.* **A** || 27 Cic. ponit] **A** Ciceronis ω || 29 la
et *prius om.* **A**

[redacted]



dixeris te nobis etiam superfuturum. m id quidem fieri non potest; ne desis, ›s te rogamus.

xquisite igitur et comperte Iulius Paulus dice- 9
homo in nostra memoria doctissimus, 'superesse' simplici ratione dici tam Latine quam Graece: ːos enim *περισσὸν* in utramque partem ponere, quod supervacaneum esset ac non necessarium, ȷuod abundans nimis et afluens et exuberans; sic 10
›os quoque veteres 'superesse' alias dixisse pro rfluenti et vacivo neque admodum necessario, ita, ıpra posuimus, Varronem dicere, alias ita, ut ›ro dixit, pro eo, quod copia quidem et facultate is anteiret, super modum tamen et largius proliȷue flueret, quam esset satis. Qui dicit ergo 'super- 11
se' ei, quem defendit, nihil istorum vult dicere, nescio quid aliud indictum inscitumque dicit ac 12
'ergilii quidem poterit auctoritate uti, qui in rgicis ita scribsit *(g. III 10)*:

rimus ego in patriam mecum, modo vita supersit.

enim in loco Vergilius *ἀκυρότερον* eo verbo ı videtur, quod supersit dixit pro 'longinquius iusque adsit', illudque contra eiusdem Vergili 13
*[II 126)* aliquanto est probabilius:

lorentisque secant herbas fluviosque ministrant
arraque, ne blando nequeat superesse labori;

ıificat enim supra laborem esse neque opprimi a ›re.

7 CGL II 405, 1; 2 V 197, 13 10 Serv. A. (V 713) XI 420

1 sup.] A futurum ω || 2 si id σ || 9 exuperans ω *corr. Hertz* || ıacibo PV uacuo B || 16 se *om.* A || 17 indoctum *Falster* | ›tumque *Cornelissen* || 24 sit B[1] | ILLVTQ. A illud ω

4 An autem 'superesse' dixerint veteres pro 'rest
5 et perficiendae rei deesse', quaerebamus. Nam S lustius in significatione ista non 'superesse', sed 'su rare' dicit. Verba eius in Iugurtha *(LXX 2)* h sunt: Is plerumque seorsum a rege exercit ductare et omnis res exequi solitus erat, qu Iugurthae fesso aut maioribus astricto sup
6 raverant. Sed invenimus in tertio Enni annali *(164 M. 114 B.)* in hoc versu:

inde sibi memorat unum super esse labore

id est relicum esse et restare, quod, quia id est, div pronuntiandum est, ut non una pars orationis e
7 videatur, sed duae. Cicero autem in secunda A tonianarum *(Phil. II 29, 71)*, quod est relicum, n 'superesse', sed 'restare' dicit.

18 Praeter haec 'superesse' invenimus dictum pr
19 'superstitem esse'. Ita enim scriptum est in libr epistularum M. Ciceronis ad L. Plancum et i epistula M. Asini Pollionis ad Ciceronem *(a fam. X 33, 5)* verbis his: Nam neque deesse reipu blicae volo neque superesse, per quod signific
20 si respublica emoriatur et pereat, nolle se vivere. In Plauti autem Asinaria manifestius id ipsum scriptum est in his versibus, qui sunt eius comoediae primi *(v. 16)*:

sicút tuum vis únicum gnatúm tuae
superésse vitae sóspitem et supérstitem.

21 Cavenda igitur est non inproprietas sola verbi, se etiam pravitas ominis, si quis senior advocatus adu lescenti 'superesse se' dicat.

1 CGL IV 465, 50; 571, 13 16 schol. Luc. VIII 688

5 is ς His ω qui *Sall. ut vid.* || 11 qua id est *Otho* quand est *Hagen* quidem *Ald.* || 13 antoniarum ω || 18 et *del. Carrio* 19 M.] *sic* ω *del. Hertz* || 24 uerbis qui R || 28 omnis ω *corr.*

## XXIII

nis fuerit Papirius Praetextatus; quae istius causa cognomenti sit; historiaque ista omnis super eodem Papirio cognitu iucunda.

Historia de Papirio Praetextato dicta scriptaque est a M. Catone in oratione, qua usus est ad milites contra Galbam *(XXXIX J.)*, cum multa quidem venustate atque luce atque munditia verborum. Ea Catonis verba huic prorsus commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cum haec dictavi. Quod si non virtutes dignitatesque verborum, sed rem ipsam scire quaeris, res ferme ad hunc modum est: Mos antea senatoribus Romae fuit in curiam cum praetextatis filiis introire. Tum, cum in senatu res maior quaepiam consultata eaque in diem posterum prolata est, placuit, ut eam rem, super qua tractavissent, ne quis enuntiaret, priusquam decreta esset. Mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percontata est filium, quidnam in senatu patres egissent. Puer respondit tacendum esse neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior; secretum rei et silentium pueri animum eius ad inquirendum everberat: quaerit igitur compressius violentiusque. Tum puer matre urgente lepidi atque festivi mendacii consilium capit. Actum in senatu dixit, utrum videretur utilius exque republica esse, unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ubi audivit, animus compavescit, domo trepidans egreditur, ad ceteras matronas perfert. Venit ad senatum postridie matrum familias

---

13 sqq. Macr. I 6, 19 sqq. (Polyb. III 20, 3)

---

8 uetustate P | 10 tempe R¹ || 13 curia ω || 14 Tumque in *Gr.* | 16 placuitque ς || 18 patre R || 21 silentium deberi puer affirmans animum β || 25 exeqre P. V magisque e rep. *Macr.* || 27 animo β *Macr.* || 29 perfert. Venit *Klotz* peruenit ω pervenit. it *Mms.* matronas defert quod audierat. perueniunt β adfert postridieque ad s. copiosae m. f. *catervae confluunt Macr.*

caterva; lacrimantes atque obsecrantes orant, una potius
1 ut duobus nupta fieret, quam ut uni duae. Senatores ingredientes in curiam, quae illa mulierum intemperies
2 et quid sibi postulatio istaec vellet, mirabantur. Puer Papirius in medium curiae progressus, quid mater audire institisset, quid ipse matri dixisset, rem, sicut
3 fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri exosculatur, consultum facit, uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, praeter ille unus Papirius, atque puero postea cognomentum honoris gratia inditum 'Praetextatus' ob tacendi loquendique in aetate praetextae prudentiam.

## XXIV

Tria epigrammata trium veterum poetarum, Naevii, Plauti, Pacuvii, quae facta ab ipsis sepulcris eorum incisa sunt.

1 Trium poetarum inlustrium epigrammata, Cn. Naevii, Plauti, M. Pacuvii, quae ipsi fecerunt et incidenda sepulcro suo reliquerunt, nobilitatis eorum gratia et venustatis scribenda in his commentariis esse duxi.

2 Epigramma Naevii plenum superbiae Campanae, quod testimonium esse iustum potuisset, nisi ab ipso dictum esset *(p. 296, 3 B.)*:

inmortales mortales si foret fas flere,
flerent divae Camenae Naevium poetam.
itaque postquam est Orcho traditus thesauro,
obliti sunt Romae loquier lingua Latina.

3 Epigramma Plauti, quod dubitassemus, an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo *(p. 296, 4 B.)*:

---

3 in *om. Macr.* || 4 ista hec V ista R || 5 introgressus R' 8 exosculatus R || 10 hocque R eique *β Macr.* || 11 indictum PR 25 Casmenae *L Mueller* || 26 orchi *β* | thesauri *β* thesaurus *Baehrens* '*sed* thesauro *ut* dono dare' *Sk.*

[redacted]



ɔstquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget,
:aena est deserta, dein Risus, Ludus Iocusque
t Numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt.

Epigramma Pacuvii verecundissimum et purissimum 4
numque eius elegantissima gravitate *(p. 296, 5 B.)*:

ıduléscens, tam etsi próperas, hoc te sáxulum
rogat út se aspicias, deínde, quod scriptum ést, legas.
hic súnt poetae Pácuvi Marcí sita
ossa. hóc volebam, néscius ne essés. vale.

XXV

uibus verbis M. Varro indutias definierit; quaesitumque inibi curiosius, quaenam ratio sit vocabuli indutiarum.

Duobus modis M. Varro in libro humanarum, 1
qui est de bello et pace *(XXII fr. 1; 2 Mi.)*, 'indutiae' quid sint, definit. Indutiae sunt inquit pax castrensis paucorum dierum; item alio in loco: 2
indutiae sunt inquit belli feriae. Sed lepidae 3
magis atque iucundae brevitatis utraque definitio quam plana aut proba esse videtur. Nam neque pax est in- 4
dutiae — bellum enim manet, pugna cessat —, neque in solis castris neque 'paucorum' tantum 'dierum' in-

5 Lucr. II 1054 III 777 Aus. ep. XXII 48 p. 263 P. Salvian. gub. d. VII 17, 75 7 Amm. XXVII 3, 15 9 sqq. carm. epigr. ed. Buech. 848 12 sq. ibd. 53, 4 18 Donat. Ter. eun. I 1, 15 Suet. rell. p. 276 R. Dig. XLIX 15, 19, 1 CGL VI 567 (Isid. XVIII 1, 11)

9 tam etsi] TY *inscr.* tamen etsi ω | te saxulum *Buech. et Bormann, Arch.-epigr. Mitth. aus Oest. XVII p. 230, ex inscr.* (hic te saxsolus) te saxum PV thesaurum R || 12 pacuuii ω | marcii V || 21 lepida *Veen* || 23 neque pax neque feriae sunt β

..., C. Pontium Samn
**sex horarum indutias postulasse**
7 **tantum 'dierum' appellandae su**
**festive** magis dixit quam aperte
8 Graeci autem significantius
tionem istam pugnae pacticiar
exempta littera una sonitus vast
9 ris. Nam quod eo tempore nor
10 cohibeantur, *ἐκεχειρίαν* appellaru
id fuit Varroni negotium, ut
definiret et legibus rationibusque c
11 inserviret. Satis enim visum est
monstrationem, quod genus Grae
*ὑπογραφὰς* quam *ὁρισμοὺς* vocant.
12 Indutiarum autem vocabulum
13 tum, iam diu est, cum quaerimus.
vel audimus vel legimus, probabil
14 videtur. 'Indutias' sic dictas arbitr
15 'inde uti iam'. Pactum indutiaru
in diem certum non pugnetur nihi
sed ex eo die postea uti iam omni
16 Quod igitur dies certus praefinitu
ante eum diem ne pugn...
'inde uti ia...

[redacted]



Aurelius autem Opilius in primo librorum, 17
quos Musarum inscripsit *(p. 27 E.)*: indutiae inquit
dicuntur, cum hostes inter sese utrimque utro-
que alteri ad alteros inpune et sine pugna
ineunt; inde adeo inquit nomen factum videtur,
quasi initiae, hoc est initus atque introitus.
Hoc ab Aurelio scriptum propterea non praeterii, ne 18
cui harum noctium aemulo eo tantum nomine ele-
gantius id videretur, tamquam id nos originem verbi
requirentes fugisset.

## XXVI

Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percontanti, an sapiens irasceretur.

Interrogavi in diatriba Taurum, an sapiens irasce- 1
retur. Dabat enim saepe post cotidianas lectiones 2
quaerendi, quod quis vellet, potestatem. Is cum gra- 3
viter, copiose de morbo affectuve irae disseruisset, quae
et in veterum libris et in ipsius commentariis exposita
sunt, convertit ad me, qui interrogaveram, et: 'haec ego'
inquit 'super irascendo sentio; sed, quid et Plutarchus 4
noster, vir doctissimus ac prudentissimus, senserit, non
ab re est, ut id quoque audias. Plutarchus' inquit 5
'servo suo, nequam homini et contumaci, sed libris
disputationibusque philosophiae aures inbutas habenti,
tunicam detrahi ob nescio quod delictum caedique eum
loro iussit. Coeperat verberari et obloquebatur non 6
meruisse, ut vapulet; nihil mali, nihil sceleris admisisse.
Postremo vociferari inter vapulandum incipit neque iam 7
querimonias aut gemitus eiulatusque facere, sed verba
seria et obiurgatoria: non ita esse Plutarchum, ut
philosophum deceret; irasci turpe esse; saepe eum de
malo irae dissertavisse, librum quoque περὶ ἀοργη-

4 alteri] ς alter ω || 6 initiae *Lambecius* inuiae ω induitiae *Fleckeisen* 8 noccium *ex* accium R || 27 vapularet *Veen* || 29 iacere *Falster*

σίας pulcherrimum conscripsisse; his omnibus, quae
in eo libro scripta sint, nequaquam convenire, quod
provolutus effususque in iram plurimis se plagis mul-
8 taret. Tum Plutarchus lente et leniter: 'quid autem,'
inquit 'verbero, nunc ego tibi irasci videor? ex vultune
meo an ex voce an ex colore an etiam ex verbis corre-
ptum esse me ira intellegis? mihi quidem neque oculi,
opinor, truces sunt neque os turbidum, neque inmaniter
clamo neque in spumam ruboremve effervesco neque
pudenda dico aut paenitenda neque omnino trepido ira
9 et gestio. Haec enim omnia, si ignoras, signa esse
irarum solent.' Et simul ad eum, qui caedebat, con-
versus: 'interim,' inquit 'dum ego atque hic disputamus,
tu hoc age'.'
10 Summa autem totius sententiae Tauri haec fuit:
Non idem esse existimavit ἀοργησίαν et ἀναλγησίαν
aliudque esse non iracundum animum, aliud ἀνάλ-
γητον et ἀναίσθητον, id est hebetem et stupentem.
11 Nam sicut aliorum omnium, quos Latini philosophi
'affectus' vel 'affectiones', Graeci πάθη appellant, ita
huius quoque motus animi, qui, cum est ulciscendi
causa saevior, 'ira' dicitur, non privationem esse utilem
censuit, quam Graeci στέρησιν dicunt, sed mediocri-
tatem, quam μετριότητα illi appellant.

20 XIX 12, 3 Quint. VI 2, 8; 20 August. civ. dei IX 4 Rhet. lat. min. 439, 36; 503, 20; 562, 10 H. CGL II 521, 40 22 sq. Cic. top. XI 48 23 sq. CGL II 370, 21

2 sunt P || 14 age huc usque P *cfr. I 8, 6* || 22 senior R scaeuior ς

[redacted]

## A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER SECVNDVS

---

### I

**Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis; deque eiusdem viri temperantia.**

Inter labores voluntarios et exercitia corporis ad 1
fortuitas patientiae vices firmandi id quoque accepimus
Socraten facere insuevisse: stare solitus Socrates 2
dicitur pertinaci statu perdius atque pernox a summo
lucis ortu ad solem alterum orientem inconivens, im-
mobilis, isdem in vestigiis et ore atque oculis eundem
in locum directis cogitabundus tamquam quodam se-
cessu mentis atque animi facto a corpore. Quam rem 3
cum Favorinus de fortitudine eius viri ut pleraque
disserens attigisset *(fr. 66 Ma.)*: *πολλάκις* inquit *ἐξ
ἡλίου εἰς ἥλιον εἱστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων.*
Temperantia quoque fuisse eum tanta traditum est, 4
ut omnia fere vitae suae tempora valitudine inoffensa
vixerit. In illius etiam pestilentiae vastitate, quae in 5

---

6 sqq. Plato symp. c. 3 p. 174 sq.; 36 p. 220 7 Apul. m. V 6 Amm. XXXI 2, 6 Symm. I 53, 1 Mart. Cap. II 124 8 Amm. XVIII 8, 12 17 sqq. Diog. L. II 5, 9 (25) Aelian. h. v. XIII 27 Amm. XIX 4, 4

---

3 temperantia] ς pacientia ω parcimonia *Gr.* ‖ 8 iterum *Marres*

## II

Quae [illegible] magistr[illegible] philosophi [illegible]

1 Ad [illegible] Taurum [illegible] veneratum [illegible] simul e

2 Taurus [illegible] et cum assi

3 [illegible] Introivit provinciae pr

4 assurrexit [illegible] Taurus et post

5 resedit. Allata mox una sella

erat, atque, dum aliae promeban

6 vitavit Taurus patrem praesidis

ille ait: 'Sedeat hic potius, qui

7 stratus est.' 'Absque praeiudici

interea sede, dum inspicimus quae

veniat tene potius sedere, qui pa

8 magistratus est.' Et, cum

que esset ali[illegible]

[redacted]



filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus
ı interquiescere paululum et conivere, sed cum
rempublicam in domestica re atque vita sedeatur,
letur, in convivio quoque familiari discumbatur,
inter filium magistratum et patrem privatum pu-
ı honores cessare, naturales et genuinos exoriri.
igitur,' inquit 'quod ad me venistis, quod collo- 10
ur nunc, quod de officiis disceptamus, privata actio
Itaque utere apud me his honoribus prius, quibus
quoque vestrae te uti priorem decet.'
ec atque alia in eandem sententiam Taurus 11
ter simul et comiter disseruit. Quid autem super 12
cemodi patris atque filii officio apud Claudium
imus, non esse ab re visum est, ut adscriberemus.
imus' igitur verba ipsa Quadrigarii ex annali 13
sexto *(f. 57 P.)* transscripta: Deinde facti con-
s Sempronius Graccus iterum Q. Fabius
imus, filius eius, qui priore anno erat con-
Ei consuli pater proconsul obviam in equo
ns venit neque descendere voluit, quod
r erat, et, quod inter eos sciebant maxima
ordia convenire, lictores non ausi sunt de-
dere iubere. Vbi iuxta venit, tum consul
'quid postea?'; lictor ille, qui apparebat,
intellexit, Maximum proconsulem descen-
iussit. Fabius imperio paret et filium
audavit, cum imperium, quod populi esset,
neret.

: Cic. Brut. XXIII 91 Amm. XX 5, 2 16 sqq. Liv. XXIV
) Val. Max. II 2, 4 Plut. Fab. Max. 24

ı familiaris ω | discumbetur **RV** || 9 me] nos **R**[1] | prior σ |
huc usque quibus **P** || 10 uti oporterecet **R**[1] || 15 annalib' **R** ||
Ti.⟩ Sempr. *Sk.* | iterumque ω || 24 quid opstat? *Hirschfeld*

## III

Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint h litterae spiritum.

1 H litteram sive illam spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior vegetiorque; atque id videntur
2 fecisse studio et exemplo linguae Atticae. Satis notum est Atticos ἰχθὺν et ἵππον et multa itidem alia contra morem gentium Graeciae ceterarum inspirantis primae
3 litterae dixisse. Sic 'lachrumas', sic 'sepulchrum', sic 'ahenum', sic 'vehemens', sic 'incohare', sic 'helluari', sic 'halucinari', sic 'honera', sic 'honustum' dixerunt.
4 In his enim verbis omnibus litterae seu spiritus istius nulla ratio visa est, nisi ut firmitas et vigor vocis quasi quibusdam nervis additis intenderetur.
5 Sed quoniam 'aheni' quoque exemplo usi sumus, venit nobis in memoriam Fidum Optatum, multi nominis Romae grammaticum, ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirandae vetustatis emptum in sigillariis viginti aureis, quem ipsius Vergili fuisse credebatur. In quo duo isti versus cum ita scripti forent (*A. II 469*):

vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrus
exultat telis et luce coruscus aena,

4 sqq. ad totum caput cfr. Cic. or. XLVIII 160 Quint. I 4, 14; 5, 20 GLK VI 34, 3 VII 199, 5 al. 11 sqq. Varro l. l. V 10, 73 GLK I 73, 19; 365, 16 IV 38, 27 VI 21, 23; 490, 30 VII 12, 10; 19, 16; 68, 15; 93, 2; 153, 7; 311, 26 Serv. A. I 213; 289 Serv. et schol. Bern. g. III 223 Paul. p. 99, 10 Isid. diff. 285 CGL VII 258 al.

9 ἵππον *Sk.* (*cfr. GMeyer Gr. Gramm.*[3] *p. 108*) IPPON VP ippō R καὶ ἱερον ς ἵ pronomen *Hertz; tentaveram antea* ἀθρόος, *ἄρκυν al. cfr. Kuehner*[3] *I p. 111* ‖ 11 lacrumas (-imas) ω ¦ sepulcrum RV ‖ 12 inchoare PV incoare R *corr. Hertz* ‖ 13 ⟨nostri dixerunt *Dziatzko* ‖ 26 exaltat P exaṣtat R exatha V ¦ ahena ω

[redacted]



am supra vidimus h litteram et 'ahena' factum. in illo quoque Vergili versu in optimis libris 6 tum invenimus *(g. I 296)*:

ıt foliis undam trepidi despumat aheni.

## IV

n ob causam Gavius Bassus genus quoddam iudicii 'divitionem' appellari scripserit; et quam alii causam esse eiusm vocabuli dixerint.

Cum de constituendo accusatore quaeritur iudicium- 1 super ea re redditur, cuinam potissimum ex duo- pluribusve accusatio subscriptiove in reum per- tatur, ea res atque iudicum cognitio 'divinatio' ellatur. Id vocabulum quam ob causam ita factum 2 quaeri solet.

Gavius Bassus in tertio librorum, quos de 3 gine vocabulorum composuit *(fr. 3 L.)*: divi- ;io inquit iudicium appellatur, quoniam inet quodammodo iudex oportet, quam sen- tiam sese ferre par sit. Nimis quidem est in 4 ɔis Gavi Bassi ratio inperfecta vel magis inops ieiuna. Sed videtur tamen significare velle idcirco 5 'divinationem', quod in aliis quidem causis iudex ⟨quae⟩ didicit quaeque argumentis vel testibus de- astrata sunt, sequi solet, in hac autem re, cum endus accusator est, parva admodum et exilia sunt, bus moveri iudex possit, et propterea, quinam magis accusandum idoneus sit, quasi divinandum est. Haec Bassus. Sed alii quidam 'divinationem' esse 6 pellatam putant, quoniam, cum accusator et reus

12 Rhet. lat. min. 97, 1 H. 22 (Ps. Ascon. in Cic. divin. 99 Or.)

1 (h)ahenam ω ‖ 2 uersum RV ‖ 4 aut] *ex v. 295 Vergilii* ω Verg. ‖ 6 gabius ω ‖ 8 dixerunt ω ‖ 18 diuine ω *corr. Fulv.* ‖ quae *add. ς*

## V

**Quam lepide signateque dixerit F[...] intersit inter Platonis et Lysiae [...]**

Favorinus de Lysia et [...] est: 'Si ex Platonis' inquit 'c[...] demas mutesve atque id com[...] elegantia tamen detraxeris; si ex [...]

## VI

Quibus verbis ignaviter et abiecte Ve[...] et quid his, qui improbe <id> dicu[...]

1 Nonnulli grammatici aetatis [...] est Cornutus Annaeus, haut [...] ignobiles, qui commentaria in [...] suerunt, reprehendunt quasi incuri[...] positum in his versibus (*ecl. VI 7*[...]

candida succinctam latrant[...]

Dulichias vexasse rates et [...]
a! timidos nautas canib[...]

2 Vexass[...]

Item aliud huiuscemodi reprehendunt (*G. III 4*): 3

quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?

Inlaudati parum idoneum verbum esse dicunt neque id satis esse ad faciendam scelerati hominis detestationem, qui, quod hospites omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus, sed detestatione execrationeque totius generis humani dignus esset.

Item aliud verbum culpaverunt (*A. X 314*): 4

per tunicam squalentem auro latus haurit apertum,

tamquam si non convenerit dicere 'auro squalentem', quoniam nitoribus splendoribusque auri squaloris inluvies sit contraria.

Sed de verbo vexasse ita responderi posse credo: 5
Vexasse grave verbum est factumque ab eo videtur, quod est 'vehere', in quo inest vis iam quaedam alieni arbitrii: non enim sui potens est, qui vehitur. 'Vexare' autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu procul dubio vastiorest. Nam qui fertur et rapsatur atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur, sicuti 'taxare' pressius crebriusque est quam 'tangere', unde id procul dubio inclinatum est, et 'iactare' multo fusius largiusque est quam 'iacere', unde id verbum

4 Macr. l. l. et III 5, 9 7 Amm. XIV 7, 8; 11, 3 15 sqq. Macr. l. l. Serv. et Serv. pl. ecl. VI 76 (Probus) Ps. Ascon. ad Cic. Verr. I 5, 12 p. 130 Or. Isid. X 280 22 Fest. p. 356, 21

7 dignus **P** | detestatione *Macr.* de retractacione (retractione **P**) *ω* detract(at)ione **TY** deprecatione *Mdg.* || 12 convenerit] **A** -erint *ω* || 13 splendoribusque] **A** splendidioribusque *ω* || 16 tractumque *Macr.* || 17 uis iam] **A** iam uis *ω* iam *del. Sk.* || 20 uastiorest] **A** *Macr.* inclinatum est *ω* *ex v. 23, unde etiam* procul dubio *huc irrepsisse crediderim* | qui] **A** *Macr. om. ω* | rapsatur] **A** raptatur *ω* || 22 taxare] TARE **A** *om.* **R**

traductum est, et 'quassare' quam 'quatere' gravius
6 violentiusque est. Non igitur, quia volgo dici solet 'vexatum esse' quem fumo aut vento aut pulvere, propterea debet vis vera atque natura verbi deperire, quae a veteribus, qui proprie atque signate locuti sunt, ita ut decuit, conservata est.

7 M. Catonis verba sunt ex oratione, quam de Achaeis scripsit *(XXXV J.)*: Cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret; 'vexatam' Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut saevitiae aut immanitatis genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit;
8 M. Tullius IV. in Verrem *(55, 122)*: Quae ab isto sic spoliata atque direpta est, non, ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem et consuetudinis iura retineret, sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur.

9 De 'inlaudato' autem duo videntur responderi posse. Vnum est eiusmodi: Nemo quisquam tam efflictis est moribus, quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid, quod laudari queat. Vnde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est:

πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

10 Sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is 'inlaudatus' est isque omnium pessimus deterrimusque est, sicuti omnis culpae privatio 'inculpatum' facit. 'Inculpatus' autem instar est absolutae

1 Fest. p. 261, 16 23 Diog. VII 81 Apost. XIV 69 ibd. Leutsch-Schneid.

4 nativa *Gr.* 13 tulliū. IIII (t. inl V) ω 14 ppl˜iata P || 19 huiusmodi R | efflictis *Macr.* effi(c)tis ω efferis σ || 20 aliquis PV || 23 τοι καὶ μ. *Stob., Diog., Apostol., al.* γὰρ καὶ μ. *Macr.* ΚΑΙΚΗΠΟΥΡΟΣ PV | κατακαίριον *testes Graeci fere omnes* || 27 que *om.* V¹

[redacted]



virtutis; 'inlaudatus' quoque igitur finis est extremae
malitiae. Itaque Homerus non virtutibus appellandis, 11
sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. Hoc enim
est (*Il. V 366; 768 al.*):

τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην,

et item illud (*IV 223*):

ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον,
οὐδὲ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.

Epicurus quoque simili modo maximam voluptatem 12
privationem detractionemque omnis doloris definivit his
verbis (*sent. III p. 72 Us.*): Ὅρος ⟨τοῦ μεγέθους
τῶν ἡδονῶν ἡ παντὸς⟩ τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Eadem ratione idem Vergilius (*g. IV 479 A.* 13
*VI 438*) 'inamabilem' dixit Stygiam paludem. Nam 14
sicut 'inlaudatum' κατὰ στέρησιν laudis, ita 'inamabilem' κατὰ amoris στέρησιν detestatus est. Altero 15
modo 'inlaudatus' ita defenditur: 'Laudare' significat 16
prisca lingua nominare appellareque. Sic in actionibus
civilibus auctor 'laudari' dicitur, quod est nominatus.
'Inlaudatus' autem est, quasi inlaudabilis, qui neque 17
mentione aut memoria ulla dignus neque umquam
nominandus est, sicuti quondam a communi consilio 18
Asiae decretum est, uti nomen eius, qui templum
Dianae Ephesi incenderat, ne quis ullo in tempore
nominaret.

18 Paul. p. 118, 3 Non. IV p. 335, 12 CGL V 29, 41; 111, 39 21 sqq. Macr. l. l. Serv. et Schol. Bern. g. III 5 A. VII 11 23 sqq Val. Max. VIII 14 ext. 5 (Strab. XIV 1, 22 p. 640 Solin. XL 3.

2 milicie (-tie P) ω *corr.* P² ς || 6 aliud P || 11 detractionem detractionemque P *unde* detr. deiectionemque *Otho* || 12 τοῦ — παντὸς *exstant c. 9, 2, apud Macr., al., om. hic* ω || 16 κατὰ στ. | priuació R || 17 κατὰ *et* στ. d. e. *om.* R || 20 auctor *Macr.* autem ω 21 autem] ergo *Macr.* || 25 Ephesiae *Macr.*

quam rem et alii

**locis aliquot demonstrat (*A.* X**

quen

in plumam squamis aur

22 et alio loco (*A. XI 487*):

iamque adeo rutilum tho
horrebat squamis.

23 Accius in Pelopidis (*v. 517 R.*

éius serpentis squámae sq
purá pe

24 Quicquid igitur nimis inculcatun
re erat, ut incuteret visentibus 1
25 id 'squalere' dicebatur. Sic in
squamosisque alta congeries sordi
batur. Cuius significationis mult
tum id verbum ita contaminatum
de re alia nulla quam de soli
coeperit.

1 sqq. Macr. l. l. Serv. (et schol
IX 704 X 314 (XI 77...
VI p. 4...

[redacted]



## VII

De officio erga patres liberorum; deque ea re ex philosophiae libris, in quibus scriptum quaesitumque est, an omnibus patris iussis obsequendum sit.

Quaeri solitum est in philosophorum disceptatio- 1
nibus, an semper inque omnibus iussis patri parendum
sit. Super ea re Graeci nostrique, qui de officiis 2
scripserunt, tres sententias esse, quae spectandae considerandaeque sint, tradiderunt easque subtilissime diiu-
dicarunt. Earum una est: omnia, quae pater imperat, 3
parendum; altera est: in quibusdam parendum, in 4
quibusdam non obsequendum; tertia est: nihil necessum 5
esse patri obsequi et parere.

Haec sententia quoniam primore aspectu nimis 6
infamis est, super ea prius, quae dicta sunt, dicemus.
'Aut recte' inquiunt 'imperat pater aut perperam. Si 7
recte imperat, non, quia imperat, parendum, sed quoniam id fieri ius est, faciendum est; si perperam, nequaquam scilicet faciendum, quod fieri non oportet.'
Deinde ita concludunt: 'numquam est igitur patri 8
parendum, quae imperat'. Set neque istam sententiam 9
probari accepimus — argutiola quippe haec, sicuti mox
ostendemus, frivola et inanis est —, neque autem illa, 10
quam primo in loco diximus, vera et proba videri
potest omnia esse, quae pater iusserit, parendum. Quid 11
enim? si proditionem patriae, si matris necem, si alia
quaedam imperabit turpia aut impia? Media igitur 12
sententia optima atque tutissima visa est quaedam esse

5 sqq. Muson. apud Stob. fl. 79, 51 (III p. 90, 21 M.) Aristot. h. Nicom. IX 2 p. 1164, 22

5 philosoficis R ‖ 6 patris P ‖ 10 omnibus ς ‖ 11 in] T *om.* ω ‖ necesse RV ‖ 14 primo r(a)espectu RV ‖ 20 igitur est *fort.* A ‖ ARGVTIORA A ‖ 23 TENDEMVS A ‖ 24 induximus R ‖ IMPERABI A imperauit ω ‖ AVTEMIMPIA A ‖ 28 ATQVISSIMA A

13 parendum, quaedam non obsequendum. Sed ea tamen,
quae obsequi non oportet, leniter et verecunde ac sine
detestatione nimia sineque obprobratione acerba repre-
hensionis declinanda sensim et relinquenda esse dicunt
quam respuenda.
14 Conclusio vero illa, qua colligitur, sicuti supra
dictum est, nihil patri parendum, inperfecta est refu-
15 tarique ac dilui sic potest: Omnia, quae in rebus hu-
manis fiunt, ita ut docti censuerunt, aut honesta sunt
16 aut turpia. Quae sua vi recta aut honesta sunt, ut
fidem colere, patriam defendere, ut amicos diligere, ea
17 fieri oportet, sive imperet pater sive non imperet; sed
quae his contraria quaeque turpia, omnino iniqua sunt,
18 ea ne si imperet quidem. Quae vero in medio sunt
et a Graecis tum *μέσα*, tum *ἀδιάφορα* appellantur,
ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas
defendere, uxorem ducere, ut iussum proficisci, ut accer-
situm venire, quoniam et haec et his similia per sese
ipsa neque honesta sunt neque turpia, sed, proinde ut
a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt
aut reprehendenda: propterea in eiusmodi omnium rerum
generibus patri parendum esse censent, veluti si uxorem
19 ducere imperet aut causas pro reis dicere. Quod enim
utrumque in genere ipso per sese neque honestum
neque turpe est, idcirco, si pater iubeat, obsequendum
20 est. Sed enim si imperet uxorem ducere infamem,
propudiosam, criminosam aut pro reo Catilina aliquo
aut Tubulo aut P. Clodio causam dicere, non scilicet
parendum, quoniam accedente aliquo turpitudinis numero
desinunt esse per sese haec media atque indifferentia.
21 Non ergo integra est propositio dicentium 'aut honesta

1 sqq. Stob. fl. 79, 52 (III p. 98, 14 M.)

3 detrectatione *Btl.* | DEPREH. **A** || 4 declinandam **P¹V** | reliquendam **AP¹V** || 15 ΜΕCƆΤƆΔΙƆΦ. **PV** *corr.* **ς** || 19 inhonesta **ω** *corr.* *σ* || 28 ⟨L.⟩ Tubulo *Lipsius* || 31 dicendum **ω** *corr.* **ς**

[redacted]



t, quae imperat pater, aut turpia', neque ὑγιὲς et 22
ιμον διεζευγμένον videri potest. Deest enim
ınctioni isti tertium: 'aut neque honesta sunt neque
pia'. Quod si additur, non potest ita concludi:
ımquam est igitur patri parendum'.

## VIII

**ıd parum aequa reprehensio Epicuri a Plutarcho facta sit a synlogismi disciplina.**

Plutarchus secundo librorum, quos de Ho- 1
ıro composuit *(VII p. 100 Bern.)*, inperfecte atque
ιepostere atque inscite synlogismo esse usum Epi-
rum dicit verbaque ipsa Epicuri *(sent. II p. 71 Us.)*
ıit: Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ δια-
θὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν
ὸς ἡμᾶς. 'Nam praetermisit,' inquit 'quod in prima 2
te sumere debuit, τὸν θάνατον εἶναι ψυχῆς καὶ
ματος διάλυσιν, tunc deinde eodem ipso, quod 3
ıiserat, quasi posito concessoque ad confirmandum
ıd utitur. Progredi autem hic' inquit 'synlogismus 4
i illo prius posito non potest.'
Vere hoc quidem Plutarchus de forma atque 5
line synlogismi scripsit. Nam si, ut in disciplinis
ıditur, ita colligere et ratiocinari velis, sic dici opor-
ı: ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις· τὸ δὲ
αλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς
ιᾶς. Sed Epicurus, cuiusmodi homost, non inscitia 6
detur partem istam synlogismi praetermisisse, neque 7
l ei negotium fuit synlogismum tamquam in scolis
hilosophorum cum suis numeris omnibus et cum suis
inibus dicere, sed profecto, quia separatio animi et

4 si add. *om.* **V** si turpia additur **PT** | Non **P** *om.* **RV** ||
7 pacta ω *corr. Gr.* peracta ς || 13 λυθὲν *Plut. contra Epic.*
beat. *27* || 18 ad eoconf. **R** || 22 si ut σ sicut ω si, sicut *Hertz* ||
26 ἡμᾶς· ⟨ὁ οὖν θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς⟩ *Eussner* | cuimodi **RV** ||
28 id ei] DEI **A** et dei **R** || 29 suis *prius]* **A** *om.* ω || 30 sed] **A** est ω

rporis in morte evidens est, non est ratus necessariam se eius admonitionem, quod omnibus prosus erat vium. Sicuti etiam, quod conclusionem synlogismi n in fine posuit, set in principio: nam id quoque n inperite factum quis non videt?

Aput Platonem quoque multis in locis reperias nlogismos repudiato conversoque ordine isto, qui in cendo traditur, cum eleganti quadam reprehensionis ntemptione positos esse.

## IX

iod idem Plutarchus evidenti calumnia verbum ab Epicuro dictum insectatus sit.

In eodem libro idem Plutarchus *(VII p. 101 ern.)* eundem Epicurum reprehendit, quod verbo us sit parum proprio et alienae significationis. Ita im scribsit Epicurus *(sent. III p. 72 Us.)*: Ὅρος ῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν ἡ παντὸς τοῦ ἀλ- οῦντος ὑπεξαίρεσις. 'Non' inquit 'παντὸς τοῦ λγοῦντος, sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ dicere opor- it; detractio enim significanda est doloris,' inquit on dolentis.'

Nimis minute ac prope etiam subfrigide Plutar- us in Epicuro accusando λεξιθηρεῖ. Has enim ras vocum verborumque elegantias non modo non ctatur Epicurus, sed etiam insectatur.

16 II 6, 12 22 Amm. XVII 11, 4 al.

1 est *prius om.* A ‖ 2 QVI A | PROSVMSERAT A prorsus it ω ‖ 3 CONIVNCTIONEM A *unde in v. 2* adiunctionem *Sk.* | repudiato] A -tos ω | in docendo] A in dicendo RV inci- ndo P ‖ 8 quidem V ‖ 13 ITEM A ‖ 21 dolentis ai R dolens P

## X

**Quid sint favisae Capitolinae; et quid super eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quaerenti rescripserit.**

Servius Sulpicius, iuris civilis auctor, vir bene 1
litteratus, scripsit *(p. 140 Br.)* ad M. Varronem rogavitque, ut rescriberet, quid significaret verbum, quod in censoris libris scriptum esset. Id erat verbum 'favisae Capitolinae'. Varro *(p. 199 Bip.)* rescripsit in 2
memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendi Capitolii dixisset voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in aedem conscenderetur suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret, sed facere id non quisse, quoniam 'favisae' impedissent.
Id esse cellas quasdam et cisternas, quae in area sub 3
terra essent, ubi reponi solerent signa vetera, quae ex eo templo collapsa essent, et alia quaedam religiosa e donis consecratis. Ac deinde eadem epistula negat quidem se in litteris invenisse, cur 'favisae' dictae sint, sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos 'thesauros' Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos 'flavisas' dixisse, quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. Coniec- 4
tare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam litteram et 'favisas' esse dictas cellas quasdam et specus, quibus aeditui Capitolii uterentur ad custodiendas res veteres religiosas.

8 sqq. Paul. p. 88, 4 Non. II p. 112, 26 CGL V 22, 1; 68, 6; 69, 2; 641, 58 15 Ov. met. X 693 sqq.

9 catulis V[1] || 11 aedem *Mercier* eadem ω eandem σ || 16 et alia] ς talia ω aliaque *Hertz* | religiose (-osse *ex* -onise R) donis ω *corr. Salmas.* || 17 consecrata σ || 18 cum P || 20 latine *plur. codd. Non.* || 21 eas σ || 23 detracta (-ctura R) RV

annalibus plus quam cre
torem fuisse nomenque ei
2 tudinem appellatumque esse
pugnasse in hostem dicitur c
cicatricem aversam nullam, a
draginta tulisse. coronis dona
sidionali una, muralibus tribu
torquibus tribus et octoginta,
sexaginta, hastis duodeviginti;
3 est quinquies viciesque; spolia
4 iuga, in his provocatoria plera
imperatoribus suis triumphos no

## XII

Considerata perpensaque lex quaedam
primorem iniquae iniustaeque legis
mentum salubritatis penitus reperta

1 In legibus Solonis illis ant
nis axibus ligneis incisae sunt
Athenienses, ut sempiternae ma
gionibus sanxerunt, legem

[redacted]



iptam ad hanc sententiam (*πολ. Ἀθην. c. 8*): 'Si
discordiam dissensionemque seditio atque discessio
puli in duas partes fiet et ob eam causam irritatis
mis utrimque arma capientur pugnabiturque, tum
i in eo tempore in eoque casu civilis discordiae non
rutrae parti sese adiunxerit, sed solitarius separatus-
e a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria
tunisque omnibus careto, exul extorrisque esto.'
Cum hanc legem Solonis singulari sapientia prae- 2
i legissemus, tenuit nos gravis quaedam in principio
miratio requirens, quam ob causam dignos esse
pena existimaverit, qui se procul a seditione et civili
gna removissent. Tum, qui penitus atque alte usum 3
sententiam legis introspexerant, non ad augendam,
d ad desinendam seditionem legem hanc esse dicebant.
t res prorsum se sic habent. Nam si boni omnes, 4
ii in principio coercendae seditioni impares fuerint,
pulum percitum et amentem non deseruerint, ad
terutram partem dividi sese adiunxerint, tum eveniet,
; cum socii partis seorsum utriusque fuerint eaeque
rtes ab his, ut maioris auctoritatis viris, temperari
regi coeperint, concordia per eos potissimum restitui
nciliarique possit, dum et suos, apud quos sunt, re-
unt atque mitificant et adversarios sanatos magis
apiunt quam perditos.
Hoc idem Favorinus philosophus inter fratres 5
uoque aut amicos dissidentis oportere fieri censebat,
t qui in medio sunt utriusque partis benivoli, si in
oncordia adnitenda parum auctoritatis quasi ambigui
mici habuerint, tum alteri in alteram partem disce-

3 fiet] ς fieret ω | iratis **R**[1] || 6 alterutra parte ω *corr. Carrio*
d alterutram partem *Gr.* || 7 malo *del. Mdg.* || 9 singularis **P**[1]**V**
s. **R** || 10 quaedam] **R** que a·dam **V** que admodum (dmodum
*ras.*) **P** || 11 requirentes σ || 14 introspexerat — dicebat **RV** ||
deruerint ω *corr.* ς | ⟨sed⟩ ad *Gr.* || 19 dividui *Gr.* diuisi ς
vidiae *Landgraf* 20 sociis ω aeque **P** *om.* **R** || 29 admittenda **P** ||
alter in ω *corr. Carrio*

dant ac per id meritum viam sibi ad utriusque con-
6 cordiam muniant. 'Nunc autem plerique' inquit 'partis utriusque amici, quasi probe faciant, duos litigantes destituunt et relinquunt deduntque eos advocatis malivolis aut avaris, qui lites animasque eorum inflamment aut odii studio aut lucri.'

## XIII

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamve veteres dixisse.

1 Antiqui oratores historiaeque aut carminum scriptores etiam unum filium filiamve 'liberos'
2 multitudinis numero appellarunt. Idque nos, cum in complurium veterum libris scriptum aliquotiens adverterimus, nunc quoque in libro Sempronii Asellionis rerum gestarum quinto *(fr. 6 P.)* ita esse
3 positum offendimus. Is Asellio sub P. Scipione Africano tribunus militum ad Numantiam fuit resque eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit.
4 Eius verba de Tiberio Graccho tribuno pl., quo in tempore interfectus in Capitolio est, haec sunt: Nam Gracchus domo cum proficiscebatur, numquam minus terna aut quaterna milia hominum se-
5 quebantur. Atque inde infra de eodem Graccho ita scripsit *(fr. 7 P.)*: Orare coepit id quidem, ut se defenderent liberosque suos; eum, quem virile secus tum in eo tempore habebat, produci iussit populoque commendavit prope flens.

11 Donat. Ter. hec. II 1, 15 Andr. V 3, 20 Calphurn. Ter. heaut. I 1, 99 Serv. A. X 532 August. civ. dei XVI 40 (Suet. rell. p. 277, 12 R.) 24 sqq. App. b. c. I 14 Plut. Ti. Gracch. 13

5 lites — lucri *versum poetae scenici putat Seyffert* || 8 filiam ve *add.* σ || 12 appellarant PV || 13 aduerteremus ω *corr. Carrio* || 19 tribuni ω || 21 domum *Bergk* || 23 in fraude ω *corr.* ς || 24 quidem coepit id V coepit, inquit, *Btl.* c. Quirites *Sk.* || 25 eumque quem *Cramer* | uirilẽ V[1] uirilis sexus ς || 26 tum] unum *Gr.*

## XIV

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tiberium exulem, 'stitisses vadimonium' per i litteram dicit, non 'stetisses'; eiusque verbi ratio reddita.

In libro vetere M. Catonis, qui inscribitur contra 1
Tiberium exulem, scriptum sic erat *(XLIII J.)*: Quid
si vadimonium capite obvoluto stitisses? Recte 2
ille quidem stitisses scripsit: sed falsa et audax ***
emendatores 'e' scripto et per libros 'stetisses' fecerunt, tamquam stitisses vanum et nihili verbum esset.
Quin potius ipsi nequam et nihili sunt, qui ignorant 3
stitisses dictum a Catone, quoniam 'sisteretur' vadimonium, non 'staretur'.

## XV

Quod antiquitus aetati senectae potissimum habiti sint ampli honores; et cur postea ad maritos et ad patres idem isti honores delati sint; atque ibi de capite quaedam legis Iuliae septimo.

Apud antiquissimos Romanorum neque generi ne- 1
que pecuniae praestantior honos tribui quam aetati solitus, maioresque natu a minoribus colebantur ad deum prope et parentum vicem atque omni in loco inque omni specie honoris priores potioresque habiti.
A convivio quoque, ut scriptum in antiquitatibus est, 2
seniores a iunioribus domum deducebantur, eumque morem accepisse Romanos a Lacedaemoniis traditum

7 Corn. Nep. Att. IX 4 8 contra GLK I 247, 26; 372, 1; 380. 10 II 418, 28 sqq.; 537, 14 (V 378, 10; 436, 23) 19 sqq. Val. Max. II 1. 9)

6 exule ω | sic *Gr.* quid sic ω quidem sic ς || 8 quidem ille V ; stitisse ω *lacunam post* audax *statuit Hertz, quam varie expleverunt;* audaci emendatione editores *HJMueller* audax emendatio est scripto e per l.: 'stetisses' *Petschenig* || 9 i scriputet R[1] ; et *del.* σ | 15 sunt P || 23 prioris P || 24 conuiuioque ut R

4 liberos neque uxores habentibus
legis Iuliae priori ex consu
potestas fit, non qui pluris am
pluris liberos quam collega aut
5 aut bello amisit. Sed si par ut
rum est, maritus aut qui in nu
6 praefertur; si vero ambo et ma
liberorum sunt, tum ille pristin
7 et qui maior natu est, prior fasc
autem, qui aut caelibes ambo sun
filiorum habent aut mariti sunt e
8 nihil scriptum in lege de aetate
audio, qui lege potiores essent,
collegis concedere aut longe aetate
lioribus multo aut secundum con

## XVI

Quod Caesellius Vindex a Sulpicio Apo
in sensus Vergiliani enarratione.

1 Vergilii versus sunt e libro
ille, vides, pura iuv

[redacted]



Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles,
quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
educet silvis regem regumque parentem:
unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.

Videbantur haec nequaquam convenire: 2

tua postuma proles,

quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
educet silvis.

am si hic Silvius, ita ut in omnium ferme anna- 3
um monumentis scriptum est, post mortem ⟨Aeneae⟩
itus est ob eamque causam praenomen ei Postumo
it, qua ratione subiectum est:

quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
educet silvis?

aec enim verba significare videri possunt Aenea vivo 4
iam sene natum ei Silvium et educatum. Itaque 5
anc sententiam esse verborum istorum Caesellius
indatus in commentario lectionum antiquarum:
ostuma' inquit 'proles' non eum significat,
ui patre mortuo, sed qui postremo loco natus
it, sicuti Silvius, qui Aenea iam sene tardo
roque partu est editus. Sed huius historiae 6
ictorem idoneum nullum nominat; Silvium autem 7
ost Aeneae mortem, sicuti diximus, natum esse multi
adiderunt.

Idcirco Apollinaris Sulpicius inter cetera, in 8
uis Caesellium reprehendit, hoc quoque eius quasi
ratum animadvertit errorisque istius hanc esse causam

12 Varro l. l. IX 38, 60 Serv. A. VI 763 Fest. p. 238, 2 GLK VII
0, 4; 307, 29 Isid. IX 5, 22 CGL VII 112 al.

11 Aeneae *add. Hertz* patris ς ‖ 12 positum o **RV** impositum
c ς ‖ 14 serum] seuo **P** ‖ 17 acam *ω*

dixit, quod scriptum ita sit 'Quem tibi longaevo'. <'Longaevo'> inquit 'non seni significat — id enim est contra historiae fidem —, sed in longum iam aevum et
9 perpetuum recepto immortalique facto. Anchises enim, qui haec ad filium dicit, sciebat eum, cum hominum vita discessisset, immortalem atque indigetem futurum
10 et longo perpetuoque aevo potiturum.' Hoc sane Apollinaris argute. Sed aliud tamen est 'longum aevum', aliud 'perpetuum', neque dii 'longaevi' appellantur, sed 'inmortales'.

## XVII

Cuiusmodi esse naturam quarundam praepositionum M. Cicero animadverterit; disceptatumque ibi super eo ipso, quod Cicero observaverat.

1 Observate curioseque animadvertit M. Tullius 'in' et 'con' praepositiones verbis aut vocabulis praepositas tunc produci atque protendi, cum litterae sequerentur quae primae sunt in 'sapiente' atque 'felice', in aliis autem omnibus correpte pronuntiari.
2 Verba Ciceronis haec sunt *(or. XLVIII 159)*: Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? 'indoctus' dicimus brevi prima littera, 'insanus' producta, 'inhumanus' brevi, 'infelix' longa et, ne multis, quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in 'sapiente' atque 'felice', producte dicuntur, in ceteris omnibus breviter; itemque 'conposuit' 'consuevit', 'concrepuit', 'confecit'. Consule ve

3 CGL VI 654 22 sqq. Serv. A. I 187 GLK I 409, 1 433, 15 IV 149, 33; 253, 20; 389, 29; 442, 28 VI 204, 15 VII 541, 1

1 dixit: 'Quod scr. itast 'Q. t. l.', inquit *Hertz* | sit ita V 2 Longaevo *add. Carrio; an* Quod *pro* inquit *scr.?* | significat (-tio P) enim ω *corr. Hertz* (id s. hoc) ‖ 18 prima ω ‖ 21 ut hec V ‖ 23 immanis *LMueller* ‖ 25 he(a)e PR he V

[redacted]



itatem, reprehendet; refer ad auris, probabunt;
uaere, cur ita sit? dicent iuvare. Voluptati
utem aurium morigerari debet oratio.
Manifesta quidem ratio suavitatis est in his voci- 3
us, de quibus Cicero locutus est. Sed quid dicemus
le praepositione 'pro', quae, cum produci et corripi
oleat, observationem hanc tamen M. Tullii aspernata
st? Non enim semper producitur, cum sequitur ea 4
littera, quae prima est in verbo 'fecit', quam Cicero
hanc habere vim significat, ut propter eam rem 'in'
et 'con' praepositiones producantur. Nam 'proficisci' 5
et 'profugere' et 'profundere' et 'profanum' et 'pro-
festum' correpte dicimus, 'proferre' autem et 'profli-
gare' et 'proficere' producte. Cur igitur ea littera, 6
quam Cicero productionis causam facere observavit,
non in omnibus consimilibus eandem vim aut rationis
aut suavitatis tenet, sed aliam vocem produci facit,
aliam corripi?
Neque vero 'con' particula tum solum producitur,
cum ea littera, de qua Cicero dixit, insequitur. Nam 7
et Cato *(fr. inc. 50 J.)* et Sallustius *(hist. fr. IV 52 M.)*:
faenoribus inquiunt copertus est. Praeterea 'coli- 8
gatus' et 'conexus' producte dicitur.
Sed tamen videri potest in his, quae posui, ob eam 9
causam particula haec produci, quoniam eliditur ex
ea n littera: nam detrimentum litterae productione syl-
labae compensatur. Quod quidem etiam in eo servatur, 10
quod est 'cogo'; neque repugnat, quod 'coegi' correpte 11
dicimus: non enim salva id ἀναλογίᾳ dicitur a verbo,
quod est 'cogo'.

5 sqq. GLK III 49, 12 IV 255, 4; 450, 20 VI 626, 33 VII 164, 1;
235, 9  28 sqq. GLK II 461, 14 III 527, 30 IV 262, 9

1 reprehende et ω || 2 cur? ita se d. iuvari *Cic.* || 6 produci et σ
produci R -ucet PV | corripi *om.* R || 20 ea σ a ω || 22 facinoribus ς
x *Sall. Cat. XXIII 1* | coopertus ω | colligatus ω *(Skutschio fort.*
*x co-alligatus exortum videtur)* coiugatus *Lachmann*

## XVIII

**Quod Phaedon Socraticus servus fuit; quodque item alii plusculi servitutem servierunt.**

1 Phaedon Elidensis ex cohorte illa Socratic
2 Socratique et Platoni per fuit familiaris. nomini Plato librum illum divinum de immort
3 animae dedit. Is Phaedon servus fuit forma ingenio liberali et, ut quidam scripserunt, a l
4 domino puer ad merendum coactus. Eum Cebe craticus hortante Socrate emisse dicitur habui
5 in philosophiae disciplinis. Atque is postea philos inlustris fuit, sermonesque eius de Socrate adm elegantes leguntur.

6 Alii quoque non pauci servi fuerunt, qui post p
7 sophi clari extiterunt. Ex quibus ille Menippus cuius libros M. Varro in saturis aemulatus est, q alii 'cynicas', ipse appellat 'Menippeas'.

8 Sed et Theophrasti Peripatetici servus P pylus et Zenonis Stoici servus, qui Persaeus catus est, et Epicuri, cui Mys nomen fuit, ph sophi non incelebres vixerunt.

9 Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit. is ex libertate in servitutem venum ierat. Quem emere vellet Ξενιάδης Κορίνθιος, ecquid artificii no set, percontatus 'novi' inquit Diogenes 'homini

---

4 sqq. Macr. I 11, 41—44 Diog. L. II 5, 14 (31); 9, 1 (10 Suid. s. v. Lact. inst. III 25, 15  15 Diog. L. VI 8, 1 (99) 16 XIII 31, 1  18 sqq. Diog. L. V 2, 3 (36) VII 1, 31 (3 X 2 (3); 5 (10)  22 sqq. Diog. L. VI 2, 4 (29 sq.) Suid. s. v Diogenis fr. 12; 250; 268 Mu.

---

2 alii ⟨philosophi⟩ *Carrio; plura ex § 6 suppl. Hert* 4 Phedron V Phedion R || 7 phedron (f. R) RV || 10 aluisseque phi *Lion* || 11 his PV || 17 ginicas ω || 18 philostrati *Macr.* | pa phylus P pomplius R || 23 seruitute ω *recte Macr.* || 24 et q (quid P[3] quid is ς) art. nou. (esset nouisset R) perc. ω ecqu art. n. perc. est *Macr.* et ecquid a. n. ⟨esset⟩ perc. *Hertz*

## XIX

verbum quid sit; et quam habeat veram atque pro- significationem.

ɔum 'rescire' observavimus vim habere propriam 1
n, non ex communi significatione ceterorum
m, quibus eadem praepositio imponitur; neque
ribere', 'relegere', ⟨'restituere'⟩ *** substituere
itidem dicimus 'rescire'; nam qui factum ali- 2
cultius aut inopinatum insperatumque cognoscit,
ır proprie 'rescire'.
autem in hoc uno verbo 're' particula huius 3
ae vim habeat, equidem adhuc quaero. Aliter 4
ctum esse 'rescivi' aut 'rescire' apud eos, qui
er locuti sunt, nondum invenimus, quam super
, quae aut consulto consilio latuerint aut contra
pinionemve usu venerint, quamquam ipsum 5
le omnibus communiter rebus dicatur vel ad-
el prosperis vel insperatis vel expectatis. Nae- 6
Triphallo *(v. 96 R.[3])* ita scripsit:

úmquam quicquam fílium rescívero
ntum amoris caúsa sumpse mútuum,
mplo illo te dúcam, ubi non déspuas.

Claudius Quadrigarius in primo annali *(fr. 16*
7 Ea Lucani ubi resciverunt sibi per fall
8 verba data esse. Item Quadrigarius in e
libro *(fr. 19 P.)* in re tristi et inopinata verb
ita utitur: Id ubi rescierunt propinqui obsi
quos Pontio traditos supra demonstravi
eorum parentes cum propinquis capillo p
9 in viam provolarunt. M. Cato in quarto o
num *(fr. 87 P.)*: Deinde dictator iubet post
magistrum equitum arcessi: 'mittam te, si
cum equitibus'. 'Sero est,' inquit magi
equitum 'iam rescivere'.

## XX

Quae volgo dicuntur 'vivaria', id vocabulum veteres non dix
et quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid p
M. Varro in libris de re rustica dixerit.

1 'Vivaria', quae nunc dicuntur saepta quaedam lo
in quibus ferae vivae pascuntur, M. Varro in lib
de re rustica III. *(3, 1)* dicit 'leporaria' appell
2 Verba Varronis subieci: Villaticae pastionis g
nera sunt tria, ornithones, leporaria, <piscin
Nunc ornithonas dico omnium alitum, qu
intra parietes villae solent pasci. Leporari
te accipere volo, non ea, quae tritavi nost
dicebant, ubi soli lepores sint, sed omnia saept
adficta villae quae sunt et habent inclusa ani
3 malia, quae pascuntur. Is item infra eodem i
libro *(3, 8)* ita scribit: Cum emisti fundum Tu
culanum a M. Pisone, in leporario apri mult
fuere.

9 X 24, 6 Liv. XXII 51 17 Amm. XXXI 10, 19

8 quinto *Nipperdey* || 16 dixerit hinc susu P *et* V *m.* s
*in mg.* || 21 Cornithones ω | piscinae — leporaria *Varro om.*
25 soliti *Varro* || 26 adficta *Varro* aedificia ω

[redacted]



'Vivaria' autem quae nunc vulgus dicit, quos πα- 4
ραδείσους Graeci appellant, quae 'leporaria' Varro
dicit, haut usquam memini apud vetustiores scriptum.
Sed quod apud Scipionem omnium aetatis suae pu- 5
rissime locutum legimus 'roboraria', aliquot Romae
doctos viros dicere audivi id significare, quod nos 'vi-
varia' dicimus, appellataque esse a tabulis roboreis,
quibus saepta essent; quod genus saeptorum vidimus
in Italia locis plerisque. Verba ex oratione eius 6
contra Claudium Asellum quinta haec sunt (*ORF*[2]
*p. 184*): Vbi agros optime cultos atque villas
expolitissimas vidisset, in his regionibus ex-
celsissimo loco grumam statuere aiebat; inde
corrigere viam, aliis per vineas medias, aliis
per roborarium atque piscinam, aliis per villam.
Lacus vero aut stagna, ⟨quae⟩ piscibus vivis coer- 7
centur clausa, suo atque proprio nomine 'piscinas' no-
minaverunt.
'Apiaria' quoque vulgus dicit loca, in quibus siti 8
sunt alvei apum; sed neminem ferme, qui incorrupte
locuti sunt, aut scripsisse memini aut dixisse. M. autem 9
Varro in libro de re rustica tertio (*16, 12*): με-
λισσῶνας inquit ita facere oportet, quae quidam
'mellaria' appellant. Sed hoc verbum, quo Varro
usus est, Graecum est; nam μελισσῶνες ita dicuntur,
ut ἀμπελῶνες et δαφνῶνες.

## XXI

Super eo sidere, quod Graeci ἅμαξαν, nos 'septentriones' vocamus; ac de utriusque vocabuli ratione et origine.

Ab Aegina in Piraeum complusculi earundem disci- 1
plinarum sectatores Graeci Romanique homines eadem
in navi tramittebamus. Nox fuit et clemens mare 2

2 quae — dicit *del. Hertz* || 10 asellium PV || 13 l. grumam *Mdg.* locorum mu (mu *om.* P) ω loco murum σ || 14 derigere *Mdg.* 16 *suppl.* σ pisces quibus c., cl. *JGr.* || 26 ΔΑΦΝΩΝ PV

et anni aestas caelumque liquide serenum. Sedebamus
ergo in puppi simul universi et lucentia sidera con-
3 siderabamus. Tum, qui eodem in numero Graeca-
res eruditi erant, quid ἅμαξα esset, quid βοώτης, et
quaenam maior et quae minor, cur ita appellata et
quam in partem procedentis noctis spatio moveretur
et quamobrem Homerus *(Il. XVIII 489 Od. V 275)*
solam eam non occidere dicat, cum et quaedam alia
⟨non occidant astra⟩, scite ista omnia ac perite disse-
rebant.
4 Hic ego ad nostros iuvenes convertor et 'quin' in-
quam 'vos opici dicitis mihi, quare, quod ἅμαξαν
5 Graeci vocant, nos 'septentriones' vocamus? non enim
satis est, quod septem stellas videmus, sed quid hoc
totum, quod 'septentriones' dicimus, significet, scire'
inquam 'id prolixius volo.'
6 Tum quispiam ex his, qui se ad litteras memoriasque
veteres dediderat: 'vulgus' inquit 'grammaticorum
'septentriones' a solo numero stellarum dictum putat.
7 'Triones' enim per sese nihil significare aiunt, sed vo-
cabuli esse supplementum; sicut in eo, quod 'quin-
quatrus' dicamus, quod quinque ab Idibus dierum
8 numerus sit, 'atrus' nihil. Sed ego quidem cum L. Aelio
*(fr. II 40 Me.)* et M. Varrone *(l. l. VII 4, 74)* sentio,
qui 'triones' rustico cetera vocabulo boves appellatos

12 Varro l. l. VII 4, 74    22 Varro l. l. VI 3, 14 Fest. p. 254, 31 Porph. Hor. ep. II 2, 197 GLK I 81, 20 schol. Iuv. X 115 (schol. Luc. I 254 Ov. f. III 809 CIL I p. 388 sq.)    23 sqq. Serv. A. I 744 III 516 Fest. p. 339, 2 Prob. ad Verg. g. I 227 Isid. III 70, 7 XII 1, 30 CGL V 251, 5

1 calumque P[1]BV ¦ 4 quid β. *del. Herts* ‖ 5 maior ⟨ἄρκτος⟩ σ ‖ 6 mouerentur ω *corr. Hertz* ‖ 9 non occidant *(hoc iam Carrio)* astra (*s.* sidera n. o.) *addidi* tum et q. alia *Gr.* | disserebat ω *corr. Gr.* ‖ 11 quid ω *corr. Markland* ‖ 12 opicii BV *et sine virgula* P | quod oda ΕΜΑΞΑΝ g. u. PV quod graeci uocant gr B ‖ 22 quod *del. Hertz* ‖ 23 quidem] B (?) quid ω ‖ 25 c(a)etero ω *corr. Gr.* ceterum *Hertz* certo σ vetere *Cobet*

[redacted]



scribunt quasi quosdam 'terriones', hoc est arandae
colendaeque terrae idoneos. Itaque hoc sidus, quod a 9
figura posituraque ipsa, quia simile plaustri videtur,
antiqui Graecorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoque
veteres a bubus iunctis 'septentriones' appellarunt, id
est septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figu-
rantur. Praeter hanc' inquit 'opinionem id quoque 10
Varro addit dubitare sese, an propterea magis hae
septem stellae 'triones' appellatae sint, quia ita sunt
sitae, ut ternae stellae proximae quaeque inter sese
faciant 'trigona', id est triquetras figuras.'
Ex his duabus rationibus, quas ille dixit, quod 11
posterius est, subtilius elegantiusque esse visum. In-
tuentibus enim nobis in illud ita propemodum res erat,
ut forma esse triquetra videretur.

## XXII

De vento 'iapyge' deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque accepta ex Favorini sermonibus.

Apud mensam Favorini in convivio familiari legi 1
solitum erat aut vetus carmen melici poetae aut
historia partim Graecae linguae, alias Latinae. Lege- 2
batur ergo ibi tunc in carmine Latino *(Hor. c. I 3, 4
III 27, 20)* iapyx ventus quaesitumque est, quis hic
ventus et quibus ex locis spiraret et quae tam infre-
quentis vocabuli ratio esset; atque etiam petebamus,

9 Fest. p. 339, 10 19 sqq. ad totum caput cfr. (Arist. meteor. II 6 probl. XXVI 1 Theophr. de vent. Strab. I 2, 21 p. 29 al.) Vitr. I 6 Sen. n. q. V 16 sq. Plin. II 47, 119 sqq. XVIII 34, 333 sqq. Suet rell. (124 sqq.;) 151 et p. 304 sqq. R. Apul. de mundo 11 sqq. Veget. IV 38 Non. I p. 50, 16 Ampel. 4 sq. Lydus mens. IV 76 (119) Isid. XIII 11 (Serv. pl. g. IV 298 schol. Luc. IX 412 sq. Anecd. Gr. et Gr. Lat. ed. Rose I p. 27 sqq.; 53 sqq.)

3 uideatur P videbatur *Mdg.* || 6 stellas *Sk.* || 9 appellatiue P || 13 *fort.* post. ⟨positum⟩ | est visum *Lion* || 15 esse *Carrio* esset ut ω esset, quae *Gr.*; *f.* esse tunc | uiderentur PV || 25 esset] etiam R

ut super ceterorum nominibus regionibusque doc
nos ipse vellet, quia vulgo neque de appellationib
eorum neque de finibus neque de numero convenir
3 Tum Favorinus ita fabulatus est: 'Satis' inqu
'notum est limites regionesque esse caeli quattuo
4 exortum, occasum, meridiem, septentriones. Exort
et occasus mobilia et varia sunt, meridies septentrion
5 que statu perpetuo stant et manent. Oritur enim s
non indidem semper, sed aut 'aequinoctialis' oriens d
citur, cum in circulo currit, qui appellatur ἰσημερινό
aut 'solstitialis', quae sunt θεριναὶ τροπαί, aut 'br
6 malis', quae sunt χειμεριναὶ τροπαί. Item cadit s
non in eundem semper locum. Fit enim similit
occasus eius aut 'aequinoctialis aut 'solstitialis' a
7 'brumalis'. Qui ventus igitur ab oriente verno, id e
aequinoctiali, venit, nominatur 'eurus' ficto vocabul
8 ut isti ἐτυμολογικοὶ aiunt, ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων.
alio quoque a Graecis nomine ἀφηλιώτης, Romar
9 nauticis 'subsolanus' cognominatur. Sed qui ab aesti
et solstitiali orientis meta venit, Latine 'aquilo', βορέ
Graece dicitur, eumque propterea quidam dicunt
Homero (*Od.* V 296) αἰθρηγενέτην appellatum; b
ream autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς, quonia
10 sit violenti flatus et sonori. Tertius ventus, qui
oriente hiberno spirat — 'volturnum' Romani vocant
eum plerique Graeci mixto nomine, quod inter notu
11 et eurum sit, εὐρόνοτον appellant. Hi sunt igit

10 sqq. l. l. (Mart. Cap. VIII 872 sq.) Isid. III 48 2; 3
XIII 6, 3; 4; 6 CGL VI 34; 153 VII 278 16 l. l. (Serv. A. II
schol. Luc. III 232 CGL VI 403 18 l. l. CGL VI 79 VII
20 II 30, 8 l. l. Serv. pl. A. I 85 schol. Luc. V 721 IX 418 L
Stat. Th. II 4 CGL VI 86; 149 25 (Plin. XVIII 34,
CGL VI 403)

2 qui ad **PV** ‖ 11 solstit.] solisticialis aut brumalis **V**
br. *del.* *Hertz* (*Gr.*) quae s. ϑ. τρ. *om.* **P** *et haec et* quae s. χ.
*om.* **R** ‖ 14 eius sicut ortus aut **R** ‖ 17 ἑῶας s. ἑῶος *codd.* Ap
25 dicunt **R**

[redacted]



orientales: 'aquilo', 'volturnus', 'eurus', quo-
ıs eurus est. His oppositi et contrarii sunt 12
ccidui: 'caurus', quem solent Graeci ⟨appel-
στήν: is adversus aquilonem flat; item alter
qui Graece ζέφυρος vocatur: is adversus
;; tertius 'africus', qui Graece λίψ: ⟨is⟩ ad-
ıurnum facit. Hae duae regiones caeli orientis 13
que inter sese adversae sex habere ventos
Meridies autem, quoniam certo atque fixo 14
unum meridialem ventum habet: is Latine
iraece νότος nominatur, quoniam est nebu-
ıe umectus; νοτὶς enim Graece umor nomi-
ptentriones autem habent ob eandem causam 15
ı obiectus derectusque in austrum, Latine
narius', Graece ἀπαρκτίας appellatus. Ex 16
ventis alii quattuor ventos detrahunt atque
se dicunt Homero (*Od. V 295; 331*) auctore,
quattuor ventos noverit: eurum, austrum,
, favonium, a quattuor caeli partibus, quas 17
nas nominavimus, oriente scilicet atque oc-
ıtioribus atque simplicibus, non tripertitis.
tem sunt, qui pro octo duodecim faciant ter- 18
ıor in media loca inserentes circum meridiem
ntriones eadem ratione, qua secundi quattuor
ınt inter primores duos apud orientem occi-
ı.

porro alia quaedam nomina quasi peculiarium 19
quae incolae in suis quisque regionibus fece-
ex locorum vocabulis, in quibus colunt, ⟨aut⟩

CGL III 172, 14; 245, 41 5 l. l. Serv. g. II 330
Th. II 4 CGL VI 440 VII 432 6 l. l. CGL VI 41
GL II 233, 23 V 440, 46 27 l. l. Vitr. I 6, 10

rus ω | app. *add. Hertz* (ς) | 4 ΕΡΓΑCΤΗΝ ω || 6 ΛΕΙΨ ω |
7 flat TY || 11 appellatur R || 15 dicitur R || 23 cur
ot. ω *corr. Gr.* (circa) || 28 quique *Kussner* || 29 aut

ex alia qua causa, quae ad faciendum vocabul ciderat. Nostri namque Galli ventum ex su flantem, quem saevissimum patiuntur, 'circium' lant a turbine, opinor, eius ac vertigine; ⟨ex⟩ 'Ia ipsius ore proficiscentem quasi finibus Apuli quo ipsi sunt, nomine 'iapygem' dicunt. Eu propemodum caurum existimo; nam et est occid et videtur exadversum eurum flare. Itaque Ver (*A. VIII 709)* Cleopatram e navali proelio in Ae tum fugientem vento iapyge ferri ait, ecum q Apulum eodem, quo ventum, vocabulo iapyge pellavit *(A. XI 678)*. Est etiam ventus nomine 'cae quem Aristoteles *(meteor. II 6 probl. XXVI 29* flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed sese vocet, ex quo versum istum proverbialem fa ait *(trag. fr. adesp. 75 N.²)*:

*ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὥσ⟨τε⟩ καικίας νέφος.*

Praeter hos autem, quos dixi, sunt alii plurifi venti commenticii et suae quisque regionis indig ut est Horatianus quoque ille *(s. I 5, 78)* atabu quos ipsos quoque executurus fui; addidissemque qui 'etesiae' et 'prodromi' appellitantur, qui tempore anni, cum canis oritur, ex alia atque alia

---

3 l. l. CGL V 650, 21 (= Non. I p. 50, 23) 6 Pl 11, 102 Serv. A. VIII 710 XI 247 Acro et Porph. Hor. c. (schol. Luc. VI 339) 12 l. l. 20 l. l. Plin. XVII 2 Quint. VIII 2, 13 22 Sen. n. q. V 10, 2 Plin. II 47, 12 127 XVIII 28, 270 Isid. XIII 11, 15 CGL IV 233, 13

---

1 ex aliqua RV | acciderant *ω* acciverat *al. Hertz* ‖ tice *Apul.* | ΙΑΠΥΓΙΑ (-ΤΙΑ P ΙΔΡΙΓΔ *ex* ΙΔCΙΙΓΔ R *ἰάκυγα ς*) ore proficiscente (-sistentem R) quasi finibus apulia *ω corr.* (*qui etiam* Apuliae Apuli) quasi finitimum *Heine; ulcus fi altius latet, vd. Apul. de mundo 14* ‖ 8 ex (et V) aduersu aduersus R ‖ 11 appellatur ut est A ‖ 15 se A | uocat PR tum PV ‖ 17 ΕΔΥΤΟΝѠC *ω* | *ὥσπερ et ὡς ὁ pars testium* ‖ 2 pulus A ad (apud R) apulos *ω* ‖ 21 ipsos] A ipse *ω* | fuit 22 et asie PRV | appellantur AR¹

[redacted]



eli spirant, rationesque omnium vocabulorum, quoniam lus paulo adbibi, effutissem, nisi multa iam prosus mnibus vobis reticentibus verba fecissem, quasi fieret me ἀκρόασις ἐπιδεικτική. In convivio autem frequenti 26
oqui solum unum neque honestum est' inquit 'neque ommodum.'

Haec nobis Favorinus in eo, quo dixi, tempore 27
apud mensam suam summa cum elegantia verborum otiusque sermonis comitate atque gratia denarravit. Sed, quod ait ventum, qui ex terra Gallia flaret, 'cir- 28
cium' appellari, M. Cato in libris originum *(fr. 93 P.)* eum ventum 'cercium' dicit, non 'circium'. Nam cum de 29
Hispanis scriberet, qui citra Hiberum colunt, verba haec posuit: Set in his regionibus ferrareae, argentifodinae pulcherrimae, mons ex sale mero magnus; quantum demas, tantum adcrescit. Ventus cercius, cum loquare, buccam implet, armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.

Quod supra autem dixi ἐτησίας ex alia atque alia 30
caeli parte flare, haut scio an secutus opinionem multorum temere dixerim. P. enim Nigidii in secundo 31
librorum, quos de vento composuit, verba haec sunt *(fr. 104 Sw.)*: Et ἐτησίαι et austri anniversarii secundo sole flant. Considerandum igitur est, quid sit secundo sole.

## XXIII

Consultatio diiudicatioque locorum facta ex comoedia Menandri et Caecilii, quae Plocium inscripta est.

Comoedias lectitamus nostrorum poetarum 1
sumptas ac versas de Graecis Menandro aut Posidippo aut Apollodoro aut Alexide et quibusdam item aliis comicis. Neque, cum legimus eas, nimium 2

---

2 effus(s)issem ω *corr. Gebhard* effudissem ς || 3 quasi] ς qua R quam PV || 4 ΕΠΙΔΙΚΤΙΔΙCΤΙΚΑ PV *corr.* ς || 7 quod dix V || 16 ador(r)escit PR || 19 dixit — dixerit *Gr.* || 20 an] R aut PV || 28 plogium PV || 30 posidio PV possidonio R *corr. edd. vett.*

—, quae aemulari nequiver
nibus obsolescunt.
4.5 Nuper adeo usus huius rei
Plocium legebamus; hautquaq
6 rant, displicebat. Libitum est M
cium legere, a quo istam com
7 enim postquam in manus Mena
statim, di boni, quantum stupe
tumque mutare a Menandro C
Diomedis hercle arma et Glauc
8 pretio existimata sunt. Accesse
eum locum, in quo maritus sene
atque deformi querebatur, quod
inscito puellam ministerio et facie
actus erat venundare suspectam u
Nihil dicam ego, quantum differ
eximi iussi et aliis ad iudicium
9 Menander sic *(fr. 402 K.)*:

*ἐπ' ἀμφοτέραν ῥῖν' ἡπίκληρ*
*μέλλει καθευδήσειν. κατει*

16 Plin. ep. V 2, 2 25 cfr. Otto, Spri

[redacted]



καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν, ἣν ἐβούλετο,
ἵν' ἀποβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρωβύλης
πρόσωπον ᾖ τ' εὔγνωστος οὖσ' ἐμὴ γυνὴ
δέσποινα. καὶ τὴν ὄψιν, ἣν ἐκτήσατο
ὄνος ἐν πιθήκοις τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
ἐστιν. σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν
πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν. οἴμοι Κρωβύλην
λαβεῖν ἔμ' ἑκκαίδεκα τάλαντα ...
τὴν ῥῖν' ἔχουσαν πηχέως· εἶτ' ἐστὶ τὸ
φρύαγμά πως ὑπόστατον; ⟨μὰ τὸν⟩ Δία
τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου
† τάχιον ἀπαγέσθω δέ τις ἄρ' ἀντεισαγάγοι.

Caecilius autem sic (*v. 142 R.*[3]):

is démum miser est, qui aérumnam suam néscit occultáre
† ferre: íta me uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen índicium.
quae nísi dotem, omnia, quaé nolis, habet: quí sapiet, de mé discet,
qui quási ad hostis captús liber servío salva urbe atque árce.

———

2 ΕΝ V ὡς *Cobet* ‖ 3 ΚΡΩΒΟΥΛΗC V ‖ 4 ΗΤΕΥΝΩΕΤΟC ΥCΛΕΜΕ V *corr. Haupt* ῞ΗΤΟ ΕΥΓΝΩCΤΟC ΕΙΧΕ ΜΕ U *ἡμὴ γ. Sk.* ‖ 5 ἣν *Grot.* ΩΝ V ‖ 6 ΤΟΙΤΟΔΕΤΟΛΕΓΟΜΕΝΟΝΕCΤΙΝ ΔΚΤΟΥΤΟ V *corr. Haupt* ‖ 9 ΕΜΕΚΑΙΔΕΚΑΤΑΛΑΝΤΑΓΕΙΝΕC (ΓΥΝΑΙΚΑ U) ΟΥCΑΝ V *corr. Kock in fine versus 9 φερομένην suppleto* ‖ 11 ΦΡΥΑΓΜΑΕΙΠΩC(ΕΙΚΤΩC V)ΑΝΥΠΟCΤΑΤΟΝ UV *μὰ τὸν add. Grot.* ‖ 13 *καὶ] τοῦ Jacobi* | ΛΟΓΟΙ V *δόμου Ribb.* ‖ 14 ΤΙCΑΡΑΝΤΙC (ΑΡΑΑΝΤΙC U) ΑΓΑΓΟΙ UV *θᾶττον ἀπάγοι τις ἑτέραν ἂν εἰσάγοι Jacobi* ‖ 16 sqq. *metra constituerunt Buecheler apud Ribb. et Sk. apud Pauly-Wiss. III p. 1191* | quia P[1]V nequit ω *corr.* ς nesciat *Ribb.* | occulta re *Lindsay* ‖ 18 foris *Ribb.* occultáre. ⟨Id ego éxperiar, cui maérorem non lícet occulte⟩ ferre. Ita ⟨dé⟩ me *sic anapaestos suppl. Seyffert* ‖ 22 captus libere PV libere captus B *corr.* ς

quae míhi, quidquid placet, éo † privat
me servatum.
dum ⟨ego⟩ éius mortem inhio, égomet
mórtuus inter vívos.
éa me clam se cúm mea ancilla aít co
tum, id me árguit,
íta plorando, orándo, instando atque ó
gando me óbtudit,
eam utí venderém; nunc credo ínter
aequális et cognátas sermoném serit:
'quís vestrarúm fuit íntegra aetátula
quae hóc idem a viro
ímpetrarít suo, quód ego anus modo
efféci, paelice út meum privarém vir
haéc erunt concília hodie, dífferor
móne miser.

11 Praeter venustatem autem rerum atque verb in duobus libris nequaquam parem in hoc equ soleo animum attendere, quod, quae Menander clare et apposite et facete scripsit, ea Caeciliu
12 qua potuit quidem, conatus est enarrare, sed minime probanda praetermisit et alia nescio qu mica inculcavit et illud Menandri de vita hom media sumptum, simplex et verum et delectabil scio quo pacto omisit. Idem enim ille maritus

---

1 *sq. et* 3 *sq. transp. Ribb.* | quaen *Ribb.* | priuau **B** pri it me s. *Thysius* privat, tu vin (privatum it me *Ribb.*) tam velim? *Hertz* privatum me ít eam velim servata privat invitum, ⟨habet⟩ nil servatum *Seyffert* ‖ 3 ego *N* *p. 502, 12 om.* ω ‖ 7 pl. atque orando **B** ‖ 9 illam, *ut tetr* *creticus fiat, Sk.* | uti eam ς | uenumdarem ς | credo ⟨ morata móribus⟩ | inter *Seyffert, qui tum et ipse tetr.* *constituit* ‖ 10 et] atque **B** '*monosyllab. vid.*' *Sk. del.* sermones σ ‖ 11 nostrarum ς ‖ 12 itidem σ ‖ 15 *glyconei* *tur Buechelero, choriambi* (haéc erŭnt còncília hodiè: d sèrmóne misèr) *Sk.* | differar (s. misere) *Ribb.* ‖ 22 qu 24 ueru **BV**

[redacted]



cum altero sene vicino colloquens et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait *(fr. 403 K.)*:

*ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν· οὐκ εἴρηκά σοι*
*τοῦτ'; εἶτ' ἆρ' οὐχί; κυρίαν τῆς οἰκίας*
*καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ † πάντων ἀντ' ἐκείνης*
*ἔχομεν, Ἄπολλον, ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον·*
*ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στίν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,*
*υἱῷ πολὺ μᾶλλον, θυγατρί. — πρᾶγμ' ἄμα-*
*χον λέγεις,*
*εὖ οἶδα.*

Caecilius vero hoc in loco ridiculus magis, quam 13
personae isti, quam tractabat, aptus atque conveniens videri maluit. Sic enim haec corrupit *(v. 158 R.[3])*:

sed túa morosane úxor, quaeso, est? —
quám rogas? —
qui tándem? — taedet méntionis, quáe mihi,
ubí domum adveni, adsédi, extemplo sávium
dat iéiuna anima. — níl peccat de sávio:
ut dévomas, vult, quód foris potáveris.

Quid de illo quoque loco in utraque comoedia po- 14
sito existimari debeat, manifestum est, cuius loci haec
ferme sententia: Filia hominis pauperis in pervigilio 15
vitiata est. Ea res clam patrem fuit, et habebatur 16
pro virgine. Ex eo vitio gravida mensibus exactis 17
parturit. Servus bonae frugi, cum pro foribus domus 18
staret et propinquare partum erili filiae atque omnino vitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum

---

17 Non. IV p. 233, 11

---

3 ΕΛΩ V ‖ 5 ΑΓΡΩΝΚΙ V | ΕΚΕΙΝΕC V | *τῶν πατρῴων ἀντι-*[illegible] *Spengel (ex parte ex ς) πάντων τ' ἐκείνην κτήματων Maehly* 7 ЄCTIN V ‖ 8 ΠΡΑΓΜΑ ΑΜΑΧΟ V ‖ 11 libro R[1] ‖ 15 quam e(r)rogas (me rogas R) *ω* Va! rogas? *Ribb.* ‖ 16 quas qui R quid *Sk.* ‖ 17 ac sedi *ω* adsedit *Nonii H* ‖ 18 ni(c)hil *ω* ‖ 19 evomas *Cobet* f(h)oris putaueris *ω corr.* ς ‖ 24 gr. ⟨decem⟩ s. mensibus ⟨IX⟩ *Hertz*

audit puellae in puerperio enitentis: timet, irasc
19 suspicatur, miseretur, dolet. Hi omnes motus
affectionesque animi in Graeca quidem comoedia
biliter acres et illustres, apud Caecilium autem
istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia v
20 sunt. Post, ubi idem servus percontando, quod
derat, repperit, has aput Menandrum voces
*(fr. 404 K.)*:

*ὢ τρὶς κακοδαίμων, ὅστις ὢν πένης γαμεῖ*
*καὶ παιδοποιεῖ. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ,*
*ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,*
*μήτ', ἂν ἀτυχήσῃ εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου,*
*ἐπαμφιέσαι δύναιτο τοῦτο χρήμασιν,*
*ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ*
*χειμαζόμενος ζῇ τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων*
*τὸ μέρος ἁπάντων, ⟨τῶν δ'⟩ ἀγαθῶν οὐδ*
*μέρος.*
*ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν ἅπαντας νουθετῶ.*

21 Ad horum autem sinceritatem veritatemque verbor
an adspiraverit Caecilius, consideremus. Versus
hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicenti
consarcinantis verba tragici tumoris *(v. 169 R.[3])*:

is demum infórtunatus ést homo,
paupér qui educit ín egestatem líberos,
cuí fortuna et rés ut est continuó patet.
nam opulénto famam fácile occultat fáci

22 Amm. XXVIII 1, 4 26 Non. IV p. 304, 28

3 affectionisque ω 5 ista h(a)ec ω ‖ 9 *γαμεῖ Stob. fl. LXVI* ANHP V ‖ 10 *παιδοποιεῖθ' Stob.* ‖ 12 MHTANATIXHCH V EI TOANATEIXHCH U *μήτ' ἂν ἀτυχήσας Stob.* ‖ *λοιπὰ Stob.* ‖ 13 ЕП ΦIECTAIΔINATO V *corr. Meineke* 14 ENAKAXYΠTΩ V ‖ 16 *δ' Stob. om.* V *οὐδὲν μέρος Zedelius* OYΔINAMENOC V *Stob.* (*οὐδ' ὀνάμενος Mdg.* ‖ 18 AΛEΓΩN V *λέγων Cobet* ‖ 20 adspi verit | A aspirauerat ω ‖ 22 CONSARCIENTIS A ‖ 23 est inf *corr.* σ infortunatust *Spengel* 25 ut est] ω *Seyffert* utut est *Ri* nuda est *Ribb.*[3] ut sit *Sk.* ‖ 26 famem R | facilem ω *corr.* σ

[redacted]



Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecilii seorsum 22 ego, neutiquam videntur ingrata ignavaque, cum autem Graeca comparo et contendo, non puto Caecilium sequi debuisse, quod assequi nequiret.

## XXIV

De vetere parsimonia; deque antiquis legibus sumptuariis.

Parsimonia apud veteres Romanos et victus atque 1 cenarum tenuitas non domestica solum observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione legumque complurium sanctionibus custodita est. Legi 2 adeo nuper in Capitonis Atei coniectaneis *(fr. 5 H. 6 Br.)* senatus decretum vetus C. Fannio et M. Valerio Messalla consulibus factum, in quo iubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est mutua inter sese dominia agitarent, iurare apud consules verbis conceptis non amplius in singulas cenas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosque aeris praeter olus et far et vinum, neque vino alienigena, sed patriae usuros neque argenti in convivio plus pondo quam libras centum inlaturos.

Sed post id senatus consultum lex Fannia lata 3 est, quae ludis Romanis, item ludis plebeis et Saturnalibus et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos aeris insumi concessit decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris autem diebus omnibus denos. Hanc Lucilius poeta legem signifi- 4 cat, cum dicit *(IV 12 M. 836 B.)*:

Fanni centussis misellus.

7 ad totum caput cfr. Macr. III 17 14 XVIII 2, 11 Ov. f. IV 353 sqq. Fast. Praen. April. CIL I p. 316; 390 21 sqq. Athen. VI 108 p. 274[c] Tert. apol. 6

4 assequiret *ω suppl. σ* || 13 ős principes R || 17 se esse *Hertz* esse *Mms.* || 20 quam *del. Gr.* quam libras *del. Mms.* || 28 misellus] A -llos *ω*

5 In quo erraverunt quidam commentarior
Lucilium scriptores, quod putaverunt F
lege perpetuos in omne dierum genus centenos
6 statutos. Centum enim aeris Fannius constituit,
supra dixi, festis quibusdam diebus eosque ipse
nominavit, aliorum autem dierum omnium in si
dies sumptum inclusit intra aeris alias tricenos,
denos.

7 Lex deinde Licinia rogata est, quae cum
diebus, sicuti Fannia, centenos aeris inpendi
sisset, nuptiis ducenos indulsit ceterisque diebus
aeris tricenos; cum et carnis aridae et salsamenti
pondera in singulos dies constituisset, quidquid
natum e terra, vite, arbore, promisce atque ind
8 largita est. Huius legis Laevius poeta memi
9 Erotopaegniis. Verba Laevii haec sunt,
significat haedum, qui ad epulas fuerat adlatus,
sum cenamque ita, ut lex Licinia sanxisset,
oleribusque instructam *(fr. 23 B.)*:

lex Licinia inquit introducitur,
lux liquida haedo redditur.

10 Lucilius quoque legis istius meminit in his *(IV 13 M. 837 B.)*:

legem vitemus Licini.

11 Postea L. Sulla dictator, cum legibus isti
atque senio oblitteratis plerique in patrimoniis
elluarentur et familiam pecuniamque suam prand
⟨conviviorum⟩que gurgitibus proluissent, legem

9 sqq. Macr. l. l. Athen. l. l. Paul. p. 54, 2 25 sqq. XVI 5, 1 28 Amm. XXII 4, 5

7 sumptum] A sum(p)tus ω || 10 SICVM A || 11 NVI nuptus PR || 12 aridae] ς *Macr.* autem ω || 13 constituisset] stituit sed ω || 14 natum] ς *Macr.* tamen ω | promisceat (-sceta q̃ V) ω || 15 lelius ω *corr. Scal.* || 16 l(a)elii ω || 1 tus P || 26 plerisque ω || 28 conviviorum *add. Hertz* cenarum

[redacted]



ulum tulit, qua cautum est, ut Kalendis, Idibus, Nonis diebusque ludorum et feriis quibusdam sollemnibus sestertios trecenos in cenam insumere ius potestasque esset, ceteris autem diebus omnibus non amplius tricenos.

Praeter has leges Aemiliam quoque legem in- 12
venimus, qua lege non sumptus cenarum, sed ciborum genus et modus praefinitus est.

Lex deinde Antia praeter sumptum aeris id etiam 13
sanxit, ut qui magistratus esset magistratumve capturus esset, ne quo ad cenam, nisi ad certas personas, itaret.

Postrema lex Iulia ad populum pervenit Caesare 14
Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibusdam festis trecenti, nuptiis autem et repotiis sestertii mille.

Esse etiam dicit Capito Ateius *(fr. 6 H. 7 Br.)* 15
edictum — divine Augusti an Tiberii Caesaris non satis commemini —, quo edicto per dierum varias sollemnitates a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sumptus cenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriae efferverscentis aestus coerceretur.

## XXV

Quid Graeci *ἀναλογίαν*, quid contra *ἀνωμαλίαν* vocent.

In Latino sermone, sicut in Graeco, alii *ἀναλογίαν* 1
sequendam putaverunt, alii *ἀνωμαλίαν*. *'Αναλογία* 2

---

26 sqq. XV 9, 4 Varro l. l. VIII 9, 23; 38, 67 X 1, 2; 3, 37; 4, 74 sqq. Cic. Tim. 4 Quint. I 6, 3 Mart. Cap. III 289 VII 794 GLK I 116, 30; 384, 15; 456, 5 IV 47, 22; 485, 15 V 47, 13; 197 22; 163, 19; 539, 22 VI 275, 16 VII 12, 7 Isid. I 27, 1 CGL II 162, 18; 109, 35 III 207, 14; 509, 54 IV 18, 37; 45 VII 146

---

3 tricenos ω *corr. Hotomanus* || 5 ternos σ || 9 ancia ω || 12 postremo V || 15 repotii (-tu V) PV repni R || 16 milies esse. Etiam ω *corr. Budaeus* || 18 diuine Augusti] ς diuine rue (ruę V) AVG. (*ras.* R) ω diuine nerue augusti ς div. vero *Sk.* || 20 sestertia] ff ω

est similium similis declinatio, quam quidam L
3 'proportionem' vocant. 'Ανωμαλία est inaequ
4 declinationum consuetudinem sequens. Duo a
Graeci grammatici illustres Aristarchus et Cr
summa ope, ille *ἀναλογίαν*, hic *ἀνωμαλίαν* defensi
5 M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua
tina octavus *(p. LIV Sp.)* nullam esse observati
similium docet inque omnibus paene verbis consu
6 nem dominari ostendit: Sicuti cum dicimus i
'lupus lupi', 'probus probi' et 'lepus lep
item 'paro paravi' et 'lavo lavi', 'pungo pup
7 'tundo tutudi' et 'pingo pinxi'. Cumque i
a 'ceno' et 'prandeo' et 'poto' et 'cenatus s
et 'pransus sum' et 'potus sum' dicamus, a
stringor' tamen et 'extergeor' et 'lavor'
8 strinxi' et 'extersi' et 'lavi' dicimus. Item c
dicamus ab 'Osco', 'Tusco', 'Graeco' 'Os
'Tusce', 'Graece', a 'Gallo' tamen et 'Mau
'Gallice' et 'Maurice' dicimus; item a 'prob
'probe', a 'doctus' 'docte', sed a 'rarus' non di
tur 'rare', sed alii 'raro' dicunt, alii 'rarent
9 Inde M. Varro in eodem libro: 'Sentior' in
nemo dicit et id per se nihil est, 'adsenti
tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus 'a
sentio' in senatu dicebat et eum postea mu
secuti, neque tamen vincere consuetudin
10 potuerunt. Sed idem Varro in aliis libris mu

4 Varro l. l. VIII 34, 63 sqq. IX 1, 1 al. 9 sq. Va
l. l. VIII 38, 68 13 GLK I 262, 15; 402, 6 II 483, 23; 512,
565, 27; 573, 21 III 154, 12 V 72, 4 Anecd. H. 255, 23 15 Va
l. l. IX 61, 106 20 sq. GLK I 217, 14 V 517, 12 Anecd.
54, 7 Non. II p. 164, 21 XI p. 515, 24 CGL VII 183 22 s
GLK I 381, 23 II 399, 12; 435, 10; 436, 3 IV 383, 19 V 233,
369, 14 24 Quint. I 5, 13 (IX 3, 7) Non. VI p. 469, 18

1 quidem R || 11 laui] R et laui PV || 15 labor ω || 20 a bi
*om.* ω || 21 rariter R || 22 Inde mauro ω EODEMVARRO A Id
M. *Sk.*

[redacted]



αλογίᾳ tuenda scribsit. Sunt igitur ii tamquam 11
idam communes contra ἀναλογίαν dicere et item
ι pro ἀναλογίᾳ.

## XXVI

**ɛs M. Frontonis et Favorini philosophi de generibus
ım vocabulisque eorum Graecis et Latinis; atque inibi
spadix cuiusmodi sit.**

vorinus philosophus, cum ad M. Frontonem 1
ɪrem pedibus aegrum visum iret, voluit me quo-
d eum secum ire. Ac deinde, cum ibi aput 2
onem plerisque viris doctis praesentibus ser-
de coloribus vocabulisque eorum agitarentur,
multiplex colorum facies, appellationes autem
e et exiguae forent, 'plura' inquit 'sunt' Favo- 3
'in sensibus oculorum quam in verbis vocibus-
ɔlorum discrimina. Nam ut alias eorum incon- 4
.tes omittamus, simplices isti rufus et viridis
ı singula quidem vocabula, multas autem species
ntis habent. Atque eam vocum inopiam in 5
magis Latina video, quam in Graeca. Quippe
ıfus' color, a rubore quidem appellatus est, sed
.liter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum,
crocum, ⟨aliter aurum,⟩ has singulas rufi varie-
.atina oratio singulis propriisque vocabulis non
strat omniaque ista significat una 'ruboris' appel-
, cum ex ipsis rebus vocabula colorum mutuatur
ıeum' aliquid dicit et 'flammeum' et 'sanguineum'
ɔceum' et 'ostrinum' et 'aureum'. 'Russus' enim 6
et 'ruber' † nihil a vocabulo 'rufi' dicuntur neque

scribit PV | i RV *om.* P ‖ 3 rursus PRV ‖ 5 Sermonem ω ‖
XIRET A uisere ω ‖ 12 que] A *om.* ω ‖ 14 ptaq; R ‖ 16 con-
tes ω *corr. Mms.* ‖ 17 rufi ς | uiridis] TY uiridi ω ‖ 23 *suppl.*
*post* cum *lacunam ind. Hertz* quin *Mms.* ⟨nisi⟩ cum *Sk.* |
ur σ ‖ 28 russus *Carrio* rufus ω ‖ 29 ruber] P (?) rubor ω |
*rruptum puto,* nimirum *tentavi; ceteri in* dicuntur (dicunt ς)
*nt, pro quo* differunt σ diducunt *Otho* divertunt *Baehrens*
dicuntur *Hertz; sed vd. VI 9 lemm. VII 5, 4; 5*

'imus, quin lingua Graeca, q
prolixior fusiorque sit quam r
coloribus, quibus modo dixisti, d
8 inopes sumus, ut tibi videmur
sola vocabula rufum colorem
modo dixisti, 'russus' et 'rube
bemus plura, quam quae dict
'fulvus' enim et 'flavus' et 'rul
'rutilus' et 'luteus' et 'spadix'
coloris aut acuentes eum quasi
colore viridi miscentes aut nig
9 renti sensim albo illuminantes. I
tu Graece *φοίνικα* dixisti, et
poenicei *συνώνυμος*, qui factu
est, exuberantiam splendoremqu
quales sunt fructus palmae ar
10 sole incocti, unde spadici et poen
*δικα* enim Dorici vocant avulsu
11 cum fructu. 'Fulvus' autem v
viridi mixtus in aliis plus virid
habere. Sic poeta verborum dil

[redacted]



*XI 751)* fulvam aquilam dicit et *(IV 261)* iaspidem, *(VII 688)* fulvos galeros et *(VII 279 al.)* fulvum aurum et *(V 374 al.)* arenam fulvam et *(II 722 al.)* fulvum leonem, sicque Ennius in annalibus 12 *(fr. 495 M. 308 B.)* aere fulvo dixit. 'Flavus' contra videtur e viridi et rufo et albo concretus: sic *(IV 590)* flaventes comae et, quod mirari quosdam video, frondes olearum a Vergilio *(V 309)* flavae dicuntur, 13 sic multo ante Pacuvius *(v. 244 R.³)* aquam flavam dixit et fulvum pulverem. Cuius versus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini:

cédo tuum pedém ⟨mi⟩, lymphis flávis fulvum ut púlverem
mánibus isdem, quíbus Vlixi sáepe permulsi, ábluam
lássitudinémque minuam mánuum mollitúdine.

'Rubidus' autem est rufus atrior et nigrore multo 14 inustus, 'luteus' contra rufus color est dilutior; inde 15 ei nomen quoque esse factum videtur. Non igitur,' 16 inquit 'mi Favorine, species rufi coloris plures aput Graecos, quam aput nos nominantur. Sed ne viridis 17 quidem color pluribus a vobis vocabulis dicitur, neque 18 non potuit Vergilius *(g. III 82)* colorem equi significare viridem volens caerulum magis dicere ecum quam glaucum, sed maluit verbo uti notiore Graeco, quam

5 CGL VI 456 (Serv. A. IV 261 V 309) 19 (Serv. A. VII 26 Non. XVII p. 549, 18 Isid. XVIII 41, 2 XIX 28, 8 CGL VI 663) 26 sqq. Serv. g. III 82 al. Cic. nat. d. I 30, 83 Donat. Ter. hec. III 4, 26 CGL VI 163; 164; 495

1 etiam spidem ω ‖ 4 sic Q. σ ‖ 5 fulva *Gell. XIII 21, 14* ‖ 6 ex ς et V ‖ 9 multos ω ‖ 12 tuum *Fleckeisen* tum ω tamen ς | mi *add. Peerlkamp* | fuluum] A fauum ω flauum ς ‖ 14 permulsis ω ‖ 16 manum ω ‖ 18 est] A et ω | atrore σ | nigriore A ‖ 19 iniustus A immistus *Otho* | DELVTIOR A dilucio (-tio B) ω | indei A unde ei ω ‖ 25 caerulum] A -leum ω

[redacted]



19 inusitato Latino. Nostris autem veteribus 'caesia' dicta est, quae a Graecis γλαυκῶπις, ut Nigidius *(fr. 72 Sw.)* ait, de colore caeli quasi caelia.'

20 Postquam haec Fronto dixit, tum Favorinus scientiam rerum uberem verborumque eius elegantiam exosculatus: 'absque te' inquit 'uno forsitan lingua profecto Graeca longe anteisset; sed tu, mi Fronto, quod in versu Homerico *(Il. XXIII 382)* est, id facis:

21 *καί νύ κεν ἢ παρέλασσας ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας.* Sed cum omnia libens audivi, quae peritissime dixisti, tum maxime, quod varietatem flavi coloris enarrasti fecistique, ut intellegerem verba illa ex annali quarto decimo Ennii amoenissima, quae minime intellegebam *(409 M. 258 B.)*:

verrunt extemplo placidum mare marmore flavo,
caeruleum spumat mare conferta rate pulsum;

22 non enim videbatur caeruleum mare cum marmore
23 flavo convenire. Sed cum sit, ita ut dixisti, flavus color e viridi et albo mixtus, pulcherrime prorsus spumas virentis maris 'flavom marmor' appellavit.'

## XXVII

Quid T. Castricius existimarit super Sallustii verbis et Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

1 Verba sunt haec gravia atque illustria de rege Philippo Demosthenis *(de cor. 67)*: *'Εώρων δ' αὐτὸν* <*τὸν*> *Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγών, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅ τι βουληθείη μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον*

---

1 caetia (-cia V) PRV || 15 placide ω *corr. Parrhasius* || 17 mare sale *Prisc.* || 20 colore ω || 21 flauo ω || 25 rege atque ph. ω *corr.* || 27 τὸν *Dem. om.* V *qui* ΟΥΤΟΝ || 29 ΚΛΕΙΑΝ V || 31 ΠΡΟΕΙΜΕΝΟΝ

[redacted]



ὥστε τῷ λοιπῷ μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. Haec 2 aemulari volens Sallustius de Sertorio duce in historiis ita scribsit *(fr. I 88 M.)*: Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio imperante, magno usui bello Marsico paratu militum et armorum fuit, multaque tum ductu eius ⟨iussu⟩que patrata primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celata sunt, quae vivus facie sua ostentabat aliquot adversis cicatricibus et effosso oculo. Quin ille dehonestamento corporis maxime laetabatur neque illis anxius, quia reliqua gloriosius retinebat.'

De utriusque his verbis T. Castricius cum iudi- 3 caret, 'nonne' inquit 'ultra naturae humanae modum est dehonestamento corporis laetari? siquidem laetitia dicitur exultatio quaedam animi gaudio efferventior eventu rerum expetitarum. Quanto illud sinceriusque 4 et humanis magis condicionibus conveniens: πᾶν ὅ τι ἂν βουληθείη μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον. Quibus verbis' inquit 5 'ostenditur Philippus non, ut Sertorius, corporis dehonestamento laetus, quod est' inquit 'insolens et inmodicum, sed prae studio laudis et honoris iacturarum

---

3 sqq. Plut. Sert. 4 10 Tac. h. IV 13

---

3 trib. mil.] A tribus milibus ω || 4 T. *om.* A || 5 usui] A usi ω 7 iussu *add. Hertz* manu *Linker* | patrata *Dietsch* rapta ω parta *Hertz* eius peracta *Maehly* coerata *Carrio* || 8 celebrata ω *corr. Ciacconi* incelebrata *JGr.; an* obumbrata *s.* oblitterata? | 9 faciem suam ω *corr. Carrio* (*qui* eminus f.) || 10 quin *Dietsch* (illo; quid ω || 12 neque i. anxius *ante* quin *posuit Maurenbrecher* || 14 titus ω || 16 letaris quid sit leticia (leticun/// V letari ex leticuri B)? ω *corr.* σ || 18 euentum ω | *an* sincerius ⟨simplicius⟩que *s.* ⟨verius⟩que? *cfr. 23, 21 III 19, 5* || 19 conditionibus *Gr.* communibus ω comm. ⟨sensibus⟩ *Hertz* rationibus *Carrio* || 24 sed] est A

damnorumque corporis contemptor, qui singulos art suos fortunae prodigendos daret quaestu atque co pendio gloriarum.'

## XXVIII

**Non esse compertum, cui deo rem divinam fieri oporteat, c terra movet.**

1 Quaenam esse causa videatur, quamobrem terr tremores fiant, non modo his communibus homin sensibus opinionibusque compertum, sed ne inter ph sicas quidem philosophias satis constitit, ventorum vi accidant specus hiatusque terrae subeuntium a aquarum subter in terrarum cavis undantium pulsib fluctibusque, ita uti videntur existimasse antiquissim Graecorum, qui Neptunum σεισίχθονα appellaveru an cuius aliae rei causa alteriusve dei vi ac numin nondum etiam, sicuti diximus, pro certo creditu
2 Propterea veteres Romani cum in omnibus aliis vit officiis tum in constituendis religionibus atque in d inmortalibus animadvertendis castissimi cautissimiqu ubi terram movisse senserant nuntiatumve erat, feri eius rei causa edicto imperabant, sed dei nomen, i uti solet, cui servari ferias oporteret, statuere et ed cere quiescebant, ne alium pro alio nominando fal
3 religione populum alligarent. Eas ferias si quis p luisset piaculoque ob hanc rem opus esset, hostia 'si deo, si deae' immolabant, idque ita ex decreto pon ficum observatum esse M. Varro dicit *(fr. 1 p. CLIII M*

---

7 sqq. Suet. fr. 159 R. Serv. g. II 479 Amm. XVII 7, 9 14 Amm. l. l. 12 Sen. n. q. VI (5 sqq.;) 23, 4 26 (Cato r. r. 1 Macr. III 9, 7 CIL I 194; 632; 1114)

---

2 prodig.] A producendos ω || 3 gl.] A atque gloriarum ( 8 tremores] A mores ω || 9 incomp. *Sk.* || 10 ueniorumne PV u norumne R || 11 accidant] A accidat ω | 12 aq.] A aptarum aq. subterranearum in c. *Veen* | pulsibusque ω | 21 causa di impetrabat ω *corr.* ς || 25 remotus ω *corr. Lipsius*

[redacted]



…niam, et qua vi et per quem deorum dearumve terra
…eret, incertum esset.

Sed de lunae solisque defectionibus non minus in 4
…ius rei causa reperienda sese exercuerunt. Quippe 5
… Cato, vir in cognoscendis rebus multi studii, in-
…rta tamen et incuriose super ea re opinatus est.
…rba Catonis ex originum quarto haec sunt 6
…77 *P.)*: Non lubet scribere, quod in tabula
…ud pontificem maximum est, quotiens annona
…ra, quotiens lunae aut solis lumine caligo aut
…id obstiterit. Vsque adeo parvi fecit rationes 7
…s solis et lunae deficientium vel scire vel dicere.

## XXIX

Apologus Aesopi Phrygis memoratu non inutilis.

Aesopus ille e Phrygia fabulator haut inmerito 1
sapiens existimatus est, cum, quae utilia monitu sua-
suque erant, non severe neque imperiose praecipit et
censuit, ut philosophis mos est, sed festivos delecta-
bilesque apologos commentus res salubriter ac pro-
spicienter animadversas in mentes animosque hominum
cum audiendi quadam inlecebra induit. Velut haec 2
eius fabula de aviculae nidulo lepide atque iucunde
promonet spem fiduciamque rerum, quas efficere quis
possit, haut umquam in alio, set in semetipso haben-
dam. 'Avicula' inquit 'est parva, nomen est cassita. 3
Habitat nidulaturque in segetibus id ferme temporis, 4
ut appetat messis pullis iam iam plumantibus. Ea 5
cassita in sementes forte congesserat tempestiviores;
propterea frumentis flavescentibus pulli etiam tunc in-

15 sqq. Aesop. 210 H. = Babr. 88 Avian. 21

3 minus ⟨inprospere⟩ *Hertz* ‖ 8 iubet P lubeis V ‖ 11 ⟨aliut⟩ quid *Teuffel* ‖ 19 commementus PV ‖ 21 indit *Mms.* ‖ 23 praemonet *s* ‖ 24 alios et (sed R) *ω* | semetipsos V ‖ 28 concesserat *ω* *corr.* *Titius* ‖ 29 flauen*tibus P*

6 volucres erant. Dum igitur ipsa iret ci
quaesitum, monet eos, ut, si quid ibi rei
diceretur ve, animadverterent idque uti sibi,
7 nuntiarent. Dominus postea segetum ill
adulescentem vocat et 'videsne' inquit 'ha
isse et manus iam postulare? idcirco die
primum diluculabit, fac amicos eas et ro
operamque mutuam dent et messim han
8 iuvent'. Haec ubi ille dixit, et discessit.
redit cassita, pulli tremibundi, trepiduli cir
orareque matrem, ut iam statim properet
locum sese asportet: 'nam dominus' inqu
qui amicos roget, uti luce oriente veniant
9 Mater iubet eos otioso animo esse: 'si eni
inquit 'messim ad amicos reicit, crastino
metetur neque necessum est, hodie uti v
10 Die, inquit, postero mater in pabulum v
nus, quos rogaverat, opperitur. Sol fervit,
11 it dies, et amici nulli eunt. Tum ille rursu
'amici isti magnam partem' inquit 'cess
Quin potius imus et cognatos adfinesque
mus, ut assint cras temperi ad metendu
12 hoc pulli pavefacti matri nuntiant. Mater
tum quoque sine metu ac sine cura sin
adfinesque nullos ferme tam esse obsequi
ad laborem capessendum nihil cunctentu
dicto oboediant: 'vos modo' inquit 'advert
13 quid denuo dicetur'. Alia luce orta avis
profecta est. Cognati et adfines operam,
14 rogati sunt, supersederunt. Ad postremum

1 Cum **RV** ¦ pusillis **V** ‖ 3 cum rediret **R** ‖
7 adeas ς eas ut *Goldbacher* ‖ 9 et *om.* ς ‖ 10 tre
13 metiant **A** *sic saepius* ‖ 14 ot. an.] **A** animo
ociosos **VR** ‖ 16 necessum] **A** -esse ω ‖ 17 inquit
19 it *Gr.* et ω ‖ eunt] **A** erant ω ‖ 21 adfines amicos
*del. Hertz* adf. vicinosque ς ‖ 27 modo *alt. del. LMue*
opera (*s.* -rae) *cfr. X 14, 1*

[redacted]



raleant' inquit 'amici cum propinquis. Afferes i falces duas; unam egomet mihi et tu tibi ram, et frumentum nosmetipsi manibus nostris aus'. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater 15 empus' inquit 'est cedendi et abeundi; fiet o procul, quod futurum dixit. In ipso enim ur, cuia res est, non in alio, unde petitur'. cassita nidum migravit, seges a domino de- 16 ,

quidem est Aesopi fabula de amicorum et 17 rum levi plerumque et inani fiducia. Sed 18 . sanctiores libri philosophorum monent, in nobis tantum ipsis nitamur, alia autem 19 ae extra nos extraque nostrum animum sunt, › nostris neque pro nobis ducamus? Hunc 20 ,pologum Q. Ennius in satiris *(fr. 82 M.* cite admodum et venuste versibus quadratis . Quorum duo postremi isti sunt, quos habere memoriae operae pretium esse hercle puto:

it tibi árgumentum sémper in promptú situm:
id expectés amicos, quód tute agere póssies.

## XXX

vatum sit in undarum motibus, quae in mari alio o modo fiunt austris flantibus aquilonibusque.

aepenumero in undarum motu, quas aquilones 1 que ex eadem caeli regione aer fluit, faciunt ri austri atque africi. Nam fluctus, qui flante 2

. :Theophr. de vent. (V) 6, 35 Plin. II 47, 128)

ıo luci] P prima luce ω ‖ 7 non aliunde TY ‖ 13 uti | 15 pro bonis *Vogel* ‖ 16 Q.] qu(a)e ω ‖ 20 hec P¹V ; r prom(p)tum ω ‖ 22 neq; exsp. R | tu agere possis ω r. ag. tu quod possies *LMueller* ‖ 29 *hoc loco hiatum ms.*

...ex altiore c
incidentes deorsum in aquarum pro
cipites deferuntur undasque faciunt
pulsas, sed imitus commotas, quae
volvuntur, dum illius infusi desuper
5 Austri vero et africi ad meridianum
et ad partem axis infimam depressi
miles per suprema aequoris euntes
fluctus quam eruunt, et idcirco non d
propulsae in adversum aquae etiam
6 retinent aliquantisper de pristino pul
autem ipsum, quod dicimus, ex illis q
cis versibus, si quis non incuriose
7 lari potest. Nam de austri flatibus
*III 295)*:

*ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαι*

8 contra autem de borea, quem 'aquilo
lamus, alio dicit modo *(Od. V 296)*:

*καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κ*

9 Ab aquilonibus enim, qui alti supernio
excitatos quasi per prona volvi dicit

[redacted]



sum atque subici. Id enim significat verbum ὤθει, 10
ut alio in loco *(Od. XI 596)*:

λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Id quoque a peritissimis rerum philosophis obser- 11
tum est austris spirantibus mare fieri glaucum et
ruleum, aquilonibus obscurius atriusque. Cuius rei
usam, cum Aristotelis libros problematorum
(XVI 37) praecerperemus, notavi.

---

1 rursum σ rursum ω || 3 ΩΘΕΚΕ ΟΠΘΙ ΥΟΛΟΝ V || 8 praet-
perremus R

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER TERTIVS

## I

**Quaesitum atque tractatum, quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem, sed corpus quoque ipsum effeminare.**

1 Hieme iam decedente apud balneas Titias in area
subcalido sole cum Favorino philosopho ambulaba-
mus, atque ibi inter ambulandum legebatur Catilina
Sallustii, quem in manu amici conspectum legi ius-
2 serat. Cumque haec verba ex eo libro *(XI 3)* lecta
essent: Avaritia pecuniae studium habet, quam
nemo sapiens concupivit; ea quasi venenis
malis inbuta corpus animumque virilem effe-
minat, semper infinita et insatiabilis est, neque
3 copia neque inopia minuitur, tum Favorinus me
aspiciens 'quo' inquit 'pacto corpus hominis avaritia
effeminat? quid enim istuc sit, quod animum virilem ab
ea effeminari dixit, videor ferme assequi; set quonam
modo corpus quoque hominis effeminet, nondum re-
4 perio.' 'Et ego' inquam 'longe iamdiu in eo ipse

---

11 Non. XII p. 521, 16

---

5 stitias (-cias **PV**) ω *corr. Lipsius* ‖ 10 & pecunia & **P** ‖ 13 et *om. codd. Sall.* ‖ 17 set *om.* **R** ‖ 19 Et *om.* **R** | longe diu nec ipse q. fuit **R**

[redacted]



quaerendo fui ac, nisi tu occupasses, ultro te hoc
rogassem.'
Vix ego haec dixeram cunctabundus, atque inibi 5
quispiam de sectatoribus Favorini, qui videbatur esse
in litteris veterator, 'Valerium' inquit 'Probum
audivi haec dicere usum esse Sallustium circumlocu-
tione quadam poetica et, cum dicere vellet hominem
avaritia corrumpi, corpus et animum dixisse, quae
duae res hominem demonstrarent; namque homo ex
anima et corpore est.' 'Numquam,' inquit Favorinus 6
'quod equidem scio, tam inportuna tamque audaci ar-
gutia fuit noster Probus, ut Sallustium, vel sub-
tilissimum brevitatis artificem, periphrasis poetarum
facere diceret.'
Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo 7
quispiam sane doctus. Is quoque a Favorino roga- 8
tus, ecquid haberet super ea re dicere, huiuscemodi
verbis usus est: 'Quorum' inquit 'avaritia mentem 9
tenuit et corrupit quique sese quaerundae undique
pecuniae dediderunt, eos plerosque tali genere vitae
occupatos videmus, ut sicuti alia in his omnia prae
pecunia, ita labor quoque virilis exercendique corporis
studium relictui sit. Negotiis enim se plerumque um- 10
braticis et sellulariis quaestibus intentos habent, in
quibus omnis eorum vigor animi corporisque elan-
guescit et, quod Sallustius ait, 'effeminatur'.'
Tum Favorinus legi denuo verba eadem Sallu- 11
stii iubet atque, ubi lecta sunt, 'quid igitur' inquit
'dicimus, quod multos videre est pecuniae cupidos et
eosdem tamen corpore esse vegeto ac valenti?' Tum 12
ille ita respondit: 'Respondes non hercle inscite. Quis-

11 Amm. XXIV 7, 1    19; 23 sq. Amm. XXX 4, 15; 20

1 nisi si V ‖ 4 fauor iniqui ω ‖ 17 eo quid haret ω *corr.* σ ‖ diceret ω *corr.* ς ‖ 18 auaritiam tenuit (ienuit V -tia intenuit R) ω *suppl.* *Dziatzko* Quos .. minuit ς iniuit *Gebhard* ‖ 19 qu(a)erunda und. (und. *om.* P) pec(c)unia ω *corr.* *Hertz* (*Gr.*) ‖ 31 respondis ω

... neque animi cura adsit, dici potest effeminando esse et a... 14 neque sese neque aliud curent, n... Favorinus: 'aut hoc,' inquit 'qu... est, aut Sallustius odio avaritia... eam criminatus est.'

## II

Quemnam esse natalem diem M. Varro ... horam sextam postve eam nati sunt; ... ribus terminisque dierum, qui civiles ... quaque gentium varie observantur; ... Mucius scripserit super ea muliere, qu... se usurpavisset, quod rationem civilis ...

1 Quaeri solitum est, qui noctis h... sive qua alia nati sunt, uter dies nat... rique debeat, isne, quem nox ea co...
2 dies noctem consecutus est. M. V... rum humanarum, quem de diel... *fr. 2 Mi.)*: homines, inquit qui in... ad proximam mediam nocte... viginti quattuor nati sunt, u...

cuntur. Quibus verbis ita videtur dierum observatio- 3
nem divisisse, ut qui post solem occasum ante mediam
noctem natus sit, is ei dies natalis sit, a quo die ea
nox coeperit; contra vero, qui in sex noctis horis
posterioribus nascatur, eo die videri natum, qui post
eam noctem diluxerit.
Athenienses autem aliter observare idem Varro in 4
eodem libro *(XIII fr. 3 Mi.)* scripsit eosque a sole
occaso ad solem iterum occidentem omne id medium
tempus unum diem esse dicere. Babylonios porro 5
aliter; a sole enim exorto ad exortum eiusdem incipien-
tem totum id spatium unius diei nomine appellare;
multos vero in terra Vmbria unum et eundem diem 6
esse dicere a meridie ad insequentem meridiem; quod
quidem inquit nimis absurdum est. Nam qui
Kalendis hora sexta apud Vmbros natus est,
dies eius natalis videri debebit et Kalendarum
dimidiarum et qui est post Kalendas dies ante
horam eius diei sextam.
Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, 7
dies singulos adnumerare a media nocte ad mediam
proximam multis argumentis ostenditur. Sacra sunt 8
Romana partim diurna, alia nocturna; sed ea, quae
inter noctem fiunt, diebus addicuntur, non noctibus;
quae igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die 9
fieri dicuntur, qui proximus eam noctem inlucescit.
Ad hoc ritus quoque et mos auspicandi eandem esse 10
observationem docet: nam magistratus, quando uno
die eis auspicandum est et id, super quo auspicaverunt,

7 sqq. Serv. A. V 738 (Gellio nominato) Plin. II 77, 188 Suet. fr. 118 R. Censorin. XXIII 3 sqq. Isid. V 30, 4 Lydus mens. II 1 (2) Beda de die 3 (Mign. 90, 279; 313) 20 sqq. l. l. Serv. A. VI 255 X 216 (Plut. quaest. Rom. 84) Dig. II 12, 8

5 nascitur R *Macr.* | videatur natus *Macr.* | postea PV || 12 die in homine PV || 18 dimidiatus *Macr.* dimidium *Sk.* || 19 eiusdem *ς* || 24 abdicuntur P || 26 lucescit R

... parte aliqua illius in urbe

12 ⟨Q.⟩ quoque Mucium iureco
*civ. IV 2 Br.)* dicere solitum legi
mulierem, quae, cum Kalendis I
matrimonii causa esse coepisset, an
13 Ianuarias sequentes usurpatum is
impleri trinoctium, quod abesse a
ex duodecim tabulis *(VI 4)* deb
noctis posterioris sex horae alteri
inciperet ex Kalendis.

14 Ista autem omnia de dierum te
ad observationem disciplinamque
nentia cum in libris veterum in
bitabamus, quin Vergilius quoqu
derit, non exposite atque aperte,
decuit poeticas res agentem, recond
veteris ritus significatione *(A. V 73*

15 torquet inquit medios nox
et me saevus equis oriens af

---

3 sqq. XIII 12, 9 Dion. Hal. VIII 87
9 sqq. Gai. I 111 21 sqq. Serv. A. V

---

1 ⟨cum⟩ post ...

His enim versibus oblique, sicuti dixi, admonere voluit 16
diem, quem Romani 'civilem' appellaverunt, a sexta noctis hora oriri.

## III

**De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisce verae atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque inibi, quod Plautus et Naevius in carcere fabulas scriptitarint.**

Verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos 1
homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque contente lectitarunt, non indicibus Aelii *(p. 36, 16 Me.)* nec Sedigiti nec Claudii nec Aurelii nec Accii nec Manilii super his fabulis, quae dicuntur 'ambiguae', crediturum, sed ipsi Plauto moribusque ingeni atque linguae eius. Hac enim iudicii norma 2
Varronem quoque usum videmus. Nam praeter illas 3
unam et viginti, quae 'Varronianae' vocantur, quas idcirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosae non erant, set consensu omnium Plauti esse censebantur, quasdam item alias probavit adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicuti istam, quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia.
Nam cum in illis una et viginti non sit et esse Aquili 4
dicatur, nihil tamen Varro dubitavit, quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos ex ea fabula versus cognoverit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. Parasitus ibi esuriens haec dicit *(Plauti* 5
*fr. v. 21 G. Aquil. v. 1 R.*[3]*)*:

15 sqq. Macr. II 1, 11

7 plautus in pistrinum (pistrino *σ*) ς | scriptitarent P || 10 lectitarit *Gr.* || 11 sedigitii (-cii PV) *ω* || 13 creditorum *ω* *corr. Gr.* credituros ς || 19 probabit *ω* || 23 Atilii *Popma* || 26 siue hos *ω* *corr. σ* || 27 ipsius *Scioppius* illis *Mdg.* | Plauti om. *σ*

[redacted]



ut illúm di perdant, prímus qui horas répperit,
quique ádeo primus státuit hic solárium!
qui míhi comminuit mísero articulatím diem.
nam † me puero vénter erat solárium
multo ómnium istorum óptimum et veríssimum:
ubivís monebat ésse, nisi cum níhil erat.
nunc étiam quod est, non éstur, nisi solí libet;
itaque ádeo oppletum est óppidum soláriis,
maiór pars populi ⟨iam⟩ áridi reptánt fame.

6 Favorinus quoque noster, cum Nervulariam Plauti legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia versum hunc *(v. 100 G.)*:

scrattáe, scrupedae, stríttivillae sórdidae,

delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium: 'vel unus hercle' inquit 'hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse'.

7 Nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus Fretum — nomen est id comoediae, quam Plauti esse quidam non putant —, haut quicquam dubitavimus, quin ea Plauti foret, et omnium quidem maxime

5 sqq. Amm. XXIII 6, 77 15 Non. II p. 169, 9 Varro l. l. VII 3, 65

5 ⟨unum⟩ me *Hertz* ⟨olim⟩ me *Ritschl* puerulo *Btl.* | ueter erat **RV** ueteterat **P** ‖ 8 ubi iste ω *corr. Ribb.* ubi is te m. esses *Leo* ubiubi iste σ usque is *Goetz* iuste *Buecheler, versum excidisse putat CFWMueller* | quom nil *vulgo* ‖ 9 quid **R** quom *Bothe* | estur σ est ω ‖ 10 iam oppl. ω *vd. v. 11* iam oppl. opp. est *Hermann* ‖ 11 popli pars *Bothe* | iam *add. Hertz, ex v. 10 huc traxit Fleckeisen* at *add. Seyffert* ⟨ut⟩ a. reptent *Ritschl* | arida *Hertz ex Amm. XIX 8, 8* ‖ 15 sacrate **V** | scrupipedae *COMueller* | tantulae *Varro* ‖ 16 facetia ω *corr.* ς ‖ 20 ipse ω | Feretrum *Ritschl*

genuina. Ex qua duo hos versus exscripsimus, ut 8
historiam quaereremus oraculi Arretini *(v. 76 G.)*:

nunc íllud est, quod † Arretini responsum
ludis magnis dicitur:
perîbo, si non fécero, si fáxo, vapulábo.

M. tamen Varro in libro de comoediis Plau- 9
tinis primo *(fr. p. 193 Bip.)* Accii *(did. fr. inc. 3 M.*
*fr. 20 B.)* verba haec ponit: Nam nec Geminei
lenones nec Condalium nec Plauti Anus nec
Bis compressa nec Boeotia umquam fuit
neque adeo Agroecus neque Commorientes
Macci Titi.

In eodem libro Varronis id quoque scriptum 10
et Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum.
Quoniam fabulae ⟨eae⟩ 'Plauti' inscriptae forent, ac-
ceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto
Plautinae, sed a Plautio Plautianae.

Feruntur autem sub Plauti nomine comoediae 11
circiter centum atque triginta; sed homo eruditissimus 12
L. Aelius *(p. 36, 14 Me.)* quinque et viginti eius esse
solas existimavit. Neque tamen dubium est, quin istaec, 13
quae scriptae a Plauto non videntur et nomini eius
addicuntur, veterum poetarum fuerint et ab eo retrac-
tatae ⟨et⟩ expolitae sint ac propterea resipiant stilum
Plautinum. Sed enim Saturionem et Addictum 14
et tertiam quandam, cuius nunc mihi nomen non sub-
petit, in pistrino eum scripsisse Varro et plerique
alii memoriae tradiderunt, cum pecunia omni, quam in

18 Serv. vit. Verg. p. 4 Th. 27 sqq. Suet. fr. 7 R.

3 responsum Arreti *Leo* Arretinis quod resp. l. *Fleckeisen* quod dicitur resp. lud. m. (Arr. *om.*) *Sk.* ‖ 4 magis ω *corr.* σ *del. Goetz* ‖ 6 Marcus ω ‖ 8 *cfr. Leo, Plaut. Forsch. p. 32 Vahlen, ind. lect. aest. Berol. 1901* ‖ 9 leones ω | plauta anus *Baehrens* ‖ 12 m̄. accii (actii V) titi ω ‖ 15 ⟨cuius⟩ quoniam σ | eae *add. Hertz* | ⟨Plautii illius⟩ Pl. *Sk.* (*JGr.*) ‖ 20 l(a)elius ω ‖ 21 istae P ista h' (ec *ss.*) R ‖ 24 et *add. Carrio*

... de Graecorum poetarum
cula Romae a triumviris coniect
a tribunis plebis exemptus est, cu
dixi, fabulis delicta sua et petulant
multos ante laeserat, diluisset.

## IV

Quod P. Africano et aliis tunc viris n
senectam barbam et genas radere mo

1 In libris, quos de vita P. Sc
compositos legimus, scriptum esse
Scipioni, Pauli filio, postquam de
rat censorque fuerat, diem dictum e
Claudio Asello tribuno plebis, cui
ademerat, eumque, cum esset reus,
sisse radi neque candida veste uti
2 solito reorum. Sed cum in eo te
minorem quadraginta annorum fuiss
3 de barba rasa ita scriptum esset, mir
mus autem ceteros quoque in isdem
viros barbam in eiusmodi aetate rasi
plerasque imagines veterum, non ad
in medio aetati

## V

Deliciarum vitium et mollities oculorum et corporis ab Arcesila philosopho cuidam obprobrata acerbe simul et festiviter.

**Plutarchus** *(sympos. VII 5, 3 de tuend. san. 7)* refert 1
**Arcesilaum** philosophum vehementi verbo usum esse
de quodam nimis delicato divite, qui incorruptus tamen
et a stupro integer dicebatur. Nam cum vocem eius 2
infractam capillumque arte compositum et oculos ludibundos atque inlecebrae voluptatisque plenos videret:
'nihil interest,' inquit 'quibus membris cinaedi sitis,
posterioribus an prioribus'.

## VI

De vi atque natura palmae arboris, quod lignum ex ea ponderibus positis renitatur.

Per hercle rem mirandam **Aristoteles** in septimo 1
**problematorum** *(fr. 229 VR.)* et **Plutarchus**
in **octavo symposiacorum** *(4, 5)* dicit. 'Si super 2
palmae' inquiunt 'arboris lignum magna pondera inponas ac tam graviter urgeas oneresque, ut magnitudo
oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit
nec intra flectitur, sed adversus pondus resurgit et
sursum nititur recurvaturque'; 'propterea' inquit **Plu-** 3
**tarchus** 'in certaminibus palmam signum esse placuit
victoriae, quoniam ingenium ligni eiusmodi est, ut
urgentibus opprimentibusque non cedat.'

---

17 sqq. Xen. Cyrop. VII 5, 11 Theophr. h. pl. V 6, 1 Strab. XV 3, 10 p. 731 Plin. XVI 42, 223

---

2 artesila ω -lao σ || 5 uerbo lusum *ex* uerbosum R || 7 uestem R || 16 problematum R[1] || 19 tamen ω *corr.* ς || 20 arboris oneris R || 21 in terra TY introfl. *Falster*

[redacted]



## VII

Historia ex annalibus sumpta de Q. Caedicio tribuno militum: verbaque ex originibus M. Catonis apposita, quibus Caedici virtutem cum Spartano Leonida aequiperat.

1 Pulcrum, dii boni, facinus Graecarumque facundi-
arum magniloquentia condignum M. Cato libris ori-
ginum *(fr. 83 P.)* de Q. Caedicio tribuno militum
scriptum reliquit.
2.3 Id profecto est ad hanc ferme sententiam: Impera-
tor Poenus in terra Sicilia bello Carthaginiensi primo
obviam Romano exercitu progreditur, colles locosque
4 idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata
est, in locum insinuant fraudi et perniciei obnoxium.
5 Tribunus ad consulem venit, ostendit exitium de loci
6 importunitate et hostium circumstantia maturum. 'Cen-
seo,' inquit 'si rem servare vis, faciundum, ut quadrin-
gentos aliquos milites ad verrucam illam' — sic enim
Cato locum editum asperumque appellat — 'ire iubeas,
eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes pro-
fecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promptis-
simus ad occursandum pugnandumque in eos praever-
tentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi
7 omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. Tunc
interea occupatis in ea caede hostibus tempus exer-
8 citus ex hoc loco educendi habebis. Alia nisi haec
salutis via nulla est.' Consul tribuno respondit con-

5 sqq. Liv. epit. 17 XXII 60, 11 Sen. ep. 82, 22 Plin. XXII 6, 11 Frontin. I 5, 15 = IV 5, 10 Flor. I 18, 13 Ampel. XX 5 Oros. IV 8, 1 Zonar. VIII 12 Aur. Vict. v. ill. 39 15 sqq. Non. II p. 187, 20 24 sq. I 7, 9

6 maligniloq. **R** || 10 terram (*ex* -ra) siciliam **P** | bella **RV** || 11 exercitui **P** || 16 trecentos *Liv. alii* || 19 occupem **R** || 24 et ex. **V** || 26 cons. quidem istuc (q. ist. *om.* **R**) quidem atque **RV** consultum istuc q. atque *Bergk*

[redacted]



silium quidem istud aeque providens sibi viderier; 'sed
istos' inquit 'milites quadringentos ad eum locum in
hostium cuneos quisnam erit, qui ducat?' 'Si alium' 9
inquit tribunus 'neminem reperis, me licet ad hoc
periculum utare; ego hanc tibi et reipublicae animam
do.' Consul tribuno gratias laudesque agit. Tribunus 10.11
et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes 12
eorum audaciam demirantur; quorsum ire pergant, in
expectando sunt. Sed ubi apparuit ad eam verrucam 13
occupandam iter intendere, mittit adversum illos imperator
Carthaginiensis peditatum equitatumque, quos
in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites 14
circumveniuntur, circumventi repugnant; fit proelium 15
diu anceps. Tandem superat multitudo. Quadringenti 16
omnes cum uno perfossi gladiis aut missilibus operti
cadunt. Consul interim, dum ibi pugnatur, se in locos 17
tutos atque editos subducit.

Sed quod illi tribuno, duci militum quadringentorum, 18
divinitus in eo proelio usus venit, non iam nostris,
sed ipsius Catonis verbis subiecimus: Dii inmortales 19
tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere. Nam ita evenit: cum saucius multifariam ibi factus esset, tamen volnus capiti nullum evenit, eumque inter mortuos defetigatum volneribus atque, quod sanguen eius defluxerat, cognovere. Eum sustulere, isque convaluit, saepeque postilla operam reipublicae fortem atque strenuam perhibuit illoque facto, quod illos milites subduxit, exercitum ceterum ser-

4 tribunum RV ‖ 9 ad eam *Gr*. eadem (*ex* adem R) RV eandem P ‖ 14 Tamen V ‖ 15 una V ad unum *Pricaeus* c. tribuno *Machly* ‖ 16 interibi (inter ibidē V) dum ea pug(n)a se RV, *unde Bergk* pugna ⟨pugnatur⟩ ‖ 18 tribuni RV ‖ 19 usu ς ‖ 21 tribuni V (R) -nus P[1] ‖ 22 ita euenit ita (uti P[2]) PV ‖ 23 esse RV | capitale *Mms.* ‖ 24 eum R cumque .. cognovere, eum σ ‖ 25 sanguineis eius P sanguen (is *ss.* V[2]) RV s. ei *Lion* ‖ 27 post illam P ‖ 28 praehibuit *Quicherat* ‖ 29 seruauit huc usque P *cfr. I 8, 6*

[redacted]



vavit. Sed idem benefactum quo in loco ponas, nimium interest. Leonides Laco, qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decoravere monumentis: signis, statuis, elogiis, historiis aliisque rebus gratissimum id eius factum habuere; at tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat atque rem servaverat.

20 Hanc Q. Caedici tribuni virtutem M. Cato tali suo
21 testimonio decoravit. Claudius autem Quadrigarius annali tertio *(fr. 42 P.)* non Caedicio nomen fuisse ait, sed Laberio.

## VIII

Litterae eximiae consulum C. Fabricii et Q. Aemilii ad regem Pyrrum a Q. Claudio scriptore historiarum in memoriam datae.

1 Cum Pyrrus rex in terra Italia esset et unam atque alteram pugnas prospere pugnasset satisque agerent Romani et pleraque Italia ad regem descivisset, tum Ambraciensis quispiam Timochares, regis Pyrri amicus,

---

1 Vopisc. Prob. 1 'Certum est, quod Sallustius .. Cato et Gellius historici sententiae modo in litteras rettulerunt, omnes omnium virtutes tantas esse, quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuscuiusque facta descripserint' cfr. 2 et Hegesipp. b. Iud. p. 338 sq. W. 18 sqq. Amm. XXX 1, 22 (ex Gellio) Cic. fin. V 22, 64 off. I 13, 40 III 22, 86 Liv. epit. 13 XXIV 45, 3 XXXIX 51, 11 XLII 47, 6 Val. Max. VI 5, 1 Sen. ep. 120, 6 (Frontin.) IV 4, 2 Plut. Pyrrh. 21 apophth. Fabr. 4; 5 Appian. Samn. 21 Flor. I 13, 21 Aelian. v. h. XII 33 Dio Cass. LXXVII 20 Aur. Vict. v. ill. 35 Eutr. II 14 Claud. b. Gild. 271 Hieron. ad Pamm. ep. 57, 3 Suid. s. v. Φαβρίκιος Zonar. VIII 5

---

2 lacu PV lacn R *corr. Gr.* | quid P[2] quia s. *Mms.* consimile *Gr.* || 3 hermopylas (-ilas P) ω | propterea e. virtutis *Mdg.* || 4 praecipuam ⟨rettulit⟩ *vel sim. Bergk* || 7 grauissimum V || 8 Ad RV[1] A P[1] || 9 rem p. ς || 11 hancque ω || 13 annalis ω *corr.* ς || 14 lauerio ω || 21 Demochares *Amm.*

[redacted]



ad C. Fabricium consulem furtim venit ac praemium
petivit et, si de praemio conveniret, promisit regem
venenis necare idque facile esse factu dixit, quoniam
filius suus pocula in convivio regi ministraret. Eam 2
rem Fabricius ad senatum scripsit. Senatus ad regem 3
legatos misit mandavitque, ut de Timochare nihil proderent,
sed monerent, uti rex circumspectius ageret
atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc 4
ita, uti diximus, in Valeri Antiatis historia *(fr. 21 P.)* 5
scriptum est. Quadrigarius autem in libro tertio
*(fr. 40 P.)* non Timocharem, sed Niciam adisse ad
consulem scripsit neque legatos a senatu missos, sed a
consulibus, et ⟨Pyrrum⟩ populo Romano laudes atque
gratias scripsisse captivosque omnes, quos tum habuit,
vestivisse et reddidisse.

Consules tum fuerunt C. Fabricius et Q. Aemilius. 6
Litteras, quas ad regem Pyrrum super ea causa miserunt, 7
Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc
exemplo:

Consules Romani salutem dicunt Pyrro regi. 8

Nos pro tuis iniuriis continuis animo tenus commoti inimiciter tecum bellare studemus. Sed communis exempli .et fidei ergo visum, ut te salvum velimus, ut esset, quem armis vincere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi praemium a nobis peteret, si te clam interfecisset. Id nos negavimus velle, neve ob eam rem quicquam commodi expectaret, et simul visum est, ut te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi, si accidisset, nostro consilio

---

2 et σ ut ω || 4 fili(i) sui RV | conu. reministrarent V || 7 circumspectacius R || 12 ad senatum (d *ex* t) R || 13 pyrrum *add. Hertz* regem σ || 21 continuo ω *corr. Gr.; an* intimo? | tenus *Btl. Gr.* tenui ω || 23 ut te] P uit(a)e RV || 25 possemus ς || 27 negamus ω *corr.* ς || 28 et *del. Veen*

[redacted]



civitates putarent factum, et quod nobis non placet pretio aut praemio aut dolis pugnare. Tu, nisi caves, iacebis.

## IX

Quis et cuiusmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus Seianus; et qualis color equorum sit, qui 'spadices' vocantur; deque istius vocabuli ratione.

1 Gavius Bassus in commentariis suis *(fr. 8 L.)*, item Iulius Modestus in secundo quaestionum confusarum *(p. 15 Bu.)* historiam de equo Seiano
2 tradunt dignam memoria atque admiratione: Gnaeum Seium quempiam scribam fuisse eumque habuisse equum natum Argis in terra Graecia, de quo fama constans esset, tamquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis Thracis fuissent, quos Hercules Diomede
3 occiso e Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse dicunt magnitudine invisitata, cervice ardua, colore poeniceo, flora et comanti iuba, omnibusque aliis equorum laudibus quoque longe praestitisse; sed eundem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut, quisquis haberet eum possideretque, ut is cum omni domo, familia fortunisque omnibus suis ad internecio-
4 nem deperiret. Itaque primum illum Gnaeum Seium, dominum eius, a. M. Antonio, qui postea triumvirum reipublicae constituendae fuit, capitis damnatum miserando supplicio affectum esse; eodem tempore Cornelium Dolabellam consulem in Syriam proficiscentem fama istius equi adductum Argos devertisse cupidineque habendi eius exarsisse emisseque eum sestertiis centum milibus; sed ipsum quoque Dolabellam in Syria bello civili obsessum atque interfectum esse; mox eundem equum, qui Dolabellae fuerat, C. Cassium,

---

2 pretio *del. L Mueller* ‖ 3 tacebis V[1] ‖ 6 dequestius *ω corr.* P[3] ‖ 11 memorari R ‖ 12 scribant RV ‖ 15 quod PV ‖ 17 inusitata PR ‖ 23 deriperet P ‖ 24 triumuir P ‖ 28 famam RV

[redacted]



qui Dolabellam obsederat, abduxisse. Eum Cassium 5
postea satis notum est victis partibus fusoque exercitu suo miseram mortem oppetisse; deinde post Antonium post interitum Cassii parta victoria equum illum nobilem Cassii requisisse et, cum eo potitus esset, ipsum quoque postea victum atque desertum detestabili exitio interisse. Hinc proverbium de hominibus calamitosis 6
ortum dicique solitum: 'ille homo habet equum Seianum'.

Eadem sententia est illius quoque veteris proverbii, 7
quod ita dictum accepimus: 'aurum Tolosanum'. Nam cum oppidum Tolosanum in terra Gallia Quintus Caepio consul diripuisset multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit.

Hunc equum Gavius Bassus vidisse Argis refert 8
haut credibili pulcritudine vigoreque et colore exuberantissimo.

Quem colorem nos, sicuti dixi, 'poeniceum' dici- 9
mus, Graeci partim φοίνικα, alii σπάδικα appellant, quoniam palmae termes ex arbore cum fructu avulsus 'spadix' dicitur.

## X

Quod est quaedam septenarii numeri vis et facultas in multis naturae rebus animadversa, de qua M. Varro in hebdomadibus disserit copiose.

M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur 1
hebdomades vel de imaginibus *(fr. p. 255 Bip.)*,

---

7 cfr. Otto, Sprichw. p. 315 9 sqq. Iustin. XXXII 3, 9 Dio Cass. fr. 88 M. Strab. IV 1, 13 p. 188 Otto, Sprichw. p. 350 14 Amm. XIV 11, 24 XXIII 5, 17 18 sqq. II 26, 9 sq. 26 sqq. ad totum caput cfr. Macr. somn. I 6 Mart. Cap. (II 108) VII 738 sq. Serv. pl. ecl. VIII 75 Eulog. somn. p. 7 H.

---

2 parthis (p *ex* ph) R ‖ 11 Gallia *Erasmus* italia (ait. R) RV italica P | scipio P ‖ 14 perit V ‖ 15 uidisse se ς ‖ 16 exub.] TY exup. ω ‖ 18 dicimus *om.* V dicimus huc usque P

[redacted]



septenarii numeri, quem Graece ἑβδομάδα appellant, 2 virtutes potestatesque multas variasque dicit. Is namque numerus inquit septentriones maiores minoresque in caelo facit, item vergilias, quas πλειάδας Graeci vocant, facit etiam stellas, quas alii 'erraticas', P. Nigidius *(fr. 87 Sw.)* 'er-3 rones' appellat. Circulos quoque ait in caelo circum longitudinem axis septem esse; ex quis duos minimos, qui axem extimum tangunt, πόλους appellari dicit; sed eos in sphaera, quae κρικωτή vocatur, propter 4 brevitatem non inesse. Ac neque ipse zodiacus septenario numero caret; nam in septimo signo fit solstitium a bruma, in septimo bruma a solstitio, in septimo 5 aequinoctium ab aequinoctio. Dies deinde illos, quibus alcyones hieme anni in aqua nidulantur, eos quoque 6 septem esse dicit. Praeterea scribit lunae curriculum confici integris quater septenis diebus; nam die ⟨duo⟩-detricesimo luna, inquit ex quo vestigio profecta est, eodem redit, auctoremque opinionis huius Aristidem esse Samium; in qua re non id solum animadverti debere dicit, quod quater septenis, id est octo et viginti, diebus conficeret luna iter suum, sed quod is numerus septenarius, si ab uno profectus, dum ad semetipsum progreditur, omnes, per quos progressus

4 XIII 9, 6 Arist. metaph. XIII 6, 4 p. 1093, 14 Suet. fr. 142 R. Serv. g. I 138 Porph. et Acro Hor. c. IV 14, 21 Isid. III 70, 13 rer. n. XXVI 6 GLK VII 175, 4 schol. Luc. II 722 CGL VII 403 6 XIV 1, 11 Ampel. III 3 Lact. inst VII 14, 8 8 Cic. Arat. 24 10 Mart. Cap. VIII 815 12 Macr. I. 1. 57 (Plin. XVIII 25, 221) 14 Non. II p. 145, 4 Arist. h. an. V 8 p. 542, 12 Plin. X 32, 90 (XVIII 26, 231) Serv. g. I 399 Isid. XII 7, 25 16 I 20, 6 Mart. Cap. VIII 865 Macr. I. 1. 49

1 graeci R | (h)ebdoma ω || 4 item] sicuti R || 7 Circ.—161, 20 septenarios] *verbis textus omissis* ml'ta dimito dicta a Macrobio R || 8 quis] ς quae ω || 13 sept. a bruma a ω || 15 anni *om. vid. Non.* | *ante* eos *pauca excidisse putat Hertz* || 17 duo *suppl. Hertz* (ς) || 19 rediit P || 20 *immo* Aristarchum || 21 animadvertere V

[redacted]



est, numeros comprehendat ipsumque se addat, facit
numerum octo et viginti, quot dies sunt curriculi
lunaris. Ad homines quoque nascendos vim numeri 7
istius porrigi pertinereque ait: Nam cum in uterum
inquit mulieris genitale semen datum est, primis
septem diebus conglobatur coagulaturque fit-
que ad capiendam figuram idoneum. Post de-
inde quarta hebdomade, quod eius virile secus
futurum est, caput et spina, quae est in dorso,
informatur. Septima autem fere hebdomade,
id est nono et quadragesimo die, totus inquit
homo in utero absolvitur. Illam quoque vim 8
numeri huius observatam refert, quod ante mensem
septimum neque mas neque femina salubriter ac secun-
dum naturam nasci potest et quod hi, qui iustissime
in utero sunt, post ducentos septuaginta tres dies,
postquam sunt concepti, quadragesima denique hebdo-
made inita nascuntur. Pericula quoque vitae fortunarum- 9
que omnium, quae 'climacteras' Chaldaei appellant,
gravissimos quosque fieri septenarios. Praeter hoc 10
modum esse dicit summum adolescendi humani corporis
septem pedes. Quod esse magis verum arbitramur, 11
quam quod Herodotus, homo fabulator, in primo
historiarum *(c. 68)* inventum esse sub terra scripsit
Oresti corpus cubita longitudinis habens septem, quae
faciunt pedes duodecim et quadrantem, nisi si, ut
Homerus opinatus est *(Il. V 304 XII 383 al.)*, vastiora
prolixioraque fuerunt corpora hominum antiquiorum

4 sqq. Mart. Cap. II 108 VII 739 Macr. l. l. 62 Eulog. l. l. p. 9 Censor. IX 2 XI 5 sqq. Lydus mens. II 11 (12) III 6 (9) IV 21 (26) 18 sqq. Censor. XIV 9 Firmic. IV 20, 3 (Plin. VII 49, 161) 25 sqq. Plin. VII 16, 74 Solin. I 90

2 quod ω || 15 hii P dii V | iustissimo ω || 17 quadragesime ω || 18 inita *Sk.* ita ω | periculi .. quos *Salmas.* | 20 gravissima quaeque f. septenariis *ς* | fieri affirmat s. V || 22 arbitror R || 25 horestis P || 26 si *om.* R || 27 arbitrabatur (*ex* -tratur) R || 28 fuerint P | antiquorum R

[redacted]



et nunc quasi iam mundo senescente rerum atque
12 hominum decrementa sunt. Dentes quoque et in septem mensibus primis et septenos ex utraque parte gigni ait et cadere annis septimis et genuinos adnasci
13 annis fere bis septenis. Venas etiam in hominibus vel potius arterias medicos musicos dicere ait numero moveri septenario, quod ipsi appellant τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν, quae fit in collatione quaternarii
14 numeri. Discrimina etiam periculorum in morbis maiore vi fieri putat in diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, κρισίμους videri: primam hebdomadam et
15 secundam et tertiam. Neque non id etiam sumit ad vim facultatesque eius numeri augendas, quod, quibus inedia mori consilium est, septimo demum die mortem oppetunt.

16 Haec Varro de numero septenario scripsit admodum conquisite. Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula: veluti septem opera esse in orbe terrae miranda et sapientes item veteres septem fuisse et curricula ludorum circensium sollemnia septem esse
17 et ad oppugnandas Thebas duces septem delectos. Tum ibi addit se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse, ex quibus aliquammultos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse.

2 sqq. Arist. metaph. XIII 6, 4 h. an. VII 10, 64 Hippocr. I 444 K. Solon. fr. 27 ibique Bergk Plin. VII 16, 68 (XI 37, 166) Mart. Cap. VII 739 Censor. VII 2; 4 XIV 7 Eulog. l. l. 7 Mart. Cap. IX 933 Censor. X 6 Macr. l. l. 48 Eulog. l. l. p. 10; 15 11 sqq. Censor. XI 6 XIV 9 Hieron. comm. in Amos II 5 (CGL VI 288) 15 Hippocr. I 442 K. Plin. XI 54, 283 Macr. l. l. 78 22 Arist. metaph. XIII 6, 4 26 XIV 7, 3

1 mundum senescentem ω *corr.* ς ‖ 2 detrementa V | Dentes—27 *om.* R ‖ 12 κριτικοὺς ς | cui uideri ω cui *om.* ς ‖ 13 sunt V ‖ 19 terrarum V ‖ 26 directis P

[redacted]



## XI

**Quibus et quam frivolis argumentis Accius in didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquiorem.**

Super aetate Homeri atque Hesiodi non consen- 1
titur. Alii Homerum quam Hesiodum maiorem 2
natu fuisse scripserunt, in quis Philochorus *(FHG I
393)* et Xenophanes *(fr. 13 D. poes. ludib. fr. 5 p. 191
CW.)*, alii minorem, in quis L. Accius poeta et Epho-
rus historiae scriptor *(FHG I 277 M.)*. M. autem Varro 3
in primo de imaginibus *(fr. p. 258 Bip.)*, uter prior
sit natus, parum constare dicit, sed non esse dubium,
quin aliquo tempore eodem vixerint, idque ex epi-
grammate *(AP. VII 53)* ostendi, quod in tripode
scriptum est, qui in monte Helicone ab Hesiodo po-
situs traditur. Accius autem in primo didascalico 4
*(fr. 1 M. 7 B.)* levibus admodum argumentis utitur,
per quae ostendi putat Hesiodum natu priorem: quod
Homerus, inquit cum in principio carminis 5
*(Il. I 1)* Achillem esse filium Pelei diceret, quis
esset Peleus, non addidit; quam rem procul in-
quit dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam *(fr. 102
Rz.)* dictum videret. De Cyclope itidem, inquit
vel maxime quod unoculus fuit, rem tam in-
signem non praeterisset, nisi aeque prioris
Hesiodi carminibus *(θεογ. 142)* involgatum esset.
De patria quoque Homeri multo maxime dissen- 6
sum est. Alii Colophonium, alii Smyrnaeum, sunt, qui
Atheniensem, sunt etiam, qui Aegyptium fuisse dicant,
Aristoteles *(fr. 76 VR.)* tradidit ex insula Io. M. Varro 7

---

5 sqq. XVII 21, 3 vit. Homeri, Suid. s. v. Clem. Alex. strom. I 21, alii

---

4 natum ω ‖ 11 originibus R[1] ‖ 12 natus *om.* R natu *Gr.* ‖ 13 ex] et *Ritschl* ‖ 16 didascalicon *Osann* ‖ 23 uideretur R[1] ‖ 30 insulc(h)o ω *corr. Gr.*

[redacted]



in libro de imaginibus primo Homeri imagini epigramma hoc apposuit *(fr. 1 B.)*:

capélla Homeri cándida haec tumulum índicat,
quod hác Ietae mórtuo faciúnt sacra.

## XII

**Largum atque avidum bibendi a P. Nigidio, doctissimo viro, nova et prope absurda vocabuli figura 'bibosum' dictum.**

1 Bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis *(fr. 5 Sw.)* 'bibacem' et 'bibosum' dicit. 2 'Bibacem' ego ut 'edacem' a plerisque aliis dictum lego; 'bibosum' dictum nondum etiam usquam repperi nisi apud Laberium, neque aliud est, quod simili inclinatu 3 dicatur. Non enim simile est ut 'vinosus' aut 'vitiosus' ceteraque, quae hoc modo dicuntur, quoniam a 4 vocabulis, non a verbo, inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita utitur *(v. 80 R.[3])*:

nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón procax.

## XIII

**Quod Demosthenes etiamtum adulescens, cum Platonis philosophi discipulus foret, audito forte Callistrato rhetore in contione populi destitit a Platone et sectatus Callistratum est.**

1 Hermippus *(FHG III 49)* hoc scriptum reliquit Demosthenen admodum adulescentem ventitare

---

26 sqq. Amm. XXX 4, 5 (ex Gellio) Plut. Dem. 5 Suid. s. v. Δημ. Zosimus vit. Dem. p. 147 R. Pseudoplut. de X orat. VIII 1 p. 844 B

---

3 tumultum ω *corr.* ς || 5 Quod aciete (acietem h *ante* a ss. R) ω *corr. Salmas.* || 7 uidendi ω *corr.* P[3] || 8 absurdum P | uiuosum ω || 11 ego uedacem ω || 12 inueni R || 19 anosa *Klotz* pannosa *Studemund* || 23 gallistr. *saepius* ω

[redacted]



in Academiam Platonemque audire solitum. 'Atque 2
is' inquit 'Demosthenes domo egressus, ut ei mos erat, cum ad Platonem pergeret complurisque populos concurrentes videret, percontatur eius rei causam cognoscitque currere eos auditum Callistratum. Is Calli- 3
stratus Athenis orator in republica fuit, quos illi
δημαγωγοὺς appellant. Visum est paulum devertere 4
experirique, an digna auditio tanto properantium studio
foret. Venit' inquit 'atque audit Callistratum no- 5
bilem illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην dicentem atque ita motus et demultus et captus est, ut Callistratum iam inde sectari coeperit, Academiam cum Platone reliquerit.'

## XIV

'Dimidium librum legi' aut 'dimidiam fabulam audivi' aliaque huiuscemodi qui dicat, vitiose dicere; eiusque vitii causas reddere M. Varronem; nec quemquam veterem hisce verbis ita usum esse.

'Dimidium librum legi' aut 'dimidiam fabulam au- 1
divi' vel quid aliud huiuscemodi male ac vitiose dici
existumat Varro *(fr. p. 349 Bip.)*. Oportet enim 2
inquit dicere 'dimidiatum librum', non 'dimidium', et 'dimidiatam fabulam', non 'dimidiam'. Contra autem si ⟨ex⟩ sextario hemina fusa est, non 'dimidiatum sextarium fusum' dicendum est, et qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit, non 'dimidiatum' recepisse

---

1 l. l. Cic. de or. I 20, 89 or. IV 35 Brut. XXXI 121 Quint. XII 2, 22; 10, 24 Diog. L. III 31, 49 al. 19 sqq. GLK VII 116, 21; 269, 27 Anecd. H. 287, 21 Isid. diff. 146

---

3 e populo *Stephanus, sed cfr. Cramer, Archiv f. L. VI 352 Sittl, Burs. Jahresb. 68, 247* || 6 q. i.] QVODILLI A Illi ω (*deest in* R) || 8 audito t. properatum ω *praeter* A || 10 AIPHN P || 13 relinqueret P | 17 ueterum ς || 22 *et* 23 non dim. *om.* R || 24 se R[1] | ex *add.* ς || 25 ⟨dimidium,⟩ non d. *edd. vett.* dim. ⟨sed dimidium⟩ *Sk.*

[redacted]



3 dicemus, sed 'dimidium'. At si scyphus inquit
argenteus mihi cum alio communis in duas
partis disiectus sit, 'dimidiatum' eum esse di-
cere scyphum debeo, non 'dimidium', argentum
autem, quod in eo scypho inest, 'dimidium'
4 meum esse, non 'dimidiatum', disseritque ac dividit
subtilissime, quid 'dimidium' 'dimidiato' intersit, et
5 Q. Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait
*(595 M. 407 B.)*:

sicuti si quis ferat vas vini dimidiatum,

sicuti pars, quae deest ei vaso, non 'dimidiata' dicenda
est, sed 'dimidia'.

6 Omnis autem disputationis eius, quam subtiliter
quidem, sed subobscure explicat, summa haec est: 'di-
midiatum' est quasi 'dismediatum' et in partis duas
7 pares divisum, 'dimidiatum' ergo nisi ipsum, quod di-
8 visum est, dici haut convenit; 'dimidium' vero est, non
quod ipsum dimidiatum est, sed quae ex dimidiato
9 pars altera est. Cum igitur partem dimidiam libri
legisse volumus dicere aut partem dimidiam fabulae
audisse, si 'dimidiam fabulam' aut 'dimidium librum'
dicimus, peccamus; totum enim ipsum, quod dimidia-
tum atque divisum est, 'dimidium' dicis. Itaque Lu-
10 cilius eadem secutus *(VI 13 M. 790 B.)*:

uno oculo inquit pedibusque duobus dimidiatus
ut porcus,

et alio loco *(inc. 77 M. 791 B.)*:

quidni? et scruta quidem ut vendat, scrutarius laudat,
praefractam strigilem, soleam inprobus dimidiatam.

---

1 ac **PV** ‖ 3 meum *σ* ‖ 4 debebo **R** | argenti **RV** ‖ 6 eum *ω* *corr.* *σ* ‖ 7 quod **P**[1] ‖ 8 dixisset **PV**[1] ‖ 10 sicut *ς* ‖ 11 dimidiato **P**[1]**RV** ‖ 24 eandem **PV** ‖ 25 dimiditus **RV** dimidius **P** ‖ 29 quidnei? scr. *LMueller* | ut uendat et *ω* *corr.* *σ* ‖ 31 praefactam **RV**

[redacted]



Iam in vicesimo manifestius 'dimidiam horam' dicere 11
studiose fugit, sed pro 'dimidia' dimidium ponit in
hisce versibus *(XX 13 M. 410 B.)*:

tempestate sua atque eodem uno tempore et horae
dimidio et tribus confectis dumtaxat eandem ad quartam.

Nam cum obvium proximumque esset dicere: 'dimidia 12
et tribus confectis', vigilate atque attente verbum non
probum vitavit. Per quod satis apparet ne 'horam' 13
quidem 'dimidiam' recte dici, sed vel 'dimidiatam ho-
ram' vel 'dimidiam partem horae'. Propterea Plautus 14
quoque in Bacchidibus *(v. 1189)* dimidium auri
dicit, non 'dimidiatum aurum'; item in Aulularia 15
dimidium obsoni, non 'dimidiatum obsonium', in hoc
versu *(v. 291)*:

ei ádeo obsoni hic iússit dimidiúm dari;

in Menaechmis autem dimidiatum diem, non 'di- 16
midium', in hoc versu *(v. 157)*:

díes quidem iam ad úmbilicum dímidiatus mórtuust.

M. etiam Cato in libro, quem de agricultura con- 17
scripsit *(r. r. 151)*: Semen cupressi serito crebrum,
ita uti linum seri solet. Eo cribro terram in-
cernito dimidiatum digitum. Iam id bene ta-
bula aut pedibus aut manibus complanato. Di- 18
midiatum inquit digitum, non 'dimidium'. Nam
'digiti' quidem 'dimidium', digitum autem ipsum
'dimidiatum' dici oportet. Item M. Cato de Cartha- 19

---

24 Plin. XVII 10, 73

---

5 horae] ς hora ω ‖ 7 at ω et ς ‖ 8 dimidiam ω dimidium ς *corr. Hertz* (σ) ‖ 10 mutauit V[1] ‖ 11 dicit PR ‖ 17 obsonii (*hoc et* V) hinc *codd. Plaut.* ‖ 21 mortuus est ω ‖ 25 tabulam ω

giniensibus ita scripsit *(p. 56 fr. 3 J.)*: Homines defoderunt in terram dimidiatos ignemque circumposuerunt, ita interfecerunt. Neque quisquam omnium, qui probe locuti sunt, his verbis sequius, quam dixi, usus est.

## XV

Extare in litteris perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum interclusa anima et vim magni novique motus non sustinente.

1 Cognito repente insperato gaudio expirasse animam
refert Aristoteles philosophus *(fr. 559 VR.)* Poly-
2 critam, nobilem feminam Naxo insula. Philippides
quoque, comoediarum poeta haut ignobilis, aetate iam
edita, cum in certamine poetarum praeter spem vicisset
et laetissime gauderet, inter illud gaudium repente
3 mortuus est. De Rodio etiam Diagora celebrata historia
est. Is Diagoras tris filios adulescentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Eos omnis vidit vincere coronarique Olympiae eodem die et, cum ibi eum tres adulescentes amplexi coronis suis in caput patris positis saviarentur, cum populus gratulabundus flores undique in eum iaceret, ibidem in stadio inspectante populo in osculis atque in manibus filiorum animam efflavit.

4 Praeterea in nostris annalibus scriptum legimus, qua tempestate apud Cannas exercitus populi Romani caesus est, anum matrem nuntio de morte filii allato luctu atque maerore affectam esse; sed is nuntius non

---

11 Parthen. am. narr. 9 Plut. mul. virt. 17 Polyaen. VIII 36 13 Fronto p. 235, 1 N. Apul. de deo S. 16 p. 50 16 sqq. Cic. Tusc. I 46, 111 Paus. VI 7, 3 cfr. Diog. L. I 3, 72 23 Amm. XXIX 1, 26 25 sqq. Plin. VII 53, 180 Liv. XXII 7, 13 Val. Max. IX 12, 2

---

2 igneque RV || 4 sequi usquam ω || 7 tradi ς || 21 populis gratulabundis P¹ || 23 oculis R || 28 id R

[redacted]



verus fuit, atque is adulescens non diu post ex ea pugna in urbem redit: anus repente filio viso copia atque turba et quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa exanimataque est.

## XVI

Temporis varietas in puerperis mulierum quaenam sit a medicis et a philosophis tradita; atque inibi poetarum quoque veterum super eadem re opiniones multaque alia auditu atque memoratu digna; verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumpta, qui inscriptus est περὶ τροφῆς.

Et medici et philosophi inlustres de tempore humani 1
partus quaesiverunt. Multa opinio est eaque iam pro
vero recepta, postquam mulieris uterum semen conceperit, gigni hominem septimo rarenter, numquam
octavo, saepe nono, saepius numero decimo mense,
eumque esse hominum gignendi summum finem: decem
menses non inceptos, sed exactos. Idque Plautum, 2
veterem poetam, dicere videmus in comoedia Cistellaria his verbis *(v. 162)*:

tum ílla, quam comprésserat,
decumó post mense exácto hic peperit fíliam.

Hoc idem tradit etiam Menander, poeta vetustior, 3
humanarum opinionum vel peritissimus; versus eius
super ea re de fabula Plocio posui *(fr. 413 K.)*:

γυνὴ κυεῖ δέκα μῆνας ***;

sed noster Caecilius, cum faceret eodem nomine et 4

---

3 Amm. XXIX 1, 26 11 sqq. ad totum caput cfr. Arist. h. an. VII 4, 4 al. Hippocr. I 442 sqq. K. Plin. VII 5, 38 Plut. plac. phil. V 18 p. 907 F Diog. L. VIII 1, 19 (29) Censor. 7 Macr. somn. I 6, 14 sqq. Dig. XXXVIII 16, 3, 9; 11; 12

---

1 utque *Petschenig* | his P¹R || 2 redit, ⟨ita⟩ *Eussner* || 4 quo *om.* V || 7 a *om.* V || 8 se P¹V | opinione V || 11 inlustre (ill. P) ω *corr.* ς || 13 concepit V || 14 nonnumquam *Meursius* || 16 hominem ω *corr. Gr.* || 25 ΔΕΚάΜΗΙΝάC V *corr. Hertz* δεκάμηνος σ

[redacted]



eiusdem argumenti comoediam ac pleraque a Menandro sumeret, in mensibus tamen genitalibus nominandis non praetermisit octavum, quem praeterierat Menander. Caecilii versus hice sunt *(v. 164 R.³)*:

sóletne mulier décimo mense párere? — pol nonó quoque,
étiam septimo átque octavo.

5 Eam rem Caecilium non inconsiderate dixisse neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus 6 descivisse M. Varro uti credamus facit. Nam mense nonnumquam octavo editum esse partum in libro quarto decimo rerum divinarum *(fr. 12ᵃ Ag.)* scriptum reliquit; quo in libro etiam undecimo mense aliquando nasci posse hominem dicit, eiusque sententiae tam de octavo quam de undecimo mense Aristotelem 7 *(hist. an. VII 4)* auctorem laudat. Sed huius de mense octavo dissensionis causa cognosci potest in libro Hippocratis, qui inscriptus est *περὶ τροφῆς*, ex quo libro verba haec sunt *(II p. 23 K.)*: *Ἔστιν δὲ* 8 *καὶ οὐκ ἔστιν τὰ ὀκτάμηνα.* Id tamen obscure atque praecise tamquam adverse dictum Sabinus medicus, qui Hippocratem commodissime commentatus est, verbis ⟨his⟩ enarravit: *Ἔστιν μὲν φαινόμενα ὡς ζῷα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν· οὐκ ἔστιν δέ, θνήσκοντα μετὰ ταῦτα· καὶ ἔστιν οὖν καὶ οὐκ ἔστιν φαντασίᾳ μὲν παραυτίκα ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκέτι.*

9 Antiquos autem Romanos Varro *(l. l.)* dicit non

15 sqq. Censor. VII 6 sq. 21 sqq. Galen. ad. Hipp. π. τροφ. 21 (XV p. 409 K.)

4 hisce ω *corr. Carrio* ‖ 5 Insoletne ω *corr. Hertz*¹ insuetne *Bothe* ‖ 6 nonoque ω *corr.* ς ‖ 11 non umquam ω ‖ 20 τὰ ὀκτ. *om. Hipp.* | Id tam σ ‖ 21 ⟨et⟩ tamquam *Otho* ‖ 23 uerbis *om.* R | his *hic add. Hertz, ante* verbis σ ‖ 24 ΕΚΠΤCΩCIN V *corr.* σ ἐκπτωσιν *Hertz ed. maior.* ‖ 26 ΔΙΔΝΜΕΙ V ‖ 27 οὐκ ἔστι σ

[redacted]



recepisse huiuscemodi quasi monstruosas raritates, sed
nono mense aut decimo neque praeter hos aliis partionem mulieris secundum naturam fieri existimasse,
idcircoque eos nomina Fatis tribus fecisse a pariendo
et a nono atque decimo mense. Nam 'Parca' inquit 10
inmutata una littera a partu nominata, item
'Nona' et 'Decima' a partus tempestivi tempore.
Caesellius autem Vindex in lectionibus suis anti- 11
quis: tria inquit nomina Parcarum sunt: 'Nona',
'Decuma', 'Morta', et versum hunc Livii, antiquissimi poetae, ponit ex Ὀδυσσείᾳ *(fr. 12 B.)*:

quando dies adveniet, quem profata Morta est?

Sed homo minime malus Caesellius 'Mortam' quasi
nomen accepit, cum accipere quasi Moeram deberet.

Praeterea ego de partu humano, praeterquam quae 12
scripta in libris legi, hoc quoque usu venisse Romae comperi: feminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, in undecimo mense post mariti mortem peperisse, factumque esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset, quoniam decemviri *(XII tabb. IV 4)* in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent; sed divum Hadrianum causa cognita decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse; idque ipsum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit requisitis veterum philosophorum et medicorum sententiis.

Hodie quoque in satura forte M. Varronis legi- 13
mus, quae inscribitur Testamentum, verba haec

---

1 Amm. XXII 15, 24 5 sqq. Tertull. de an. 37 22 sqq. Dig. XXXVIII 16, 3, 9; 11

---

2 alios ω *corr. Carrio* alias σ || 4 que *om.* V || 5 parga ω || 9 inquit] sine quod (ne quo *in ras.*) P || 10 orta *hic* ω || 12 mortua V || 15 numen *Thomas*

[redacted]



*(fr. 543 B.)*: Si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus gignantur, ii, si erunt ὄνοι λύρας, exheredes sunto; quod si quis undecimo mense κατὰ Ἀριστοτέλην *(hist. an. VII 4)* natus est, Attio idem, quod Tettio, ius esto apud me.

14 Per hoc vetus proverbium Varro significat, sicuti vulgo dici solitum erat de rebus nihil inter sese distantibus: 'idem Atti, quod Tetti', ita pari eodemque iure esse in decem mensibus natos et in undecim.

15 Quod si ita neque ultra decimum mensem fetura mulierum protolli potest, quaeri oportet, cur Homerus scripserit Neptunum dixisse puellae a se recens compressae *(Od. XI 248)*:

> χαῖρε γυνὴ φιλότητι· περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
> τέξεις ἀγλαὰ τέκν', ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ ἀθανάτων.

16 Id cum ego ad complures grammaticos attulissem, partim eorum disputabant Homeri quoque aetate, sicuti Romuli, annum fuisse non duodecim mensium, sed decem; alii convenisse Neptuno maiestatique eius dicebant, ut longiori tempore fetus ex eo grandesceret;

17 alii alia quaedam nugalia. Sed Favorinus mihi ait περιπλομένου ἐνιαυτοῦ non 'confecto' esse 'anno', sed 'adfecto'.

18 In qua re verbo usus est non vulgariae significa-

19 tionis. 'Adfecta' enim, sicuti Marcus Cicero et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur,

---

20 Suet. fr. 119 R. 27 sqq. XV 5, 5 Non. II p. 160, 29

---

2 gignuntur PR ‖ 3 ΔΥΡΔC ω | sunt ω *corr.* ς ‖ 5 atcio P accio V *(deest in* R) | tetio V tecio P *corr. Gerlach ad Non. I p. 40, 1* ‖ 6 praeter R ‖ 8 item P | Accii σ | teti ω Titii σ ‖ 14 XAIPEYNH V XEPENY̆N U ‖ 19 disputant R ‖ 22 longiore RV ‖ 24 confectos ω *corr.* σ | esse a. *om.* R | annos ω *corr.* σ ‖ 25 affecto PR adfectos V ‖ 27 adfecte R

[redacted]



quae non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant. Hoc verbum ad hanc sententiam Cicero in hac fecit, quam dixit de provinciis consularibus *(VIII 19 XII 29)*.

Hippocrates autem in eo libro, de quo supra 20
scripsi, cum et numerum dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur, et tempus ipsius partionis nono aut decimo mense definisset neque id tamen semper eadem esse fini dixisset, sed alias ocius fieri, alias serius, hisce ad postremum verbis usus est: *Γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος· οὐ πολλὸν δὲ καὶ πλείω πλείω καὶ ἐλάσσω ἐλάσσω.* Quibus verbis significat, quod aliquando ocius fieret, non multo tamen fieri ocius, neque quod serius, multo serius.

Memini ego Romae accurate hoc atque sollicite 21
quaesitum negotio non rei tunc parvae postulante, an octavo mense infans ex utero vivus editus et statim mortuus ius trium liberorum supplevisset, cum abortio quibusdam, non partus, videretur mensis octavi intempestivitas.

Sed quoniam de Homerico annuo partu ac de 22
undecimo mense diximus, quae cognoveramus, visum est non praetereundum, quod in Plinii Secundi libro septimo naturalis historiae legimus. Id autem 23
quia extra fidem esse videri potest, verba ipsius Plinii *(VII 5, 40)* posuimus: Masurius *(fr. 24 H. memor. 21 iur. civ. 31 Br.)* auctor est L. Papirium praetorem secundo herede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater partum se tredecim mensibus tulisse diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum ei

---

1 proximi effinem **V** proximye (pro *in ras.* **R**) finem **PR** *corr.* ς | 3 hoc ω oratione σ | fuit **RV** || 6 numero **PV** || 9 alia cicius (so ss.) **R** || 10 setius **PV** || 11 ENTOYCOY **V** || 12 ΟΙΠΟΜΟΝΔΕ **V** || 15 sepius m. sepius ω *corr.* ς || 22 Homeri **R** || 27 masirius **R** || 32 statum **PV** | ei *om. Plin.*

[redacted]



24 videretur. In eodem libro Plini Secundi verba haec scripta sunt *(VII 5, 42)*: Oscitatio in nixu letalis est, sicut sternuisse a coitu abortivum.

## XVII

**Id quoque esse a gravissimis viris memoriae mandatum, quod tris libros Plato Philolai Pythagorici et Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.**

1 Memoriae mandatum est Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse atque eum tamen tris Philolai Pythagorici libros decem milibus
2 denarium mercatum. Id ei pretium donasse quidam scripserunt amicum eius Dionem Syracosium.
3 Aristotelem quoque traditum libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talentis Atticis tribus; ea summa fit nummi nostri sestertia duo et septuaginta milia.
4 *Τίμων* amarulentus librum maledicentissimum con-
5 scripsit, qui *σίλλος* inscribitur. In eo libro Platonem philosophum contumeliose appellat, quod inpenso pretio librum Pythagoricae disciplinae emisset exque eo Ti-
6 maeum, nobilem illum dialogum, concinnasset. Versus super ea re *Τίμωνος* hi sunt *(fr. 54 D. 26 p. 130 CW.)*:

*καὶ σύ, Πλάτων, καὶ γάρ σε μαθητείης πόθος ἔσχεν,*
*πολλῶν δ᾽ ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον,*
*ἔνθεν ἀπαρχόμενος ⟨τιμαιο⟩γραφεῖν ἐδιδάχθης.*

---

9 sqq. Diog. L. III 11 (9) VIII 1, 15; 7, 1 (84) Iamblich. vit. Pyth. 31 (199) 14 Diog. L. IV 1, 11 (5) 18 sqq. id. VIII 7, 4 (85) (ex Hermippo) Tzetzes Chil. X 790 sqq. XI 1 sqq.; 38 sqq.

---

3 accitu ω *corr.* ς (*Plin.*) || 7 preter **P** || 11 philolaii (-soii **R**) ω || 12 merc.] emisse **R** || 14 paucos **R** || 17 mia **R** *del. Carrio* || 18 (23) TEIMωN ω || 20 *post* philos. *ex § 1 verba* tenui adm. p. f. fuisse *repetunt* ω || 26 BIBLOΘENΠAPXOMENOCΓPAΦEINEΔIΔAXΘHN **V** (*Graeca om. rell.*)

[redacted]



## XVIII

**Quid sint 'pedari senatores' et quam ob causam ita appellati; quamque habeant originem verba haec ex edicto tralaticio consulum: 'senatores quibusque in senatu sententiam dicere licet'.**

Non pauci sunt, qui opinantur 'pedarios senatores' 1
appellatos, qui sententiam in senatu non verbis dice-
rent, sed in alienam sententiam pedibus irent. Quid 2
igitur? cum senatusconsultum per discessionem fiebat,
nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant?
Atque haec etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam 3
Gavius Bassus in commentariis suis *(fr. 2 L.)*
scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum 4
aetate, qui curulem magistratum gessissent, curru solitos
honoris gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset,
super quam considerent, quae ob eam causam 'curulis'
appellaretur; sed eos senatores, qui magistratum curu-
lem nondum ceperant, pedibus itavisse in curiam; prop-
terea senatores nondum maioribus honoribus 'pedarios'
nominatos. M. autem Varro in satira Menippea, 5
quae *Ἱπποκύων* inscripta est *(fr. 220 B.)*, equites
quosdam dicit 'pedarios' appellatos videturque eos
significare, qui nondum a censoribus in senatum lecti
senatores quidem non erant, sed, quia honoribus populi
usi erant, in senatum veniebant et sententiae ius habe-
bant. Nam et curulibus magistratibus functi, si non- 6
dum a censoribus in senatum lecti erant, senatores
non erant et, quia in postremis scripti erant, non

---

6 sqq. Fest. p. 210, 29 13 sqq. Paul. p. 49, 17 Serv. A. XI 334 Isid. XX 11, 11 CGL VI 299

---

8 Quod P || 11 hacque *ex* acque (haec *om.*) R || 12 Gavius] G. ω || 15 euehi R || 16 consideret ω *corr.* ς | currulis ω (*sic saepius*) | 18 ita uis se V ita iuisse R intrauisse P || 19 hon. functos ς usos *mavult Hertz* || 24 senatores] erant P || 25 sententia (-ciam P) eius ω || 26 functi si *Scioppius* functis ω functi qui ς || 28 qui in ς

[redacted]



rogabantur sententias, sed, quas principes dixerant, in
7 eas discedebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque consules, cum senatores in curiam vocant, ser-
8 vandae consuetudinis causa tralaticio utuntur. Verba edicti haec sunt: Senatores quibusque in senatu sententiam dicere licet.
9 Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum positum est, notari iussimus, quem legimus in mimo, qui Stricturae inscriptus est *(v. 88 R.*[3]*)*:

caput sine lingua pedari sententia est.

10 Hoc vocabulum a plerisque barbare dici animadvertimus; nam pro 'pedariis' 'pedaneos' appellant.

## XIX

Qua ratione Gavius Bassus scripserit 'parcum' hominem appellatum et quam esse eius vocabuli causam putarit; et contra, quem in modum quibusque verbis Favorinus hanc traditionem eius eluserit.

1 Apud cenam Favorini philosophi cum discubitum fuerat coeptusque erat apponi cibus, servus assistens mensae eius legere inceptabat aut Graecarum quid litterarum aut nostratium; velut eo die, quo ego affui, legebatur Gavii Bassi, eruditi viri, liber de origine
2 verborum et vocabulorum. In quo ita scriptum fuit *(fr. 5 L.)*: 'Parcus' composito vocabulo est dictus quasi 'par arcae', quando, sicut in arca omnia reconduntur eiusque custodia servantur et continentur, ita homo tenax parvoque contentus omnia custodita et recondita habet

5 Liv. XXIII 32, 3 XXXVI 3, 3 Fest. p. 339, 15 26 (Serv. et schol. Bern. g. I 47 III 403)

3 consules qu(a)e cum *ω* consules usque cum *Mms.* ‖ 4 mutantur *ω corr.* ς ‖ 8 notarius simus *ω* ‖ 10 pedani *ω metrum non agnoscitur, cfr. Ribb.* ‖ 20 inceptabat *voluisse vid.* **R**[2] tentabat (tempt. **P**) **PR** attemptabat **V** coeptabat *Gr.* ‖ 21 nostratum **R**

[redacted]



rca. Quam ob causam 'parcus' quasi s' est nominatus.

Favorinus, ubi haec audivit: 'superstitiose' 3 t nimis moleste atque odiose confabricatus usque magis est originem vocabuli Gavius us, quam enarravit. Nam si licet res dicere 4 icias, cur non probabilius videatur, ut acci- parcum' ob eam causam dictum, quod pecu- sumi atque inpendi arceat et prohibeat quasi cus'? Quin potius,' inquit 'quod simplicius 5 est, id dicimus? 'Parcus' enim neque ab ie ab arcendo, sed ab eo, quod est 'parum' m', denominatus est.'

ircus] P pararce *ex* parce RV || 6 quem (q; R) nar- ilicet P || 7 commentaticias (-taticas R -daticia *ss.* s P) ω probet R || 11 uenusque $P^1V^1$ || 12 qui est R

## A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVARTVS

## I

Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico iactantiore factus in Socraticum modum; atque ibi in sermone dictum, quibus verbis 'penus' a Q. Scaevola definita sit; quodque eadem definitio culpata reprehensaque est.

1 In vestibulo aedium Palatinarum omnium fere ordinum multitudo opperientes salutationem Caesaris constiterant; atque ibi in circulo doctorum hominum Favorino philosopho praesente ostentabat quispiam grammaticae rei ditior scholica quaedam nugalia de generibus et casibus vocabulorum disserens cum arduis superciliis vocisque et vultus gravitate composita tam-
2 quam interpres et arbiter Sibyllae oraculorum. Tum aspiciens ad Favorinum, quamquam ei nondum etiam satis notus esset: 'penus quoque' inquit 'variis generibus dictum et varie declinatum est. Nam et 'hoc

---

8 Amm. XXX 4, 17 10 Amm. XXII 16, 16 11 Amm. XVI 12, 4 XXIX 2, 12 12 sq. Amm. XXVIII 4, 21 XXX 4, 11 15 sqq. GLK I 74, 28; 140, 11 II 163, 11; 170, 13; 192, 11; 260, 17 III 445, 10 IV 375, 32 adn. V 40, 8; 427, 28 Anecd. H. 102, 16; 20; 103, 7 sqq. Donat. Ter. Eun. II 3, 18 Serv. A. I 703 Non. I p. 51, 3 III p. 219, 31 CGL VII 66

---

10 doct(i)or ς scitior *Gr.* eruditior, peritior *al.* || 11 differens **V** || 12 uultus] ς uultibus **PV** uocibus **R** | 16 est *om.* **V**

penus' et 'haec penus' et 'huius peni' et 'penoris'
veteres dictaverunt; mundum quoque muliebrem Lu- 3
cilius in satirarum XVI. non virili genere, ut ceteri,
sed neutro appellavit his verbis *(XVI 3 M. 374 B.)*:

legavit quidam uxori mundum omne penumque.
atqui quid mundum, quid non? quis dividet istuc?'

Atque horum omnium et testimoniis et exemplis con- 4
strepebat; cumque nimis odiose blatiret, intercessit
placide Favorinus et 'amabo,' inquit 'magister, quic-
quid est nomen tibi, abunde multa docuisti, quae qui-
dem ignorabamus et scire haud sane postulabamus.
Quid enim refert mea eiusque, quicum loquor, quo 5
genere 'penum' dicam aut in quas extremas litteras
declinem, si nemo id non nimis barbare fecerimus?
sed hoc plane indigeo discere, quid sit 'penus' et qua 6
fini id vocabulum dicatur, ne rem cotidiani usus, tam-
quam qui in venalibus Latine loqui coeptant, alia, quam
oportet, voce appellem.'

'Quaeris' inquit 'rem minime obscuram. Quis adeo 7
ignorat 'penum' esse vinum et triticum et oleum et
lentim et fabam atque huiuscemodi cetera?' 'Etiamne' 8
inquit Favorinus 'milium et panicum et glans et
hordeum 'penus' est? sunt enim propemodum haec
quoque eiusdemmodi'; cumque ille reticens haereret, 9
'nolo' inquit 'hoc iam labores, an ista, quae dixi, 'penus'

---

2 sqq. Non. III p. 214, 15 CGL VI 716

---

1 penuris PV || 3 XVII *pars codd. Non.* | ceteris ω || 5 m. omnem uxori sue R | p. a. quid *Hertz* atque penumqu(a)e quid ω || 7 quod non P || 9 cum strepebat P || 10 blatiret *scripsi* plateret RV placeret P *unde* sibi pl. σ blateraret *Btl.* || 11 ambo ω *corr. JGr.* (ς) || 14 me P || 16 nemo ⟨non⟩ .. fecerit *Mms.* si modo *Lion* fecerim RV || 17 quo fani ω *corr. Gr.* || 19 in cunabilis *Falster* || 23 lentem A lentam P || 24 glans] *ut vid.* A glandem ω || 26 eiusmodi PV huiusmodi R | heberet R

[redacted]



appelletur. Sed potesne mihi non speciem aliquam de
penu dicere, sed definire genere proposito et differentiis
adpositis, quid sit 'penus'?' 'Quod' inquit 'genus et
10 quas differentias dicas, non hercle intellego.' 'Rem'
inquit Favorinus 'plane dictam postulas, quod diffi-
cillimum est, dici planius; nam hoc quidem pervolgatum
est definitionem omnem ex genere et differentia con-
11 sistere. Sed si me tibi praemandere, quod aiunt, po-
stulas, faciam sane id quoque honoris tui habendi
gratia.'

12 Ac deinde ita exorsus est: 'Si' inquit 'ego te nunc
rogem, uti mihi dicas et quasi circumscribas verbis,
cuiusmodi 'homo' sit, non, opinor, respondeas hominem
esse te atque me. Hoc enim, quis homo sit, ostendere
est, non, quid homo sit, dicere. Sed si, inquam, pete-
rem, ut ipsum illud, quod homo est, definires, tu pro-
fecto mihi diceres hominem esse animal mortale ra-
tionis et scientiae capiens vel quo alio modo diceres,
ut eum a ceteris omnibus separares. Proinde igitur
nunc te rogo, uti, quid sit 'penus', dicas, non ut ali-
13 quid ex penu nomines.' Tum ille ostentator voce iam
molli atque demissa: 'philosophias' inquit 'ego non
didici neque discere adpetivi et, si ignoro, an hordeum

7 Quint. V 10, 55 VII 3, 3 Isid. II 25, 2 sqq.; 29, 1 Rhet. lat. min. 398, 18 H. Speusipp. fr. 104 (III p. 79 Mull.) 8 Otto, Sprichw. p. 247 17 Quint. VII 3, 15 Mart. Cap. IV 349 Rhet. lat. min. 182, 18 H. (GLK V 137, 36; 317, 23 VI 188, 26 VII 324, 3 Anecd. H. XXXIV; CCLII 6)

1 appelletur] *ut vid.* **A** apel(l)entur ω | non] *om.* **A** nos ω || 2 diceres **PRV** || 3 qui **PRV** | inquit] **A** sint **PV** sit **R** || 5 dicam **A** | postulans **PRV** | que **A** | difficile non *Gr.* || 6 ſer puolg. **R** feruolg. **V** fere uolig. *ex* feruolig. **P** || 8 si me tibi] **A** siste mihi **P** si tent hi **V** si ṭẹ̄mi h˥ **R** | praemandare (-dadare **R**) **ARV** || 11 Atque ita **R** || 12 ut **A** || 13 cuiusmodi] **A** quid (i *ex* o **P**) ω | homo] homiṅ **V**[1] //////n **P**[1] || 15 discere **A** || 16 illutq. h. **A** | tum **V** || 17 animal] **A** *om.* ω || 20 ut **A** | quit **A** qui **P**[2]**RV** quis **P** | ali-quod **P** || 23 dicere **RV**

[redacted]



ex 'penu' sit aut quibus verbis 'penus' definiatur, non ea re litteras quoque alias nescio.'

'Scire,' inquit ridens iam Favorinus 'quid 'penus' 14
sit, non ex nostra magis est philosophia quam ex grammatica tua. Meministi enim, credo, quaeri solitum, 15
quid Vergilius dixerit *(A. I 703)*, penum struere vel longam vel longo ordine; utrumque enim profecto scis legi solitum. Sed ut faciam te aequiore 16
animo ut sis, ne illi quidem veteres iuris magistri, qui 'sapientes' appellati sunt, definisse satis recte existimantur, quid sit 'penus'. Nam Quintum Scaevolam 17
*(iur. civ. fr. 1 H. II 5ª Br.)* ad demonstrandam penum his verbis usum audio: Penus est, inquit quod esculentum aut posculentum est, quod ipsius patrisfamilias ⟨aut matris familias⟩ aut liberum patrisfamilias ⟨aut familiae⟩ eius, quae circum eum aut liberos eius est et opus non facit, causa paratum est. ***, ut Mucius ait, 'penus' videri debet. Nam quae ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cenae causa parantur, 'penus' non sunt; sed ea potius, quae huiusce generis longae usionis gratia contrahuntur et reconduntur, ex eo, quod non in promptu est, sed intus et penitus habeatur, 'penus' dicta est. 'Haec ego,' inquit 'cum philoso- 18
phiae me dedissem, non insuper tamen habui discere; quoniam civibus Romanis Latine loquentibus rem non

---

6 Serv. A. I 703 CGL VII 66 13 Cic. nat. d. II 27, 68 Dig. XXXIII 9, 3 21 sqq. Non. I p. 51, 3 Serv. pl. A. II 508 (III 12)

---

3 quod P *fere semper* ‖ 6 instruere ω ‖ 9 ueteris PV ‖ 12 penu ω ‖ 14 poculentum *ex* postul. P | est. Quod ω, *unde* est ⟨et⟩ *et in v. 18* est. ⟨Id⟩ ut *Hertz prius* ‖ 15 aut m. f. *et* aut f. *add. Hertz* (σ) ‖ 16 quam ω ‖ 17 eum σ eos ω | non] eorum *Lambecius* ‖ 18 *lacunam indicavit Mms.* ‖ 24 est] sint σ | habeatur] R -antur ω ‖ 25 est] R sunt ω

[redacted]



⟨suo⟩ vocabulo demonstrare non minus turpe est, quam hominem non suo nomine appellare.'

19 Sic Favorinus sermones id genus communes a rebus parvis et frigidis abducebat ad ea, quae magis utile esset audire ac discere, non allata extrinsecus, non per ostentationem, sed indidem nata acceptaque.

20 Praeterea de penu adscribendum hoc etiam putavi Servium Sulpicium in reprehensis Scaevolae capitibus *(fr. 4 H. 3 Br.)* scripsisse Cato Aelio *(fr. 1 H. et Br.)* placuisse, non quae esui et potui forent, sed thus quoque et cereos in penu esse, quod esset eius
21 ferme rei causa comparatum. Masurius autem Sabinus in iuris civilis secundo *(fr. 1 H. 38 Br.)* etiam, quod iumentorum causa apparatum esset, quibus domi-
22 nus uteretur, penori attributum dicit. Ligna quoque et virgas et carbones, quibus conficeretur penus, quibusdam *(Rufi resp. 1ᵇ p. 44 Mucii iur. civ. fr. 7ᵃ Br.)* ait
23 videri esse in penu. Ex his autem, quae promercalia et usaria isdem in locis ⟨essent⟩, esse ea sola penoris putat, quae satis sint usu annuo.

## II

Morbus et vitium quid differat; et quam vim habeant vocabula ista in edicto aedilium; et an eunuchus et steriles mulieres redhiberi possint; diversaeque super ea re sententiae.

1 In edicto aedilium curulium, qua parte de mancipiis vendundis cautum est, scriptum sic fuit

---

9 sqq. Dig. XXXIII 9, 3, 7 sqq. 18 sqq. Dig. l. l. 4, 2 XXXII 60, 2 25 sqq. ad totum caput cfr. Dig. XXI 1, 1 sqq. (Cic. Tusc. IV 13, 28 sq.), ad § 1 Cic. off. III 17, 71 Varro r. r. II 10, 5 Dig. XXI 1, 17, 17 FIR p. 256

---

1 suo *add.* σ vero *Hertz* || 3 in g. commune ω *corr.* *Mercerus* || 9 sato (o *ex* e R) ω *corr.* ς Sexto *Thysius* || 11 quodque *Beroaldus* | esset] P non esset R esset non V | eius familiae *Cannegieter* || 15 Signa ω *corr.* σ || 16 quibus (dam *om.*) R || 19 essent esse *Mms.* (σ) esse ω || 23 an] ς ne V *om.* P

[redacted]



*(FIR p. 214)*: Titulus servorum singulorum scrip-
tus sit curato ita, ut intellegi recte possit,
quid morbi vitiive cuique sit, quis fugitivus
errove sit noxave solutus non sit.
Propterea quaesierunt iureconsulti veteres 2
*(III p. 510 Br.)*, quod 'mancipium morbosum' quodve
'vitiosum' recte diceretur quantumque 'morbus' a 'vitio'
differret. Caelius Sabinus in libro, quem de edicto 3
aedilium curulium composuit *(fr. 1 H. fr. 2 Br.)*,
Labeonem *(ad ed. aedil. fr. 27 H. 1 Br.)* refert, quid
esset 'morbus', hisce verbis definisse: Morbus est
habitus cuiusque corporis contra naturam, qui
usum eius facit deteriorem. Sed 'morbum' alias 4
in toto corpore accidere dicit, alias in parte corporis.
Totius corporis 'morbum' esse, veluti sit phthisis aut
febris, partis autem, veluti sit caecitas aut pedis de-
bilitas. Balbus autem inquit et atypus vitiosi 5
magis quam morbosi sunt, et equus mordax
aut calcitro vitiosus, non morbosus est. Sed
cui morbus est, idem etiam vitiosus est. Ne-
que id tamen contra fit; potest enim, qui vi-
tiosus est, non morbosus esse. Quamobrem,
cum de homine morboso agetur, aeque inquit
ita dicetur: 'quanto ob id vitium minoris
erit'.

De eunucho quidem quaesitum est, an contra edic- 6
tum aedilium videretur venundatus, si ignorasset emptor
eum eunuchum esse. Labeonem *(ad ed. aedil. fr. 28 H.* 7
*12 Br.)* respondisse aiunt redhiberi posse quasi mor-
bosum; sues etiam feminae si sterilae essent et venum 8
issent, ex edicto aedilium posse agi Labeonem scrip-

---

1 seruorum] ς scriptorum ω *del. Hertz* ‖ 5 iuris cons. R ‖ 11 est] et $P^1V$ ‖ 12 huiusque R quisque *Huschke* ‖ 15 sit *om.* ς | phisis ω *corr.* $P^2$(pth.) ‖ 16 pedi R ‖ 17 atyphus (atiph. R) ω ‖ 21 sit P ‖ 23 aeque *Huschke* neque ω ‖ 24 quando ω *corr.* ς quanti *Carrio* ‖ 27 ignoraret R ‖ 30 feminas ω *corr. Huschke* | sterile ω -les $P^2$ | et meminissent P

9 sisse. De sterila autem muliere, si nativa st
sit, Trebatium contra Labeonem respondisse
10 Nam cum redhiberi eam Labeo *(fr. 28 H. 3 Br.)*
minus sanam putasset, negasse aiunt Treb
*(fr. 10 H. resp. 24 Br.)* ex edicto agi posse, si ea
a principio genitali sterilitate esset. At si va
eius offendisset exque ea vitium factum esset,
cipere fetus non posset, tum sanam non videri
11 in causa redhibitionis. De myope quoque, qui
tiosus' Latine appellatur, dissensum est; alii
redhiberi omnimodo debere, alii contra, nisi id
12 morbo contractum esset. Eum vero, cui dens d
Servius *(fr. 17 H. resp. 108 B.)* redhiberi posse r
dit, Labeo *(l. l. fr. 29 H. 2 Br.)* in causa esse redh
negavit: nam et magna inquit pars dente al
carent, neque eo magis plerique homines
bosi sunt, et absurdum admodum est dicere
sanos nasci homines, quoniam cum infant
non simul dentes gignuntur.

13 Non praetereundum est id quoque in libris v
rum iurisperitorum *(Cael. Sab. ad ed. fr. 1 sqq.)*
scriptum esse 'morbum' et 'vitium' distare,
'vitium' perpetuum, 'morbus' cum accessu dece
14 sit. Sed hoc si ita est, neque caecus neque eunu
morbosus est contra Labeonis, quam supra dixi,
tentiam.

15 Verba Masuri Sabini apposui ex libro i
civilis secundo *(fr. 5 H. 173 sq. Br.)*: Furiosus
tusve cuive quod membrum lacerum laesum

---

1 Dig. XXI 1, 14, 3 9 Non. II p. 135, 10 Fulgent.
ant. p. 561 M. CGL VI 662 22 sqq. Non. V p. 440, 31
L 16, 101, 2

---

1 sterili (ter. R) PR ‖ 4 necesse aiunt (n. esset R) tr.
aposses(s)i (aposasi R) ea ω *corr. JGr.* ‖ 9 demum (
ope ω *corr. Beroaldus* ‖ 12 Eum σ Cum ω

[redacted]



**est aut obest, quo ipse minus aptus sit, morbosi sunt. Qui natura longe minus videt, tam sanus est, quam qui tardius currit.**

### III

**Quod nullae fuerunt rei uxoriae actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium; atque inibi, quid sit proprie paelex, quaeque eius vocabuli ratio sit.**

Memoriae traditum est quingentis fere annis post 1
Romam conditam nullas rei uxoriae neque actiones
neque cautiones in urbe Roma aut in Latio fuisse,
quoniam profecto nihil desiderabatur nullis etiamtunc
matrimoniis divertentibus. Servius quoque Sulpicius 2
in libro, quem composuit de dotibus *(fr. 1 H. p. 227 Br.)*, tum primum cautiones rei uxoriae necessarias
esse visas scripsit, cum Spurius Carvilius, cui Ruga
cognomentum fuit, vir nobilis, divortium cum uxore
fecit, quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur,
anno urbis conditae quingentesimo vicesimo tertio
M. Atilio P. Valerio consulibus. Atque is Carvilius
traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse carissimamque morum eius gratia habuisse, set iurisiurandi
religionem animo atque amori praevertisse, quod iurare
a censoribus coactus erat uxorem se liberum quaerundum gratia habiturum.

'Paelicem' autem appellatam probrosamque habitam, 3
quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu

---

8 sqq. XVII 21, 44 Dion. Hal. II 25, 7 Val. Max. II 1, 4 Plut. comp. Thes. et Rom. VI 6 Num. et Lyc. III 11 quaest. R. 14; 59 Tert. apol. 6 de monog. 9 25 sqq. Paul. p. 222, 3 Gran. Lic. fr. 6 Dig. L 16, 144 CGL V 130, 39 VII 62

---

1 quod R | ipsi ω, *unde possis* aptum || 2 Qui] P² Cui ω | 3 tardus R || 7 eis ω || 10 romana R || 11 desiderabantur ς | 15 uisa P¹V || 18 DXXVII ς || 19 consule ω *corr.* ς || 20 carissimaque ω || 21 sed *Carrio* et ω || 25 probosam ω *corr.* ς || 26 ee PV | manum P¹V

[redacted]



mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numae regis fuisse accepimus *(FIR p. 8 fr. 2 I p. 135 Br.)*: Paelex aedem Iunonis ne tangito; si tangit, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito.

'Paelex' autem quasi πάλλαξ, id est quasi παλλακίς. Vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum est.

## IV

Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripserit de iure atque more veterum sponsaliorum.

1 Sponsalia in ea parte Italiae, quae Latium appel-
latur, hoc more atque iure solita fieri scripsit Servius
Sulpicius in libro, quem scripsit de dotibus *(fr. 2 H.*
2 *p. 226 Br.)*: Qui uxorem inquit ducturus erat, ab
eo, unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium datum iri. Qui ducturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur 'sponsalia'. Tunc, quae promissa erat, 'sponsa' appellabatur, qui spoponderat ducturum, 'sponsus'. Sed si post eas stipulationis uxor non dabatur aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat. Iudices cognoscebant. Iudex, quamobrem data acceptave non esset uxor, quaerebat. Si nihil iustae causae videbatur, litem pecunia aesti-

6 sqq. Non. I p. 6, 18  12 sqq. Varro l. l. VI 7, 69 sqq. Serv. A. X 79  20 l. 1 Non. V p. 439, 9 Dig. XXIII 1, 2 (Arnob. IV 20)

3 aram *Paulus* || 14 inscripsit *Huschke* || 16 eum R || 17 ducturum iri. Cui ω *corr. Otho, qui tum* daturus; *plura supplevit et* id eidem (*malim* ⟨id⟩ itidem) *in v. 18 scripsit Mms.* daturum; ductum iri, qui *Hertz, alii aliter* || 19 Nunc R || 21 sponderat (-ra R) ω || 22 ea ω || 23 stipulatus fuerat ⟨aut qui spoponderat⟩ *Gr.* || 24 Iud. c. *del. Mms.* || 25 fuisset R || 26 uidebantur PV

...at, quantique interfuerat eam uxorem ac-
...i aut dari, eum, qui spoponderat, ⟨aut⟩ qui
...ulatus erat, condemnabat.
Hoc ius sponsaliorum observatum dicit Servius 3
...id tempus, quo civitas universo Latio lege Iulia
...est. Haec eadem Neratius scripsit in libro, 4
...n de nuptiis composuit *(fr. 1 Br.)*.

V

**...oria narrata de perfidia aruspicum Etruscorum; quodque ...b eam rem versus hic a pueris Romae urbe tota cantatus ...t: 'Malum consilium consultori pessimum est'.**

Statua Romae in comitio posita Horatii Coclitis, 1
...tissimi viri, de caelo tacta est. Ob id fulgur pia- 2
...lis luendum aruspices ex Etruria acciti inimico atque
...stili in populum Romanum animo instituerant eam
...m contrariis religionibus procurare atque illam sta- 3
...am suaserunt in inferiorem locum perperam transponi,
...em sol opposito circum undique altarum aedium
...mquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent, 4
...lati ad populum proditique sunt et, cum de perfidia
...nfessi essent, necati sunt, constititque eam statuam,
...roinde ut verae rationes post compertae monebant,
...n locum editum subducendam atque ita in area Vol-
...ani sublimiore loco statuendam; ex quo res bene ac
...rospere populo Romano cessit. Tum igitur, quod in 5
Etruscos aruspices male consulentis animadversum vin-

2 aut *add.* σ ei *Cramer* ‖ 4 occius V octius P[1] Doctius R ‖ ... uniuersa RV ui uersa P ‖ 6 ueracius (-tius P) ω *corr.* ς ‖ 12 oratio RV ‖ 16 contractis (contrat' R) regionibus ω *corr.* ς ‖ ...statuam] PR[2] stiiam V tuam R ‖ 18 undique] montis P Monetae *Mms.* | altarum *Jahn* aliarum RV -umque P (*Mms.*) ‖ 21 con-...essent V confesserant R ‖ 24 sublimiori R | quo] P q RV ea-...ae σ ‖ 25 P. R. ω ‖ 26 anim (*sic* RV *om.* P) uindicatumque (que ...m. P) ω *corr.* σ

[redacted]



dicatumque fuerat, versus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur *(p. 37 B.)*:

malúm consilium cónsultori péssimum est.

6 Ea historia de aruspicibus ac de versu isto senario scripta est in annalibus maximis, libro undecimo *(fr. 3 P.)*, et in Verri Flacci libro primo rerum
7 memoria dignarum *(p. XIII M.)*. Videtur autem versus hic de Graeco illo Hesiodi versu expressus *(ἔργ. 266)*:

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

## VI

Verba veteris senatusconsulti posita, quo decretum est hostiis maioribus expiandum, quod in sacrario hastae Martiae movissent; atque ibi enarratum, quid sint 'hostiae succidaneae', quid item 'porca praecidanea'; et quod Capito Ateius ferias 'praecidaneas' appellavit.

1 Vt terram movisse nuntiari solet eaque res procuratur, ita in veteribus memoriis scriptum legimus nuntiatum esse senatui in sacrario in regia hastas
2 Martias movisse. Eius rei causa senatusconsultum factum est M. Antonio A. Postumio consulibus, eiusque exemplum hoc est: Quod C. Iulius L. filius pontifex nuntiavit in sacrario ⟨in⟩ regia hastas Martias movisse, de ea re ita censuerunt, uti M. Antonius consul hostiis maioribus Iovi et Marti procuraret et ceteris dis, quibus videretur, lactantibus. ⟨Ibus⟩ uti procurasset, satis

---

3 cfr. Otto, Sprichw. p. 90 18 Amm. XXXI 4, 7

---

5 anilibus **RV** ‖ 7 dignarum hucusque **P** *cfr. I 8, 6* ‖ 12 ueteri **PV** | senatusconsulti sit a (-tis ita **P**) quo ω *corr. Lion* sita *del. Hertz* ‖ 13 hostie marti (arti **P**) ω | mouisset **V** ‖ 15 item tempore apracidanea ω *corr. Gr.* | ad eius ω | 20 consilium **V** ‖ 21 cos ω ‖ 23 in *add.* σ ‖ 26 Marti σ M. ω ‖ 27 plantantibus ω *corr. Huschke et Hertz* placandis σ | Ibus *add. Scioppius*

[redacted]



habendum censuerunt. Si quid succidaneis opus
esset, robiis succideret.
Quod 'succidaneas' hostias senatus appellavit, quae- 3
ri solet, quid verbum id significet. In Plauti quoque
comoedia, quae Epidicus inscripta est, super eodem 4
ipso verbo requiri audio in his versibus (*v. 139*):

mén piaculárem oportet fíeri ob stultitiám tuam,
út meum tergum tuaé stultitiae súbdas succidáneum?

'Succidaneae' autem 'hostiae' dicuntur ae littera 5
per morem compositi vocabuli in ⟨i⟩ litteram mutata
quasi 'succaedaneae', appellatae, quoniam, si primis 6
hostiis litatum non erat, aliae post easdem ductae
hostiae caedebantur; quae quia prioribus iam caesis
luendi piaculi gratia subdebantur et succidebantur,
'succidaneae' nominatae littera ⟨i⟩ scilicet tractim pronuntiata; audio enim quosdam eam litteram in hac
voce barbare corripere.
Eadem autem ratione verbi 'praecidaneae' quoque 7
hostiae dicuntur, quae ante sacrificia sollemnia pridie
caeduntur. 'Porca' etiam 'praecidanea' appellata, quam 8
piaculi gratia ante fruges novas captas immolare Cereri
mos fuit, si qui familiam funestam aut non purgaverant
aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant.
Sed porcam et hostias quasdam 'praecidaneas', 9
sicuti dixi, appellari volgo notum est, ferias 'praecidaneas' dici id, opinor, a volgo remotum est. Prop- 10

11 sqq. Fest. p. 302, 23 Serv. pl. A. II 140 (VIII 641) 20 sqq. Cato r. r. 134 Fest. p. 218, 17 Paul. p. 223, 19 GLK VI 25, 16 (Non. II p. 163, 17)

1 su(c)cendaneis *ω* ‖ 2 robus **P** | succederet **V**[1] ‖ 4 id *ex* hoc **R** ‖ 9 stult. tuae *Plaut.* ‖ 11 ae littera *JGr.* aliter *ω* ‖ 12 i *add. σ* | tramutata *Mms.* (*σ*) nam *ω*; *cogitabam de* ⟨ex⟩ ae littera . . i littera nata ‖ 13 succedaniae *ω* ‖ 15 quae quia *Otho* Due qua (quas **R**) *ω* ‖ 17 i *add. σ* ‖ 23 carptas *Gr.* | immolari **R** ‖ 24 quid *ω* | funesta **R** | purgati erant **V** ‖ 25 oporteat **R**[1]

[redacted]



terea verba Atei Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio iure *(fr. 8 H. 1 Br.)* composuit, scripsi: Tib. Coruncanio pontifici maximo feriae praecidaneae in atrum diem inauguratae sunt. Collegium decrevit non habendum religioni, quin eo die feriae praecidaneae essent.

## VII

De epistula Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta super accentu nominum quorundam Poenicorum.

1 Valerius Probus grammaticus inter suam aeta-
2 tem praestanti scientia fuit. Is 'Hannibalem' et 'Has-
drubalem' et 'Hamilcarem' ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecteret, et est epistula eius scripta ad Marcellum, in qua Plautum *(fr. f. inc. XLII G.)* et Ennium multosque alios veteres eo modo pronun-
3 tiasse affirmat, solius tamen Ennii versum unum ponit ex libro, qui Scipio inscribitur.
4 Eum versum quadrato numero factum subiecimus, in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine cir-
5 cumflexe promatur, numerus clausurus est. Versus Ennii, quem dixit, ita est *(sat. 13 M. 465 B.)*:

qua propter Hánnibalis cópias consíderat.

## VIII

Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit, quem cum odisset inimicusque esset, designandum tamen consulem curavit.

1 Fabricius Luscinus magna gloria vir magnisque
2 rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufinus manu quidem

---

10 sqq. Probus (GLK IV) 127, 8 (Varro l. l. VIII 38, 72 X 3, 70 Quint. I 5, 60 GLK III 523, 8) Schoell acta soc. ph. Lips. VI p. 200 27 Cic. de or. II 66, 268 Quint. XII 1, 43 Dio fr. 34, 1 M.

---

1 adei ω || 2 qd' ω || 3 scripsit ibi coruncanio (-rio PV) ω || 9 supra (sup̃ V) centum ω *corr.* ς || 13 et est *Lion* ut est ω *teste Gr.* || 20 ponatur ς || 22 ⟨si⟩ qua *Buecheler* quaque *Hertz* | considerant V

[redacted]



strenuus et bellator bonus militarisque disciplinae pe-
ritus admodum fuit, sed furax homo et avaritia acri
erat. Hunc Fabricius non probabat neque amico ute- 3
batur osusque eum morum causa fuit. Sed cum in 4
temporibus rei difficillimis consules creandi forent et
is Rufinus peteret consulatum competitoresque eius
essent inbelles quidam et futtiles, summa ope adnixus
est Fabricius, uti Rufino consulatus deferretur. Eam 5
rem plerisque admirantibus, quod hominem avarum,
cui esset inimicissimus, creari ⟨consulem vellet, 'malo,' 6
inquit 'civis me⟩ compilet, quam hostis vendat'.

Hunc Rufinum postea bis consulatu et dictatura 7
functum censor Fabricius senatu movit ob luxuriae
notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet.
Id autem, quod supra scripsi Fabricium de Cornelio 8
Rufino ita, uti in pleraque historia scriptum est, dixisse,
M. Cicero non aliis a Fabricio, sed ipsi Rufino gra-
tias agenti, quod ⟨ope⟩ eius designatus esset, dictum
esse refert in libro secundo de oratore *(66, 268)*.

## IX

Quid significet proprie 'religiosus'; et in quae deverticula significatio istius vocabuli flexa sit; et verba Nigidii Figuli ex commentariis eius super ea re sumpta.

Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, iuxta 1
M. Varronem doctissimus, in undecimo commen-
tariorum grammaticorum *(fr. 4 Sw.)* versum ex an-

---

12 sqq. XVII 21, 39 Liv. epit. 14 Dion. Hal. XX 13 Val. Max. II 9, 4 Plin. XVIII 6, 39 XXXIII 11, 142; 12, 153 Plut. Sull. 1 Dio fr. 35 M. Flor. I 13, 22 Tert. apol. 6 August. civ. dei V 18 Ampel. XVIII 9 Zonar. VIII 6 schol. Iuv. IX 142

---

1 disciplina RV | praeditus R || 4 usus que ω *corr.* P² || 5 rei p. σ || 7 imbecilles R | subtiles V¹ || 8 est] & ω || 10 consulem — me *vel sim. add. multi* || 14 facti haberet *Scioppius* factitaret ω iactitaret *JGr.* || 16 ut in V uti pl. P || 17 alius ω || 18 ope *add. hic Hertz* | dedignatus ω || 19 esset PV || 26 uersu ω

[redacted]



tiquo carmine refert memoria hercle dignum *(p. 36 B. trag. fr. p. 297 R.[3])*:

religentem esse oportet, religiosus ne fuas,

2 cuius autem id carmen sit, non scribit. Atque in eodem
loco Nigidius: Hoc inquit inclinamentum semper huiuscemodi verborum, ut 'vinosus', 'mulierosus', 'religiosus', significat copiam quandam inmodicam rei, super qua dicitur. Quocirca 'religiosus' is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione sese alligaverat, eaque res vitio assignabatur.

3 Sed praeter ista, quae Nigidius dicit, alio quodam
deverticulo significationis 'religiosus' pro casto atque
observanti cohibentique sese certis legibus finibusque
4 dici coeptus. Simili autem modo illa quoque vocabula
ab eadem profecta origine diversum significare viden-
5 tur: 'religiosi dies' et 'religiosa delubra'. 'Religiosi'
enim 'dies' dicuntur tristi omine infames inpeditique,
in quibus et res divinas facere et rem quampiam novam exordiri temperandum est, quos multitudo impe-
6 ritorum prave et perperam 'nefastos' appellat. Itaque
M. Cicero in libro epistularum nono ad Atticum
*(5, 2)*: maiores inquit nostri funestiorem diem esse voluerunt Aliensis pugnae quam urbis captae, quod hoc malum ex illo. Itaque alter religiosus etiamnunc dies, alter in volgus igno-
7 tus. Idem tamen M. Tullius in oratione de accu-

9 Non. V p. 432, 4 Serv. A. VIII 349 13 Fest. p. 289, 15 (Macr. III 3, 10) 17 Fest. p. 278, 12 Non. IV p. 379, 1 Serv. pl. g. I 269 CIL I p. 373 20 sq. V 17, 1

3 ⟨ted⟩ esse *Fleckeisen* | ne fuas *idem* nefas ω sed religiosumst nefas *L Mueller* || 4 non refert **R** || 9 appellatur **R** || 10 alligauerit neque **R** || 11 assignatur **R**[1] || 17 del.] templa **R** | § 5 *om.* **R** || 18 homine (homines **VP**[2]) infame inpenditeque ω *corr.* ς || 19 diuina ω || 24 alienis ω | quod orbis *Nonii codd.* || 25 aliter — aliter *Non.*

[redacted]



satore constituendo *(div. in Caec. I 3)* religiosa
delubra dicit non ominosa nec tristia, sed maiestatis
venerationisque plena. Masurius autem Sabinus in 8
commentariis, quos de indigenis composuit *(fr.
13 H. p. 366 Br.)*: 'religiosum' inquit est, quod
propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est; verbum a 'relinquendo' dictum, tamquam 'caerimoniae' a 'carendo'. Se- 9
cundum hanc Sabini interpretationem templa quidem
ac delubra — quia horum cumulus in vituperationem
non cadit, ut illorum, quorum laus in modo extat —,
quae non volgo ac temere, sed cum castitate caerimoniaque adeundum, et reverenda et reformidanda sunt
magis quam involganda: sed dies 'religiosi' dicti, quos 10
ex contraria causa propter ominis diritatem relinquimus. Et Terentius *(haut. 228)*: 11

tum, quód dem, recte est. nám nihil esse
míhi religio est dícere.

Quod si, ut ait Nigidius, omnia istiusmodi in- 12
clinamenta nimium ac praeter modum significant et
idcirco in culpas cadunt, ut 'vinosus', 'mulierosus', 'morosus', 'verbosus', 'famosus', cur 'ingeniosus' et 'formosus' et 'officiosus' et 'speciosus', quae pariter ab ingenio et forma et officio inclinata sunt, cur etiam 'disciplinosus', 'consiliosus', 'victoriosus', quae M. Cato *(fr. inc. 42 J.)* ita affiguravit, cur item 'facundiosa', quod Sempronius Asellio XIII. rerum gestarum *(fr. 10 P.)* ita scripsit: facta sua spectare oportere,

3 Serv. pl. A. II 365 4 sqq. Macr. III 3, 8 (Ser. Sulpicius) Non. V p. 432, 4 Grom. lat. I p. 23, 22 Lachm. 8 August. retr. II 37 Isid. VI 19, 36 CGL VI 163 15 Amm. XXVIII 4, 8 25 Non. VI p. 463, 3

2 ignominiosa P ‖ 10 quia — extat *del. Mdg.* | horum] & P | 13 ad eundem R[1] adeuntur *Mdg.* ‖ 14 diuolganda R ‖ 17 quoddam P quod ēē R quod dem ei *plur. codd. Ter.* | nam *Ter.* an ω ; esse *om.* R ‖ 24 et specie *desidero* ‖ 26 afiguravit V figurauit P

[redacted]



non dicta, si minus facundiosa essent, cur, in-
quam, ista omnia numquam in culpam, sed in laudem
dicuntur, quamquam haec item incrementum sui nimium
demonstrent? an propterea, quia illis quidem, quae
supra posui, adhibendus est modus quidam necessarius?
13 Nam et gratia, si nimia atque inmodica, et mores, si
multi atque varii, et verba, si perpetua atque infinita
et obtundentia, et fama, si magna et inquieta et in-
14 vidiosa sit, neque laudabilia neque utilia sunt; ingenium
autem et officium et forma et disciplina et consilium
et victoria et facundia sicut ipsae virtutum amplitu-
dines nullis finibus cohibentur, sed quanto maiora
auctioraque sunt, multo etiam tanto laudatiora sunt.

## X

Quid observatum de ordine rogandarum in senatu sententiarum; iurgiumque in senatu C. Caesaris consulis et M. Catonis diem dicendo eximentis.

1 Ante legem, quae nunc de senatu habendo obser-
2 vatur, ordo rogandi sententias varius fuit. Alias primus
rogabatur, qui princeps a censoribus in senatum lectus
3 fuerat, alias, qui designati consules erant; quidam e
consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem
is visum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam
4 primum rogabant. Observatum tamen est, cum extra
ordinem fieret, ne quis quemquam ex alio quam ex
5 consulari loco sententiam primum rogaret. C. Caesar
in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quattuor
solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex
his quattuor principem rogabat M. Crassum; sed post-

18 sqq. XIV 7, 9 29 Suet. Caes. 21

3 item *scripsi* cum ω q. aecum *Hertz* || 5 posuit ω || 8 invidiosast *Mdg.* || 13 multo *Gr.* mito (inito **P**) ω || 16 iurgiorum qui ω *corr. Boot* iurgiaque *Hertz* || 19 sentencia **P**[1] || 22 quam ω *corr.* σ || 23 sin sumerat **R**

quam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum coeperat Pompeium rogare.
Eius rei rationem reddidisse eum senatui Tiro 6
Tullius, M. Ciceronis libertus, refert *(fr. 1 P. p. 6 L.)*,
itaque se ex patrono suo audisse scribit. Id ipsum 7
Capito Ateius in libro, quem de officio senatorio composuit, scriptum reliquit *(fr. 18 H. 1 Br.)*.
In eodem libro Capitonis *(fr. 18 H. 2 Br.)* id 8
quoque scriptum est: C. inquit Caesar consul M. Catonem sententiam rogavit. Cato rem, quae consulebatur, quoniam non e republica videbatur, perfici nolebat. Eius rei ducendae gratia longa oratione utebatur eximebatque dicendo diem. Erat enim ius senatori, ut sententiam rogatus diceret ante, quicquid vellet aliae rei et quoad vellet. Caesar consul viatorem vocavit eumque, cum finem non faceret, prendi loquentem et in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit et prosequebatur Catonem in carcerem. Hac inquit invidia facta Caesar destitit et mitti Catonem iussit.

## XI

Quae qualiaque sint, quae Aristoxenus quasi magis comperta de Pythagora memoriae mandavit; et quae item Plutarchus in eundem modum de eodem Pythagora scripserit.

Opinio vetus falsa occupavit et convaluit Pytha- 1
goram philosophum non esitavisse ex animalibus, item

9 sqq. Val. Max. II 10, 7 Plut. Caes. 14 Cat. min. 33 Suet. Caes. 20 Dio XXXVIII 3

3 reddisse ω || 14 Orat PR || 27 item] uitem uel fabam P uitam V uiam R

2 abstinuisse fabulo, quem Graeci κύαμον appell hac opinione Callimachus poeta scripsit (fr. 12

καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν ἀνιῶντ
στοῦ
κἀγώ, Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε, λέγω.

3 Ex eadem item opinione M. Cicero in libro vinatione primo (30, 62) haec verba posuit: igitur Plato sic ad somnum proficisci co bus affectis, ut nihil sit, quod errorem perturbationemque afferat. Ex quo Pythagoreis interdictum putatur, ne vescerentur, quae res habet inflationem m tranquillitatem mentis quaerentibus c riam.

4 Haec quidem M. Cicero. Sed Aristoxenu cus, vir litterarum veterum diligentissimus, Ari philosophi auditor, in libro, quem de Pyth reliquit, nullo saepius legumento Pythagora usum quam fabis, quoniam is cibus et subduce
5 sim alvum et levigaret. Verba ipsa Aristoxe scripsi (FHG II 273): Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσ μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασεν· λειάντι γὰρ εἶναι καὶ διαχωρητικόν· διὸ καὶ μά κέχρηται αὐτῷ.

6 Porculis quoque minusculis et haedis tener
7 victitasse idem Aristoxenus refert. Quam re tur cognovisse e Xenophilo Pythagorico, f

11 Cic. de div. II 58, 119 Porph. Hor. s. II 6, 63) 2
X 13 p. 418 Diog. L. VIII 1, 18 (20)

1 faba R pabulo P² | KYMON ω || 2 poete PV || 3 ›
ΕΝΕΝ V ! ΕΔΕΙΤΟΥϹ V || 10 etiam] eum a P || 11 py
cis Cic. || 12 magnam is cibus tranq. m. quaerentibus
esse contrariam ω corr. Gr. quod habet infl. m. is cib
quillitati mentis quaerenti(s) vera contrariam Cic. || 1
tili P -elis RV || 20 subscripsit P || 21 δὲ τῶν] ΛΕΓΩΝ V
ἀΝΚΥΤΙΚΟΝ V corr. Cobet || 25 munusculis PV

[redacted]



suo, et ex quibusdam aliis natu maioribus, qui ab
aetate Pythagorae ⟨minus diu aberant⟩. Ac de ani- 8
malibus Alexis etiam poeta in comoedia, quae *Πυ-
θαγορίζουσα* inscribitur, docet *(fr. 199 K.)*. Videtur 9
autem de *κυάμῳ* non esitato causam erroris fuisse,
quia in Empedocli carmine, qui disciplinas Pytha-
gorae secutus est, versus hic invenitur *(fr. 141 D.)*:

*δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχε-
σθαι.*

Opinati enim sunt plerique *κυάμους* legumentum dici, 10
ut a vulgo dicitur. Sed qui diligentius scitiusque carmina Empedocli arbitrati sunt, *κυάμους* hoc in loco testiculos significare dicunt, eosque more Pythagorae operte atque symbolice *κυάμους* appellatos, quod sint *αἴτιοι τοῦ κυεῖν* et geniturae humanae vim praebeant; idcircoque Empedoclen versu isto non a fabulo edendo, sed a rei veneriae prolubio voluisse homines deducere.

Plutarchus quoque, homo in disciplinis gravi 11
auctoritate, in primo librorum, quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse *(fr. 194 VR.)*, quod non abstinuerint edundis animalibus, nisi pauca carne qua-
dam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata 12
est, subscripsi *(VII p. 100 Bern.)*: *Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἀπέχεσθαί φησιν τοὺς Πυθαγορι-
κούς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις.* *Ἀκαλήφη* autem 13

---

24 sqq. Diog. L. VIII 1, 18 (19) Porph. vit. Pyth. 45  28 CGL VII 385

---

2 m. d. ab. *add. Hertz* (σ) ‖ 3 pytagori (pit. V) uia PV pytagoruua R *corr. Reinesius* ‖ 4 indocet PV ‖ 5 causa e. f., qui in .. sic invenitur *Mms.* ‖ 8 ΕΛΕϹΘΑΙ V *ἔχεσθε Didymus* ‖ 10 dici ut *Salmas.* dicitur ω ‖ 11 a u. dic. *om.* R ‖ 16 in emp. ω in *del.* σ et emp. *Gr.* ‖ 17 proluuio ω *Hertz* ‖ 25 subscripsit ω

[redacted]



est animal marinum, quod 'urtica' appellatur. Sed et piscibus mullis abstinere Pythagoricos Plutarchus in Symposiacis *(VIII 8)* dicit.

14 Pythagoram vero ipsum sicuti celebre est Euphorbum primo fuisse dictasse, ita haec remotiora sunt his, quae Clearchus *(FHG II 317)* et Dicaearchus *(FHG II 244)* memoriae tradiderunt, fuisse eum postea Pyrrum, deinde Aethaliden, deinde feminam pulcra facie meretricem, cui nomen fuerat Alco.

## XII

Notae et animadversiones censoriae in veteribus monumentis repertae memoria dignae.

1 Si quis agrum suum passus fuerat sordescere eumque indiligenter curabat ac neque araverat neque purgaverat, sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictui, non id sine poena fuit, sed erat opus cen-
2 sorium, censoresque aerarium faciebant. Item, quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus erat, 'inpolitiae' notabatur; id verbum
3 significat, quasi tu dicas 'incuriae'. Cuius rei utriusque auctoritates sunt, et M. Cato id saepenumero *(fr. 2 p. 52 J.)* adtestatus est.

---

1 sq. Diog. L. VIII 1, 18 (19); 19 (33 sq.) Porph. l. l. 4 sqq. Diog. L. VIII 1, 4 (4 sq.) Porph. l. l. Iamblich. 63 Tertull. de an. 28; 31 schol. Apoll. Rh. I 645 Suid. s. v. ἤδη (Porph. et Acro Hor. c. I 28, 10) 13 sqq. Plin. XVIII 3, 11 (; 6, 32) 19 Paul. p. 108, 4

---

2 mullis *del. Hertz* multis *Mms.* || 5 ⟨se⟩ dictasse *Hertz* (σ) | dictasse. Ita *dist.* ω | haec *vel* his *del. Mms.* iis *Vahlen; an* his rem. s. haec? || 6 que archus P || 7 pirrandum (pyrr. P) ω Pyrandrum ς Pyrrum Pyranthium *Hertz* || 8 deinde thalidena (-da et hal. P talideria R) ω || 9 Alce σ || 12 reper P$^{1}$V | memorie ω || 14 curarat *Petschenig* || 16 pen(a)e PR$^{2}$V || 17 qui *Vogel* si quis σ quisquis *CFWMueller* || 20 quasi si R || 21 auctoritate PV

## XIII

Quod incentiones quaedam tibiarum certo modo factae ischiacis mederi possunt.

Creditum hoc a plerisque esse et memoriae man- 1
datum, ischia cum maxime doleant, tum, si modulis
lenibus tibicen incinat, minui dolores, ego nuperrime 2
in libro Theophrasti *(fr. 87 Wi.)* scriptum inveni.
Viperarum morsibus tibicinium scite modulateque ad- 3
hibitum mederi refert etiam Democriti liber, qui
inscribitur ⟨περὶ λοιμῶν⟩, in quo docet plurimis
hominum morbidis medicinae fuisse incentiones tibia-
rum. Tanta prosus adfinitas est corporibus hominum 4
mentibusque et propterea vitiis quoque aut medellis
animorum et corporum.

## XIV

Narratur historia de Hostilio Mancino aedilium et Manilia meretrice; verbaque decreti tribunorum, ad quos a Manilia provocatum est.

Cum librum IX. Atei Capitonis coniecta- 1
neorum legeremus, qui inscriptus est de iudiciis
publicis *(fr. 1 H. 1 Br.)*, decretum tribunorum visum
est gravitatis antiquae plenum. Propterea id memi- 2
nimus, idque ob hanc causam et in hanc sententiam
scriptum est: Aulus Hostilius Mancinus aedilis curulis

---

5 sqq. Plin. XXVIII 2, 21 Athen. XIV 18 p. 624ᵃ Apollon. hist. mir. 49 Mart. Cap. IX 926; 928 Eustath. p. 1078, 41

---

2 certe ω | fact(a)e sciacis ω *corr.* σ || 4 hos **PR** | esse *Hertz* est ω *cfr. adn. seq.* || 6 dolores. Ego — inueni, uip. — mederi. Refert *interp.* ω *corr. Gr.* || 7 Theophrasti ⟨περὶ ἐνθουσιασμοῦ⟩ *supplendum censeo, ut in v. 10* περὶ λοιμῶν *add. Hertz, om.* ω (GR. *ibi* **R**) περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν (λοιμικῶν *Muret.*) κανών (κακῶν *Carrio*) σ, *cfr. et Birt apud Natorp, Erkenntnisproblem im Alt. p. 180 adn. 1* || 16 narratu ω | (a)edulium ω aedili ς; *fort.* aedili cur. | mamilia ω || 19 VIII *Scioppius* | catonis ω || 20 uiciis **R** || 22 Praeterea **PV** || 23 hac sententia (-ciam **V**) ω || 24 curilis ω

[redacted]



3 fuit. Is Maniliae meretrici diem ad populum dixit,
quod e tabulato eius noctu lapide ictus esset, vulnus-
4 que ex eo lapide ostendebat. Manilia ad tribunos
5 plebi provocavit. Apud eos dixit comessatorem Man-
cinum ad aedes suas venisse; eum sibi recipere non
fuisse e re sua, sed cum vi inrumperet, lapidibus de-
6 pulsum. Tribuni decreverunt aedilem ex eo loco iure
deiectum, quo eum venire cum corollario non de-
cuisset; propterea, ne cum populo aedilis ageret, inter-
cesserunt.

## XV

Defensa a culpa sententia ex historia Sallustii, quam iniqui eius cum insectatione maligni reprehenderint.

1 Elegantia orationis Sallustii verborumque fingendi
et novandi studium cum multa prorsus invidia fuit,
multique non mediocri ingenio viri conati sunt repre-
hendere pleraque et obtrectare. In quibus plura in-
scite aut maligne vellicant. Nonnulla tamen videri
possunt non indigna reprehensione; quale illud in
Catilinae historia repertum est, quod habeat eam
speciem quasi parum adtente dictum. Verba Sallustii
2 haec sunt *(Cat. III 2)*: Ac mihi quidem, tametsi
hautquaquam par gloria sequitur scriptorem
et auctorem rerum, tamen inprimis arduum
videtur res gestas scribere: primum, quod facta
dictis exaequanda sunt; dein, quia plerique,
quae delicta reprehenderis, malivolentia et in-
vidia dicta putant. Vbi de magna virtute at-

24 sqq. Thuc. II 35, 2

2 et quod ω eo q. *Gr.* | et ambulato (-tu **P**) ω *corr. Salmas.* || 3 Maniliā ω || 6 e re *Btl.* ede ω || 8 coronario ω *corr. Thysius* || 9 ne cum σ neū ω || 12 a *om.* **P** | culpe ω || 13 insectationem ω | maligne ς || 14 orationi ω | findi ω *corr. Gr.* || 15 inuidiae **PV** || 24 actorem **RV**[2] || 26 exequenda ω *corr.* **V**[2] || 27 repr.] *Sall.* deprehenderis (-etis **V** -istis **R**) ω

que gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; supra, veluti ficta, pro falsis ducit. 'Proposuit' inquiunt 3 'dictorum causas, quamobrem videatur esse arduum res gestas scribere; atque ibi cum primam causam ⟨dixerit, dein non alteram causam⟩, sed querellas dicit. Non enim causa videri debet, cur historiae opus ar- 4 duum sit, quod hi, qui legunt, aut inique interpretantur, quae scripta sunt, aut vera esse non credunt.' Obnoxiam quippe et obiectam falsis existimationibus 5 eam rem dicendam aiunt quam 'arduam'; quia, quod est arduum, sui operis difficultate est arduum, non opinionis alienae erroribus.

Haec illi malivoli reprehensores dicunt. Sed 'ar- 6 duum' Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Graeci χαλεπὸν appellant, quod est cum difficile, tum molestum quoque et incommodum et intractabile. Quorum verborum significatio a sententia Sallustii supra scripta non abhorret.

## XVI

De vocabulis quibusdam a Varrone et Nigidio contra cotidiani sermonis consuetudinem declinatis; atque inibi id genus quaedam cum exemplis veterum relata.

M. Varronem et P. Nigidium *(fr. 63 Sw.)*, viros 1 Romani generis doctissimos, comperimus non aliter elocutos esse et scripsisse, quam 'senatuis' et 'domuis' et 'fluctuis', qui est patrius casus ab eo, quod est 'senatus', 'domus'⟨, 'fluctus'⟩; huic 'senatui', ⟨'domui',⟩

---

26 Non. VIII p. 484, 14; 491, 20 GLK I 180, 12; 143, 12 VI 9, 2 adn.

---

2 supra ea *Sall.* || 5 prima R || 6 *Hertzii additamentum fere adoptavi, qui* primum causam aliquam d. || 10 Obnoxi autem q. P | 11 magis dic. ς || 14 mali maliu. P mali R || 22 id] P in id V | 26 locutos P²V¹ || 27 patritius P || 28 sen. et R | et (*sic*) fluctus *et* domui *add.* σ | senatu PRV²

[redacted]



2 'fluctui' ceteraque is consimilia pariter dixisse. Terentii quoque comici versus in libris veteribus itidem scriptus est (*haut. 287*):

eius ánuis causa, opínor, quae est emórtua.

3 Hanc eorum auctoritatem quidam e veteribus grammaticis ratione etiam firmare voluerunt, quod omnis dativus singularis i littera finitus, si non similis est genetivi singularis, s littera addita genetivum singularem facit, ut 'patri patris', 'duci ducis', 'caedi caedis'.
4 'Cum igitur' inquiunt 'in casu dandi 'huic senatui' dicamus, genetivus ex eo singularis 'senatuis' est, non 'senatus'.'

5 Set non omnes concedunt in casu dativo 'senatui'
6 magis dicendum quam 'senatu'. Sicuti Lucilius in eodem casu victu et anu dicit, non 'victui' nec 'anui', in hisce versibus (*IV 8 M. 123 B.*):

quod sumptum atque epulas victu praeponis honesto

et alio in loco (*IV 7 M. 209, 2 B.*):

'anu noceo' inquit.

7 Vergilius quoque in casu dandi aspectu dicit, non 'aspectui' (*A. VI 465*):

teque aspectu ne subtrahe nostro

et in georgicis (*IV 198*):

quod nec concubitu indulgent.

---

4 Non. VIII p. 494, 18 GLK I 54, 31 II 268, 15; 363, 5 IV 25, 33 V 555, 7 VI 476, 21; 27  15 Non. IX p. 501, 24 GLK II 363, 13 Serv. et schol. Bern. g. IV 158  23 Non. IX p. 501, 26  25 GLK II 363, 15 Serv. et schol. Bern. g. IV 198 (ecl. V 29 A. I 257 III 292; 541 IX 602 XII 521)

---

4 opinor causaqu(a)e ω | est] eius V erat mortua *Ter.* || 7 i] R *om.* PV || 13 Sed σ et ω || 17 sumptu V || 21 causa ω

C. etiam Caesar, gravis auctor linguae Latinae, in 8 Anticatone *(II p. 136 Di.)*: unius inquit arrogantiae, superbiae dominatuque. Item in Dolabellam actionis I. lib. I. *(II p. 121 Di. ORF² p. 410)*: Isti, quorum in aedibus fanisque posita et honori erant et ornatu. In libris quoque analogicis 9 *(II p. 129 Di.)* omnia istiusmodi sine i littera dicenda censet.

## XVII

**De natura quarundam particularum, quae praepositae verbis intendi atque produci barbare et inscite videntur, exemplis rationibusque plusculis disceptatum.**

Lucilii ex XI. versus sunt *(XI 14 M. 294 B.)*: 1

Scipiadae magno improbus obiciebat Asellus
lustrum illo censore malum infelixque fuisse.

Obiciebat o littera producta multos legere audio, idque eo facere dicunt, ut ratio numeri salva sit. Idem 2 infra *(XI 10 M. 313 B.)*:

conicere in versus dictum praeconis volebam
Grani.

In hac quoque primi verbi praepositione ⟨o⟩ ob eandem causam producunt. Item XV. *(XV 37 M. 370 B.)*: 3

subicit huic humilem et suffercitus posteriorem,

subicit u littera longa legunt, quia primam syllabam brevem esse in versu heroico non convenit. Item apud 4

---

13 sqq. Quint. I 4, 11 Serv. A IV 549 V 522 GLK IV 450, 12 (VI 35, 25) VII 54, 20; 72, 4; 235, 3 Anecd. H. 227, 31

---

3 dominatuque dñatu PV *unde* dom. mandatus *Baehrens* dolabella ω ‖ 4 I. lib. I. (*s.* II.): Isti *Hertz* inlibusti (-buisti P) ω III libro. Isti *HMeyer* ‖ 7 i] ς *om.* ω ‖ 8 censent ω ‖ 11 uidetur ω ‖ 13 e. eXXI. R ‖ 21 o *add. Mms.* ‖ 23 suffercit *Mdg.*

Plautum in Epidico 'con' syllabam productam nuntiant (*v. 194*):

> age núnciam orna te, 'Epidice, et pallíu
> collum cónic

5 Apud Vergilium quoque subicit verbum pro plerisque audio (*g. II 18*):

> etiam Parnasia l
> parva sub ingenti matris se subicit u

6 Sed neque 'ob' neque 'sub' praepositio produ habet naturam, neque item ⟨'con'⟩, nisi cum eam rae secuntur, quae in verbis 'constituit' et 'co secundum eam primae sunt, vel cum eliditur ⟨ex⟩ n littera, sicut Sallustius (*hist. fr. IV 52 M.*): fa
7 ribus inquit copertus. In his autem, quae s posui, et metrum esse integrum potest et praepositi istae possunt non barbare protendi; secunda enim li in his verbis per duo i, non per unum scribenda
8 Nam verbum ipsum, cui supradictae particulae p positae sunt, non est 'icio', sed 'iacio', et praeteri non 'icit' facit, sed 'iecit'. Id ubi compositum a littera in ⟨i⟩ mutatur, sicuti fit in verbis 'in et 'incipio', atque ita vim consonantis capit, et ide ea syllaba productius latiusque paulo pronunt priorem syllabam brevem esse non patitur, sed re eam positu longam, propterea que et numerus in v et ratio in pronuntiatu manet.

9 Haec, quae diximus, eo etiam conducunt, ut, ⟨qu apud Vergilium in sexto positum invenimus *VI 365*):

9 sqq. II 17, 2; 7

3 palliolum *Plaut.* ‖ 9 supra positio ω ‖ 10 con *add.* σ ‖ 1 ea n σ ea non ω ‖ 16 pr(a)etendi ω | secunde V[1] -det R | re V[1] syllaba *Claussen* ‖ 17 i] ς *om.* ω ‖ 18 istud R | proposite 21 a *Lion* ex a ω | i *add.* σ ‖ 22 ⟨i⟩ ita *Hertz* alterumqu ita *Dziatzko* ‖ 25 prositu ω ‖ 26 in] ς et ω ‖ 27 quod *add.*

eripe me his, invicte, malis aut tu mihi terram
inice,

sic esse 'iniice', ut supra dixi, et scribendum et legendum sciamus, nisi quis tam indocilis est, ⟨ut⟩ in hoc quoque verbo 'in' praepositionem metri gratia protendat.
Quaerimus igitur, in 'obicibus' o littera qua ratione 10
intendatur, cum id vocabulum factum sit a verbo 'obiicio' et nequaquam simile sit, quod a verbo 'moveo' 'motus' o littera longa dicitur. Equidem memini Sul- 11
picium Apollinarem, virum praestanti litterarum scientia, 'obices' et 'obicibus' o littera correpta dicere, in Vergilio quoque sic eum legere (*g. II 479*):

qua vi maria alta tumescant
obicibus ruptis;

sed ita, ut diximus, i litteram, quae in vocabulo 12
quoque gemina esse debet, paulo uberius largiusque pronuntiabat.
Congruens igitur est, ut 'subices' etiam, quod pro- 13
inde ut 'obices' compositum est, u littera brevi dici oporteat. Ennius in tragoedia, quae Achilles in- 14
scribitur, subices pro aere alto ponit, qui caelo subiectus est, in his versibus (*v. 2 R.*[3]):

per ego déum sublimas súbices
húmidas, unde óritur imber sónitu saevo et
spíritu;

plerosque omnes tamen legere audias u littera producta.
Id ipsum autem verbum M. Cato sub alia praeposi- 15
tione dicit in oratione, quam de consulatu suo habuit (*I 9 J.*): ita hos inquit fert ventus ad pri-

---

10 Amm. XXIX 1, 9    23 Fest. p. 305, 23 Non. II p. 169, 3

---

3 inice ω ‖ 4 ut *add.* σ ‖ 7 obicio (-tio P) ω ‖ 15 in ⟨hoc⟩ *Hertz* uocalo P ‖ 19 breuis ω ‖ 25 spiritu *Festus* strepitu ω ‖ 26 productam P ‖ 29 nos *HMeyer* Italos *Falster* | priorem ω *corr.* *Mms.*

[redacted]



morem Pyrenaeum, quo proicit in altum. Et Pacuvius item in Chryse *(v. 94 R.³)*:

'Idae promuntúrium, cuius língua in altum
prόicit.

## XVIII

De P. Africano superiore sumpta quaedam ex annalibus memoratu dignissima.

1 Scipio Africanus antiquior quanta virtutum gloria praestiterit et quam fuerit altus animi atque magnificus et qua sui conscientia subnixus, plurimis rebus, quae
2 dixit quaeque fecit, declaratum est. Ex quibus sunt haec duo exempla eius fiduciae atque exuperantiae ingentis:
3 Cum M. Naevius tribunus plebis accusaret eum ad populum diceretque accepisse a rege Antiocho pecuniam, ut condicionibus gratiosis et mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret et quaedam item alia crimini daret indigna tali viro, tum Scipio pauca praefatus, quae dignitas vitae suae atque gloria postulabat: 'memoria,' inquit 'Quirites, repeto diem esse hodiernum, quo Hannibalem Poenum imperio vestro inimicissimum magno proelio vici in terra Africa pacemque et victoriam vobis peperi inspectabilem. Non igitur simus adversum deos ingrati et, censeo, relinquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus Iovi optimo maximo
4 gratulatum.' Id cum dixisset, avertit et ire ad Capi-
5 tolium coepit. Tum contio universa, quae ad senten-

14 sqq. Liv. XXXVIII 50 sq. Val. Max. III 7, 1 Plut. apophth. Scip. 10 Appian. Syr. 40 Aur. Vict. v. ill. 49 (Polyb. XXIII 14, 1 sqq. Diod. XXIX 21)

1 quos σ | proiicit ς *(etiam in v. 4)* || 3 Idae *Vossius* id ω Ida *Heinsius* | linguam ω *corr.* σ || 18 crimina ω *corr.* σ iaceret *Gr.* || 19 glorie **PR** || 22 pacem **V**¹ || 23 spectabilem *Scioppius* insperabilem ς || 24 eccenseo **R** en, censeo *Hertz* || 26 ad] **P** in **RV**

tiam de Scipione ferendam convenerat, relicto tribuno
Scipionem in Capitolium comitata atque inde ad aedes
eius cum laetitia et gratulatione sollemni prosecuta est.
Fertur etiam oratio, quae videtur habita eo die a 6
Scipione (*ORF*$^2$ *p.* 6), et qui dicunt eam non veram,
non eunt infitias, quin haec quidem verba fuerint, quae
dixi, Scipionis.

Item aliud est factum eius praeclarum. Petilii 7
quidam tribuni plebis a M., ut aiunt, Catone, inimico
Scipionis, comparati in eum atque inmissi desiderabant in senatu instantissime, ut pecuniae Antiochinae
praedaeque in eo bello captae rationem redderet; fuerat 8
enim L. Scipioni Asiatico, fratri suo, imperatori in ea
provincia legatus. Ibi Scipio exurgit et prolato e sinu 9
togae libro rationes in eo scriptas esse dixit omnis
pecuniae omnisque praedae; illatum, ut palam recitare- 10
tur et ad aerarium deferretur. 'Sed enim id iam non 11
faciam' inquit 'nec me ipse afficiam contumelia' eum- 12
que librum statim coram discidit suis manibus et
concerpsit aegre passus, quod, cui salus imperii ac reipublicae accepta ferri deberet, rationem pecuniae praedaticiae posceretur.

## XIX

Quid M. Varro in logistorico scripserit de moderando victu pueroram inpubium.

Pueros inpubes conpertum est, si plurimo cibo 1
nimioque somno uterentur, hebetiores fieri ad veterni
usque aut eluci tarditatem, corporaque eorum inprocera

8 sq. l. l. Plut. Cat. maior. 15

2 in Cap. *om.* **P** | sedes **P** ‖ 9 quaedam **R** quidem **V**[1] ‖ 12 capta erat *ω, unde* praedaeque quae *ς; corr. JGr.* ‖ 13 L.] lelio **R** | asiaco *ω* Asiageno *Mms.* ‖ 16 allatum *Carrio* pr. illatae *Sk.* ‖ 21 ratione **PV** | praedaceae **R** predate **P** predacte **V** *corr. Ald.* ‖ 24 longi historia *ω corr. σ* logistoria *Hertz*

[redacted]



2 fieri minusque adolescere. Idem plerique alii medicorum philosophorumque et M. Varro in logistorico scripsit, qui inscriptus est Catus aut de liberis educandis *(fr. 17 R.)*.

## XX

Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant ioca quaedam intempestiviter; ac de eius quoque nota deliberatum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.

1 Inter censorum severitates tria haec exempla in
2 litteris sunt castigatissimae disciplinae. Vnum est hu-
3 iuscemodi: Censor agebat de uxoribus sollemne iusiurandum; verba erant ita concepta: Vt tu ex animi tui sententia uxorem habes? Qui iurabat, cavillator quidam et canicula et nimis ridicularius fuit.
4 Is locum esse sibi ioci dicundi ratus, cum ita, uti mos erat, censor dixisset 'ut tu ex animi tui sententia
5 uxorem habes?', 'habeo equidem' inquit 'uxorem, sed
6 non hercle ex animi mei sententia.' Tum censor eum, quod intempestive lascivisset, in aerarios rettulit causamque hanc ioci scurrilis apud se dicti subscripsit.
7 Altera severitas eiusdem sectae disciplinaeque est.
8 Deliberatum est de nota eius, qui ad censores ab amico advocatus est et in iure stans clare nimis et sonore oscitavit atque inibi ut plecteretur fuit, tamquam illud indicium esset vagi animi et alucinantis et fluxae at-
9 que apertae securitatis. Sed cum ille deiurasset invitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum

11 sqq. Cic. de or. II 64, 260

1 Idem] R² Idem deest R dē V dest P (*uterque spatio ante* d *rel.*) || 2 longa (h)istoria s., quae inscripta ω *vd. p. 207, 24* || 3 Catus *Mercerus* capis ω || 7 accede ω *corr.* ς atque de *Lion*, *an* ac quod de*?* || 9 Intercessorum ω || 10 castissime P | huiusmodi R || 11 acebat ω || 14 canalicola *Lips.* || 15 sibioci dicunt iratus (ratus R) ω *corr. Gr.* || 16 ut] et ς || 17 & quidem RV || 19 quod ut V || 20 iocis currilis apud se dictis ω || 22 cessores V cepsores R | amicos (ab *om.*, *tum ss.*) R¹

[..]rique eo vitio, quod 'oscedo' appellatur, tum notae [..] destinatae exemptus est. Publius Scipio Afri- 10
[..]nus, Pauli filius, utramque historiam posuit in [..]atione, quam dixit in censura, cum ad maio[..]m mores populum hortaretur *(ORF² p. 179)*.

Item aliud refert Sabinus Masurius in septimo 11
[..]moriali severe factum *(fr. 16 H. 3 Br.)*: Censores [..]uit Publius Scipio Nasica et Marcus Popilius [..]m equitum censum agerent, equum nimis [..]igosum et male habitum, sed equitem eius [..]errimum et habitissimum viderunt et 'cur' [..]uiunt 'ita est, ut tu sis quam equus cura[..]r?' 'Quoniam' inquit 'ego me curo, equum [..]atius nihili servos.' Visum est parum esse [..]verens responsum, relatusque in aerarios, ut [..]os est.

'Statius' autem servile nomen fuit. Plerique apud 12
[..]teres servi eo nomine fuerunt. Caecilius quoque 13
[..] comoediarum poeta inclutus servus fuit et prop[..] nomen habuit 'Statius'. Sed postea versum est [..]i in cognomentum, appellatusque est 'Caecilius [..]tius'.

6—11 (viderunt) Non. II p. 168, 18

1 nota P noctae R¹ notelam V || 6 masurius scabrius lib. [..]VII *Non.* || 7 memor (memorum P) memoriali *ω* || 10 strig. [..]quitum *Non.* || 11 habilissimum *Non.* || 14 nihili *Gr.* nichil *ω* ; [..]ruo P² || 19 ille *om.* P

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVINT

## I

Quod Musonius philosophus reprehendit inprobavitque lau philosophum disserentem a vociferantibus et in laudan gestientibus.

1 * * * Musonium philosophum *(p. 269 Pe.)* solit
accepimus. 'Cum philosophus' inquit 'hortatur, mo
suadet, obiurgat aliudve quid disciplinarum disse
tum, qui audiunt, si de summo et soluto pectore o
vias vulgatasque laudes effutiunt, si clamitant eti
si gestiunt, si vocum eius festivitatibus, si moduli
verborum, si quibusdam quasi frequentamentis orati
nis moventur, exagitantur et gestiunt, tum scias et q
dicit et qui audiunt frustra esse neque illi philosoph
2 loqui, sed tibicinem canere. Animus' inquit 'audien
philosophum, ⟨dum⟩, quae dicuntur, utilia ac salub
sunt et errorum atque vitiorum medicinas ferunt, lax
mentum atque otium prolixe profuseque laudandi no
3 habet. Quisquis ille est, qui audit, nisi ille est plan

---

5 *Lacunam statuit Hertz, cfr. XVI 1, 1* | solitum dicere s 10 si *g. om. Carrio, aut hic aut in v. 12* exsiliunt *Gr.* aestuan *JGr.* || 11 fretamentis *ω corr.* ς irritamentis *Salmas.; cogitavi* di fermentis *vel* fricamentis | orationibus *ω* || 13 dicunt R | phil. sed tib. loqui et cantare R || 15 dum *add. Hertz* si *Carrio, malim* ⟨quoad⟩ *vel* ⟨a quo⟩ || 16 fuerunt *ω corr.* ς

deperditus, inter ipsam philosophi orationem et perhorrescat necesse est et pudeat tacitus et paeniteat et
gaudeat et admiretur, varios adeo vultus disparilesque 4
sensus gerat, proinde ut eum conscientiamque eius adfecerit utrarumque animi partium aut sincerarum aut aegrarum philosophi pertractatio.'

Praeterea dicebat magnam laudem non abesse ab 5
admiratione, admirationem autem, quae maxima est,
non verba parere, sed silentium. 'Idcirco' inquit 'poe- 6
tarum sapientissimus auditores illos Vlixi labores suos inlustrissime narrantis, ubi loquendi finis factus, non exultare nec strepere nec vociferari facit, sed consiluisse universos dicit quasi attonitos et obstupidos delenimentis aurium ad origines usque vocis permanantibus *(Od. XIII 1)*:

*ὣς φάτο· τοὶ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,*
*κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα.'*

## II

Super equo Alexandri regis, qui Bucephalas appellatus est.

Equus Alexandri regis et capite et nomine 'Buce- 1
phalas' fuit. Emptum C h a r e s *(fr. 14 p. 117 M.)* scrip- 2
sit talentis tredecim et regi Philippo donatum; hoc
autem aeris nostri summa est sestertia trecenta duo-
decim. Super hoc equo dignum memoria visum, quod, 3
ubi ornatus erat armatusque ad proelium, haud um-
quam inscendi sese ab alio nisi ab rege passus sit.
Id etiam de isto equo memoratum est, quod, cum in- 4

9 sqq. Amm. XVIII 5, 7  14 Symm. III 11, 2  21 sqq. Diod. XVII 76, 6; 95, 5 Curt. VI 5, 18 IX 3, 23 Plin. VIII 42, 154 Plut. Alex. 6; 61 Arr. V 14, 4 (19, 4 Strab. XV 1, 29 p. 698) al.

9 parare $V^1$ || 11 narranti $P^2$ || 22 cares RV ikares P || 23 datum P | hoc autem] R *om.* P *et spatio relicto* V

[redacted]



sidens in eo Alexander bello Indico et facinora faciens fortia in hostium cuneum non satis sibi providens inmisisset coniectisque undique in Alexandrum telis vulneribus altis in cervice atque in latere equus perfossus esset, moribundus tamen ac prope iam exanguis e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit atque, ubi eum extra tela extulerat, ilico concidit et domini iam superstitis securus quasi cum sensus humani solacio animam exspiravit. Tum rex Alexander parta eius belli victoria oppidum in isdem locis condidit idque ob equi honores 'Bucephalon' appellavit.

## III

Quae causa quodque initium fuisse dicatur Protagorae ad philosophiae litteras adeundi.

1 Protagoram, virum in studiis doctrinarum egregium, cuius nomen Plato libro suo illi incluto inscripsit, adulescentem aiunt victus quaerendi gratia in mercedem missum vecturasque onerum corpore suo
2 factitavisse, quod genus Graeci ἀχθοφόρους vocant,
3 Latine 'baiulos' appellamus. Is de proximo rure Abdera in oppidum, cuius popularis fuit, caudices ligni
4 plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte Democritus, civitatis eiusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophiae gratia venerandus, cum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili facile atque expedite incedentem et prope accedit et iuncturam

1 Fronto p. 68, 7 N. Amm. XXII 8, 34 6 Amm. XXVI 7, 2 15 sqq. Diog. L. IX 8, 4 (53) X 4 (8) Athen. VIII 50 p. 354^c (= Epicur. fr. 172 Us.) 19 CGL II 254, 26 sq.

2 cum eum P cuneum ⟨eum⟩ *Hertz, qui etiam* ⟨se⟩ inm. || 5 esset *Hertz* est ω, *unde supra* coniectis σ || 6 regem] alexandrum B || 8 sospitis *Eussner* || 13 dictatur ω || 16 scripsit ω *corr.* σ || 18 mercede ω

posituramque ligni scite periteque factam considerat
petitque, ut paululum adquiescat. Quod ubi Prota- 5
goras, ut erat petitum, fecit atque itidem Demo-
critus acervum illum et quasi orbem caudicum brevi
vinculo comprehensum ratione quadam quasi geometrica
librari continerique animadvertit, interrogavit, quis id
lignum ita composuisset, et, cum ille a se compositum
dixisset, desideravit, uti solveret ac denuo in modum
eundem collocaret. At postquam ille solvit ac simi- 6
liter composuit, tum Democritus animi aciem soller-
tiamque hominis non docti demiratus: 'mi adulescens,'
inquit 'cum ingenium bene faciendi habeas, sunt maiora
melioraque, quae facere mecum possis', abduxitque
eum statim secumque habuit et sumptum ministravit
et philosophias docuit et esse eum fecit, quantus post-
ea fuit.

Is tamen Protagoras insincerus quidem philo- 7
sophus, sed acerrimus sophistarum fuit; pecuniam
quippe ingentem cum a discipulis acciperet annuam,
pollicebatur se id docere, quanam verborum industria
causa infirmior fieret fortior, quam rem Graece ita
dicebat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.

## IV

De verbo duovicesimo, quod volgo incognitum est, a viris doctis multifariam in libris scriptum est.

Apud Sigillaria forte in libraria ego et Iulius 1
Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus, consi-
deramus; atque ibi expositi erant Fabii annales,
bonae atque sincerae vetustatis libri, quos venditor
sine mendis esse contendebat. Grammaticus autem 2
quispiam de nobilioribus ab emptore ad spectandos

---

3 uti **R** ‖ 6 interrogauitque **P** ‖ 9 Ac **PR** ‖ 24 duodeuicesimo *ω* *corr. Quicherat* duo et uicesimo *σ* | est *aut del. aut* set *scr. Hertz*

libros adhibitus repperisse unum in libro mendum
dicebat; sed contra librarius in quodvis pignus voca-
3 bat, si in una uspiam littera delictum esset. Osten-
debat grammaticus ita scriptum in libro quarto *(fr.
6 P.)*: Quapropter tum primum ex plebe alter
consul factus est duovicesimo anno, postquam
4 Romam Galli ceperunt. 'Non' inquit 'duovice-
5 simo, sed 'duodevicesimo' scribi oportuit. Quid enim
est duovicesimo?' ⟨*** Varro humanarum re-
rum lib. XVI *(fr. 1 Mi.)*;⟩ hic ita scripsit: Mortuus
est anno duovicesimo; rex fuit annos XXI ***

## V

Cuiusmodi ioco incavillatus sit Antiochum regem Poenus Hannibal.

1 In libris veterum memoriarum scriptum est
Hannibalem Carthaginiensem apud regem Antiochum
facetissime cavillatum esse. Ea cavillatio huiuscemodi
2 fuit: Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentis,
quas bellum populo Romano facturus comparaverat,
convertebatque exercitum insignibus argenteis et aureis
3 florentem; inducebat etiam currus cum falcibus et ele-
phantos cum turribus equitatumque frenis, ephippiis,
4 monilibus, phaleris praefulgentem. Atque ibi rex con-
templatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus
Hannibalem aspicit et 'putasne' inquit 'conferri posse

---

8 sqq. Non. II p. 100, 9 'Duovicesimo (Duodevic.' codd.) ita ut duodecimo. Varro humanarum rerum lib. XVI: mortuus est anno duovicesimo ('duodevic.' codd.); rex fuit annos XXI. Cato in quarto originum: Deinde duovicesimo ('duodeuicesimo' codd.) anno post dimissum bellum eqs.' 16 sqq. Macr. II 2, 1 sqq.

---

1 repp. ⟨se⟩ *Hertz* | uno *Birt, sed vd. Landwehr, Archiv f. Lex. VI 226* ‖ 6, 7, 9, 11 duo et uicesimo ∞ *corr. Quicherat* ‖ 8 duo et vicesimo *Hertz* ‖ 9 *Lacunam parva ex parte expleri posse ex Nonio (vd. supra) intellexerunt Thysius al.* ‖ 11 anno V ‖ 20 contuebaturque *Mdg.* ‖ 21 inducebatque P

ac satis esse Romanis haec omnia?' Tum Poenus 5
eludens ignaviam inbelliamque militum eius pretiose
armatorum: 'Satis, plane satis esse credo Romanis haec
omnia, etiamsi avarissimi sunt.' Nihil prorsum neque 6
tam lepide neque tam acerbe dici potest: rex de numero 7
exercitus sui ac de aestimanda aequiperatione quaesiverat, respondit Hannibal de praeda.

## VI

De coronis militaribus; quae sit earum triumphalis, quae obsidionalis, quae civica, quae muralis, quae castrensis, quae navalis, quae ovalis, quae oleaginea.

Militares coronae multae, variae sunt. Quarum quae 1.2
nobilissimae sunt, has ferme esse accepimus: 'triumphalem, obsidionalem, civicam, muralem, castrensem,
navalem'; est ea quoque corona, quae 'ovalis' dicitur, 3
est item postrema 'oleaginea', qua uti solent, qui in 4
proelio non fuerunt, sed triumphum procurant.
'Triumphales' coronae sunt aureae, quae imperato- 5
ribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur 6
'aurum coronarium'. Haec antiquitus e lauru erant, 7
post fieri ex auro coeptae.
'Obsidionalis' est, quam ii, qui liberati obsidione 8
sunt, dant ei duci, qui liberavit. Ea corona graminea 9
est, observarique solitum, ut fieret e gramine, quod
in eo loco gnatum esset, intra quem clausi erant, qui
obsidebantur. Hanc coronam gramineam senatus po- 10
pulusque Romanus Q. Fabio Maximo dedit bello Poe-

---

12 sqq. = Varro ant. hum. XXII fr. 16 Mi. cfr. Plin. XVI 4, 7 sqq. XXII 3, 6 sqq. 16 Paul. p. 192, 4 18 Paul. p. 367, 12 22 Fest. p. 190, 21 (Paul. p. 97, 8) 26 Plin. XXII 5, 10

---

1 esse *Macr.* esse credo (credam P) ω esse credis ς || 12 multifariae ς m. et v. *Lion* || 20 Hae ς || 22 hii V hi P *om.* R || 25 generatum ς || 26 senatusque ω

[redacted]



norum secundo, quod urbem Romam obsidione hostium
liberasset.
11 'Civica' corona appellatur, quam civis civi, a quo
in proelio servatus est, testem vitae salutisque per-
12 ceptae dat. Ea fit e fronde quernea, quoniam cibus
victusque antiquissimus quercus capi solitus; fuit etiam
ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti
scriptum est in quadam comoedia Caecilii *(v.
269 R.*[3]*)*:

† advehuntur inquit cum ilignea corona et
chlamyde: di vestram fidem!

13 Masurius autem Sabinus in undecimo librorum
memorialium *(fr. 17 H. 8 Br.)* civicam coronam tum
dari solitam dicit, cum is, qui civem servaverat, eodem
tempore etiam hostem occiderat neque locum in ea
pugna reliquerat; aliter ius civicae coronae negat con-
14 cessum. Tiberium tamen Caesarem consultum, an civi-
cam coronam capere posset, qui civem in proelio ser-
vasset et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum,
in quo pugnabat, non retinuisset eoque loco hostes
potiti essent, rescripsisse dicit eum quoque civica
dignum videri, quod appareret e tam iniquo loco civem
ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri
15 non quiverit. Hac corona civica L. Gellius, vir cen-
sorius, in senatu Ciceronem consulem donari a repu-
blica censuit, quod eius opera esset atrocissima illa
Catilinae coniuratio detecta vindicataque.

---

3 Paul. p. 42, 15 Val. Max. II 8, 7 Plut. quaest. R. 92 Serv. A. VI 772 schol. Luc. I 356; 357; 358 CGL V 278, 47   14 sqq. Plin. XVI 4, 12   24 Cic. in Pison. III 6

---

1 hurbem romanam **R** || 6 antiquis solitus fuit capi **R** | querceus *s.* quern(e)us *coniciebant* | sol. sit. Fit *σ* || 10 aduehitur cum iligna *Fleckeisen* advehunt | Eum *CFWMueller* || 13 memoralium **PR** || 17 cēs. (*sic*) *ω* || 21 positi *ω* || 22 et tam **PV** itā **R** || 23 ut] aut *ω* || 24 Hac] ac **PR**[2] a **RV** || 25 a] e *Carrio*

[redacted]



'Muralis' est corona, qua donatur ab imperatore, 16
qui primus murum subiit inque oppidum hostium per
vim ascendit; idcirco quasi muri pinnis decorata est.
'Castrensis' est corona, qua donat imperator eum, 17
qui primus hostium castra pugnans introivit; ea corona
insigne valli habet.
'Navalis' est, qua donari solet, maritimo proelio 18
qui primus in hostium navem vi armatus transiluit;
ea quasi navium rostris insignita est. Et 'muralis' 19
autem et 'castrensis' et 'navalis' fieri ex auro solent.
'Ovalis' corona murtea est; ea utebantur impera- 20.21
tores, qui ovantes urbem introibant. Ovandi ac non
triumphandi causa est, cum aut bella non rite indicta
neque cum iusto hoste gesta sunt aut hostium nomen
humile et non idoneum est, ut servorum piratarum-
que, aut deditione repente facta inpulverea, ut dici
solet, incruentaque victoria obvenit. Cui facilitati 22
aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non
Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret.
Ac murteam coronam M. Crassus, cum bello fugiti- 23
vorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est
senatusque consultum faciundum per gratiam curavit,
ut lauro, non murto, coronaretur.
Marcus Cato obicit M. Fulvio Nobiliori, quod 24
milites per ambitum coronis de levissimis causis
donasset. De qua re verba ipsa apposui Catonis 25
*(XIV 1 J.)*: Iam principio quis vidit corona

1 Polyb. VI 39, 5 Liv. XXVI 48, 5 Serv. A. VI 772 CGL V 276, 37 4 Paul. p. 57, 7 7 Fest. p. 162, 2 Dio XLIX 14, 3 11 sqq. Paul. p. 195, 7 (144, 13) Suet. rell. p. 283, 5 R. Plut. Marcell. 22 16 cfr. Otto, Sprichw. p. 290 20 sqq. Cic. in Pison. XXIV 58 Plin. XV 29, 125

7 quo ω *corr.* P² | ornari P ‖ 8 transiliuit V ‖ 13 indigna (*ex* Igdigna R) ω ‖ 16 in pulnere aut ω *corr.* *Carrio* ‖ 19 marcium (-tium P) ω ‖ 23 coronarentur R ‖ 25 ambitium (-cium V) PV | 27 Nam V Iam *ex* ā P | coronari quemquam R

[redacted]



donari quemquam, cum oppidum captum non esset aut castra hostium non incensa essent?
26 Fulvius autem, in quem hoc a Catone dictum est, coronis donaverat milites, quia vallum curaverant, aut qui puteum strenue foderant.

27 Praetereundum non est, quod ad ovationes attinet, super quo dissensisse veteres scriptores accipio. Partim enim scripserunt, qui ovaret, introire solitum equo vehentem; set Sabinus Masurius *(fr. 26 H. memor. 15 Br.)* pedibus ingredi ovantis dicit sequentibus eos non militibus, sed universo senatu.

## VII

'Personae' vocabulum quam lepide interpretatus sit quamque esse vocis eius originem dixerit Gavius Bassus.

1 Lepide mi hercules et scite Gavius Bassus in libris, quos de origine vocabulorum composuit, unde appellata 'persona' sit, interpretatur; a personando enim
2 id vocabulum factum esse coniectat. Nam caput inquit *(fr. 6 L.)* et os coperimento personae tectum undique unaque tantum vocis emittendae via pervium, quoniam non vaga neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem ciet, magis claros canorosque sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit, ob eam causam 'persona' dicta est o littera propter vocabuli formam productiore.

---

9 Dion. Hal. V 47 VIII 67 IX 36 Plut. Marc. 22 Serv. A. IV 543 (Lydus mens. IV 3) 18 sqq. Anecd. H. 202, 2; 248, 33

---

1 fuisset non V || 4 qui *Lion* || 5 qui *om.* R || 7 scipio ω || 8 ouarent i. solitos ς || 9 uehentes (uehehñtes V) et ω *corr. Hertz* (σ) || 11 milibus ω || 15 me hercules σ | et site ω *corr.* P² | 20 *an* voci*?* || 21 diffusest V difu est R diff. est, ⟨set⟩ *Mms.* | 23 ciet ⟨et⟩ σ

[redacted]



## VIII

Defensus error a Vergilii versibus, quos arguerat Iulius Hyginus grammaticus; et ibidem, quid sit lituus; deque ἐτυμολογίᾳ vocis eius.

Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat 1
subcinctus trabea laevaque ancile gerebat.

In his versibus *(A. VII 187)* errasse Hyginus *(fr. 2 p. 22 Bu.)* Vergilium scripsit, tamquam non animadverterit deesse aliquid hisce verbis:

ipse Quirinali lituo.

Nam si nihil inquit deesse animadverterimus, 2
videtur ita dictum, ut fiat 'lituo et trabea subcinctus', quod est inquit absurdissimum; quippe cum lituus sit virga brevis in parte, qua robustior est, incurva, qua augures utuntur, quonam modo 'subcinctus lituo' videri potest?

Immo ipse Hyginus parum animadvertit sic hoc 3
esse dictum, ut pleraque dici per defectionem solent.
Veluti cum dicitur 'M. Cicero homo magna eloquentia' 4
et 'Q. Roscius histrio summa venustate', non plenum hoc utrumque neque perfectum est, sed enim pro pleno atque perfecto auditur. Vt Vergilius alio in loco 5
*(A. V 372)*:

victorem Buten inmani corpore,

id est corpus inmane habentem, et item alibi *(A. V 401)*:

in medium geminos inmani pondere caestus
proiecit

---

5 sqq. Macr. VI 8, 1 sqq. (Serv. A. I 75) 14 l. l. Serv. A. VII 187 Cic. div. I 17, 30 Plut. Romul. 22 CGL VI 651

---

8 ETYMΩΓIA ω || 18 defensionem ω *corr.* σ || 19 magneloquencia V magne loquentie P || 20 uetustate PV

[redacted]



ac similiter *(A. III 618)*:

domus sanie dapibusque cruentis,
intus opaca, ingens.

6 Sic igitur id quoque videri dictum debet: 'Picus Quirinali lituo erat', sicuti dicimus: 'statua grandi capite
7 erat'. Et 'est' autem et 'erat' et 'fuit' plerumque absunt cum elegantia sine detrimento sententiae.

8 Et quoniam facta litui mentio est, non praetermittendum est, quod posse quaeri animadvertimus, utrum lituus auguralis a tuba, quae lituus appellatur,
9 an tuba a lituo augurum lituus dicta sit; utrumque
10 enim pari forma et pariter incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba a sonitu lituus appellata est ex illo Homerico verbo *(Il. IV 125)*:

λίγξε βιός,

necesse est ita accipi, ut virga auguralis a tubae simi-
11 litudine lituus vocetur. Vtitur autem vocabulo isto Vergilius et pro tuba *(A. VI 167)*:

et lituo pugnas insignis obibat et hasta.

## IX

Historia de Croesi filio muto ex Herodoti libris.

1 Filius Croesi regis, cum iam fari per aetatem posset, infans erat et, cum iam multum adolevisset, item nihil fari quibat. Mutus adeo et elinguis diu
2 habitus est. Cum in patrem eius bello magno victum et urbe, in qua erat, capta hostis gladio deducto regem esse ignorans invaderet, diduxit adulescens os clamare

---

10 Cic. div. I 17, 30 22 sqq. Cic. div. I 53, 121

---

5 statua] V *Macr*. Fatua PR || 8 praemitt. P || 11 tubam PV | 21 filio muto *Hertz* filium tam ω filio sumpta ς || 25 in *om.* P | 26 urbem RV | educto *Gr*. destricto *Lion*

[redacted]



ns eoque nisu atque impetu spiritus vitium nodum-
linguae rupit planeque et articulate elocutus est
mans in hostem, ne rex Croesus occideretur. Tum 3
hostis gladium reduxit, et rex vita donatus est, et
alescens loqui prorsum deinceps incepit. Herodo- 4
s in historiis *(I 85)* huius memoriae scriptor est,
usque verba sunt, quae prima dixisse filium Croesi
fert: *Ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον.*

Sed et quispiam Samius athleta, — nomen illi fuit 5
ελοῦς — cum antea non loquens fuisset, ob similem
itur causam loqui coepisse. Nam cum in sacro 6
amine sortitio inter ipsos et adversarios non bona
fieret et sortem nominis falsam subici animad-
tisset, repente in eum, qui id faciebat, videre sese,
id faceret, magnum inclamavit. Atque is oris vinculo
lutus per omne inde vitae tempus non turbide neque
haese locutus est.

## X

De argumentis, quae Graece ἀντιστρέφοντα appellantur, a nobis 'reciproca' dici possunt.

Inter vitia argumentorum longe maximum esse vi- 1
um videtur, quae *ἀντιστρέφοντα* Graeci dicunt. Ea 2
uidam e nostris non hercle nimis absurde 'reciproca'
ppellaverunt. Id autem vitium accidit hoc modo, cum 3
gumentum propositum referri contra convertique
n eum potest, a quo dictum est, et utrimque pariter
alet; quale est pervolgatum illud, quo Protagoram,

9 sqq. Val. Max. I 8 ext. 4 22 Rhet. lat. min. 83, 14 H.
27 sqq. Diog. L. IX 8, 5 (54); 8 (56) Apul. flor. 18 (Quint. III
1, 10) Rhet. gr. IV p. 180 adn. W. (Sext. Empir. adv. Math. II 96
Rhet. gr. IV p. 13 VI p. 13 W. Zenob. IV 82 ibique Leutsch-
Schneid. FPG II p. LXX Mu.)

1 vinclum *Cornelissen* || 5 incepit huc usque P *cfr. I 8, 6* ||
10 ЄХλλOYC P ЄХΛλOIC V 7IλOYC B *corr. Kempf* | similitudi-
nem P || 12 ipsum ς || 26 utrumque V

[redacted]



sophistarum acerrimum, usum esse ferunt adversus
Euathlum, discipulum suum.
4 Lis namque inter eos et controversia super pacta
5 mercede haec fuit. Euathlus, adulescens dives, eloquentiae discendae causarumque orandi cupiens fuit.
6 Is in disciplinam Protagorae sese dedit daturumque promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat, dimidiumque eius dedit iam tunc statim, priusquam disceret, pepigitque, ut relicum dimidium daret, quo primo die causam apud iudices
7 orasset et vicisset. Postea cum diutule auditor adsectatorque Protagorae fuisset ⟨et⟩ in studio quidem facundiae abunde promovisset, causas tamen non reciperet tempusque iam longum transcurreret et facere id videretur, ne relicum mercedis daret, capit consilium
8 Protagoras, ut tum existimabat, astutum: petere instititit ex pacto mercedem, litem cum Euathlo contestatur.
9 Et cum ad iudices coniciendae consistendaeque causae gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus est: 'Disce,' inquit 'stultissime adulescens, utroque id modo fore, uti reddas, quod peto, sive contra te pro-
10 nuntiatum erit sive pro te. Nam si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero; sin vero secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris.'
11 Ad ea respondit Euathlus: 'Potui' inquit 'huic tuae tam ancipiti captioni isse obviam, si verba non
12 ipse facerem atque alio patrono uterer. Sed maius mihi in ista victoria prolubium est, cum te non in causa tantum, sed in argumento quoque isto vinco.
13 Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque

3 Is ω || 6 pithagore (*saepe*) P || 9 diceret pepigit R || 10 primum P primam *Gr.* || 12 et *add.* σ || 16 ut cum PV | instituit R || 19 consistende V ineundae constituendaeque *Io. Sarisb.*, *possis* consciscendaeque || 27 Potui] R otu V Opto P || 30 pro(*s.* prae)-ludium ς

[redacted]



modo fore, uti non reddam, quod petis, sive contra me
pronuntiatum fuerit sive pro me. Nam si iudices pro 14
causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero; sin contra me pronuntiaverint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero.'

Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileque esse, 15
quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem iniudicatam reliquerunt causamque in diem longissimam
distulerunt. Sic ab adulescente discipulo magister elo- 16
quentiae inclutus suo sibi argumento confutatus est et captionis versute excogitatae frustratus fuit.

## XI

Biantis de re uxoria syllogismum non posse videri *ἀντιστρέφειν*.

Existimant quidam etiam illud Biantis, viri sa- 1
pientis ac nobilis, responsum consimile esse atque est Protagorion illud, de quo dixi modo, *ἀντιστρέφον*.
Nam cum rogatus esset a quodam Bias, deberetne 2
uxorem ducere, an vitam vivere caelibem: *ἤτοι* inquit *καλὴν ἄξεις ἢ αἰσχράν· καὶ εἰ καλήν, ἕξεις κοινήν, εἰ δὲ αἰσχράν, ἕξεις ποινήν· ἑκάτερον δὲ οὐ ληπτέον· οὐ γαμητέον ἄρα.*

Sic autem hoc rursum convertunt: *Εἰ μὲν καλὴν* 3
*ἄξω, οὐχ ἕξω ποινήν· εἰ δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν·*
*γαμητέον ἄρα.* Sed minime hoc esse videtur *ἀντι-* 4
*στρέφον*, quoniam ex altero latere conversum frigidius
est infirmiusque. Nam Bias proposuit non esse du- 5
cendam uxorem propter alterutrum incommodum, quod
necessario patiendum erit ei, qui duxerit. Qui con- 6

---

15 sqq. Diog. L. IV 7, 3 (48) cfr. VI 1, 4 (3) Favorin. Mus. Rh. XXXV 413, 14 ibique Freudenthal

---

2 si] sic RV || 12 excogitate (et exc. P) ω || 14 Liantis V Bionis *Casaubonus ex Diog. L.* || 23 Hic P || 28 alterum R

prima πρότασις est: ἤτοι
ratum id neque iustum di
non necessum sit alterum
9 verum esse, quod in prolo
est. Eminentia enim qu
10 turpes et pulcrae videntur.
quoque inter duo ista, quae
11 prospectumque Bias non h
rimam feminam et deformi
dam est, quae et a nimiae
12 summae deformitatis odio
Ennio in Melanippa (r.
vocabulo stata dicitur, qu
13 neque ποινή.' Quam forma
Favorinus non mi hercule i
14 Ennius autem in ista, quan
feminas ait incolumi pu
forma forent.

## XI

De nominibus deorum populi Ro

1 In antiquis precationibus
2 [illegible]

etiam aedes Vediovis Romae inter arcem et Capitolium. Eorum nominum rationem esse hanc comperi: 'Iovem' 3.4
Latini veteres a 'iuvando' appellavere eundemque alio vocabulo iuncto 'patrem' dixerunt. Nam quod est 5
elisis aut inmutatis quibusdam litteris 'Iupiter', id plenum atque integrum est 'Iovispater'. Sic et 'Neptunuspater' coniuncte dictus est et 'Saturnuspater' et 'Ianuspater' et 'Marspater' — hoc enim est 'Marspiter' — itemque Iovis 'Diespiter' appellatus, id est diei et lucis pater. Idcircoque simili nomine 'Diovis' dictus est et 6
'Lucetius', quod nos die et luce quasi vita ipsa afficeret et iuvaret. Lucetium autem Iovem Cn. Nae- 7
vius in libris belli Poenici *(fr. 55 B.)* appellat.

Cum Iovem igitur et Diovem a iuvando nominas- 8
sent, eum contra deum, qui non iuvandi potestatem, sed vim nocendi haberet — nam deos quosdam, ut prodessent, celebrabant, quosdam, ut ne obessent, placabant —, 'Vediovem' appellaverunt dempta atque detracta iuvandi facultate. 'Ve' enim particula, quae 9
in aliis atque aliis vocabulis varia, tum per has duas litteras, tum 'a' littera media inmissa dicitur, duplicem significatum eundemque inter sese diversum capit. Nam et augendae rei et minuendae valet, sicuti aliae 10
particulae plurimae; propter quod accidit, ut quaedam vocabula, quibus particula ista praeponitur, ambigua

---

2 sq. Cic. nat. d. II 25, 64 Enn. fr. 507 B. Varro l. l. V 10, 67 Serv. A. IX 126 Acro Hor. epod. V 8 Mart. Cap. II 149 Isid. VIII 11, 34 5 sqq. Lucil. fr. 8 B. apud Lact. inst. IV 3, 12 9 Varro l. l. V 10, 66 Serv. A. IX 567 Macr. I 15, 14 GLK III 515, 2 Acro Hor. c. I 34, 5 III 2, 29 CGL VI 342 10 Varro l. l. V 10, 66; 15, 84 11 Paul. p. 114, 20 Serv. A. IX 567 Macr. I 15, 14 19 sqq. XVI 5, 6 Fest. p. 372, 14; 19 Paul. p. 379, 4: 368, 14 Non. III p. 183, 34 Ov. f. III 447 Serv. pl. g. IV 131

---

2 Quorum P || 5 in (*del. Longol.*) elisis ω || 7 et *prius om.* V[1] (P ?) | et *alt. om.* V[1]R || 8 hoc e. e. m. *om.* R || 10 ⟨Iovis⟩ Diovis *Hertz* || 15 eumque PV eum quoque R *corr. Hertz* || 20 uariatum ω *dist. Carrio* variatim ς

[redacted]



sint et utroqueversum dicantur, veluti 'vescum', 'vemens' et 'vegrande', de quibus alio in loco *(XVI 5, 6)* uberiore tractatu facto admonuimus; 'vesani' autem et 'vecordes' ex una tantum parte dicti, quae privativa est, quam Graeci κατὰ στέρησιν dicunt.

11 Simulacrum igitur dei Vediovis, quod est in aede, de qua supra dixi, sagittas tenet, quae sunt videlicet
12 partae ad nocendum. Quapropter eum deum plerumque Apollinem esse dixerunt; immolaturque ritu humano capra, eiusque animalis figmentum iuxta simulacrum stat.

13 Propterea Vergilium quoque aiunt multae antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum numina laeva in georgicis deprecari significantem vim quandam esse huiuscemodi deorum in laedendo magis quam in iuvando potentem. Versus Vergilii sunt *(g. IV 6)*:

in tenui labor; at tenuis non gloria, si quem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

14 In istis autem diis, quos placari oportet, uti mala a nobis vel a frugibus natis amoliantur, Auruncus quoque habetur et Robigus.

## XIII

De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani observato.

1 Seniorum hominum et Romae nobilium atque in morum disciplinarumque veterum doctrina memoriaque praestantium disceptatio quaedam fuit praesente et

3 l. l. Dig. L. 16, 242, 3 Macr. VI 8, 18 12 sqq. Non. I p. 51, 9 Serv. g. IV 7 22 Serv. g. I 151

1 utroque uersu ω | uehemens ω || 8 paratae ς aptae *Jordan* | 9 romano *Thysius* || 12 antiquitus P || 13 studio *Cornelissen ex V 14, 3* || 21 aurungus (ar. V) PR²V augrungus R Averruncus ς

[redacted]



audiente me de gradu atque ordine officiorum. Cumque quaereretur, quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret, si necesse esset in opera danda faciendoque officio alios aliis anteferre, non consentiebatur. Conveniebat autem facile constabatque ex moribus 2
populi Romani primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere fidei tutelaeque nostrae creditos; secundum eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniumque nostrum dediderunt; tum in tertio loco esse hospites; postea esse cognatos adfinesque.

Huius moris observationisque multa sunt testi- 3
monia atque documenta in antiquitatibus perscripta, ex quibus unum hoc interim de clientibus cognatisque, quod prae manibus est, ponemus. M. Cato in ora- 4
tione, quam dixit apud censores in Lentulum, ita scripsit *(XLI 1 J.)*: Quod maiores sanctius habuere defendi pupillos quam clientem non fallere. Adversus cognatos pro cliente testatur, testimonium adversus clientem nemo dicit. Patrem primum, postea patronum proximum nomen habuere.

Masurius autem Sabinus in libro iuris ci- 5
vilis tertio antiquiorem locum hospiti tribuit quam clienti. Verba ex eo libro haec sunt *(fr. 6 H. 2 Br.)*: In officiis apud maiores ita observatum est: primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea adfini. Aequa causa feminae viris potiores habitae pupillarisque tutela muliebri praelata. Etiam adversus quem ad-

29 Dig. III 1, 11

2 nosse a ω || 4 consentiebatur *scripsi coll. III 11, 1 X 7, 1 XIV 2, 17* constituebat (confatuebat **R**) ω constabat σ || 5 facere ω || 9 tunc ω || 18 testamur *Gr.* testari, cum *Mms.* || 21 habere ω *Mms., corr. Maiansius* || 26 clientium (cly. **P**) cogn. ω || 27 Aequa *Boot* De qua ω In aequa *Mdg.* || 28 viris *om.* **P** pup. (-aresque **R**) t. mulieri praelata (muleris lata **P**) ω *corr. Carrio* pupillarique tutelae muliebris *Gr.*

[redacted]



fuissent, eius filiis tutores relicti in eadem causa pupillo aderant.

6 Firmum atque clarum isti rei testimonium perhibet auctoritas C. Caesaris pontificis maximi, qui in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio usus est *(II p. 123 Di. ORF² p. 419)*: Vel pro hospitio regis Nicomedis vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, M. Iunce, non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur, neque clientes sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus.

## XIV

Quod Apion, doctus homo, qui Plistonices appellatus est, vidisse se Romae scripsit recognitionem inter sese mutuam ex vetere notitia hominis et leonis.

1 Apion, qui 'Plistonices' appellatus est, litteris
homo multis praeditus rerumque Graecarum plurima
2 atque varia scientia fuit. Eius libri non incelebres
feruntur, quibus omnium ferme, quae mirifica in Aegypto
3 visuntur audiunturque, historia comprehenditur. Sed
in his, quae vel audisse vel legisse sese dicit, fortassean
vitio studioque ostentationis sit loquacior — est enim
sane quam in praedicandis doctrinis sui venditator —;
4 hoc autem, quod in libro Aegyptiacorum quinto
scripsit *(FHG III 510)*, neque audisse neque legisse,
sed ipsum sese in urbe Roma vidisse oculis suis confirmat.

---

11 XX 1, 40 (Serv. A. VI 609)    27 Amm. XVI 7, 8

---

8 res] ς re ω ⟨de⟩ re *Hertz* | efugere B (P) | uince ω *corr. Nipperdey* || 12 a] prae *HMeyer* ante propinquos nostros *Gr.* || 21 omnibus ω *corr.* σ || 22 comprehenditur *ut vid.* P -dit ω || 25 sui *Eussner* suis ω

[redacted]



'In circo maximo' inquit 'venationis amplissimae 5
pugna populo dabatur. Eius rei, Romae cum forte 6
essem, spectator' inquit 'fui. Multae ibi saevientes 7
ferae, magnitudines bestiarum excellentes, omniumque
invisitata aut forma erat aut ferocia. Sed praeter alia 8
omnia leonum' inquit 'immanitas admirationi fuit prae-
terque omnis ceteros unus. Is unus leo corporis im- 9
petu et vastitudine terrificoque fremitu et sonoro, toris
comisque cervicum fluctuantibus animos oculosque
omnium in sese converterat. Introductus erat inter 10
compluris ceteros ad pugnam bestiarum datus servus
viri consularis; ei servo Androclus nomen fuit. Hunc 11
ille leo ubi vidit procul, repente' inquit 'quasi admi-
rans stetit ac deinde sensim atque placide tamquam
noscitabundus ad hominem accedit. Tum caudam more 12
atque ritu adulantium canum clementer et blande
movet hominisque se corpori adiungit cruraque eius
et manus prope iam exanimati metu lingua leniter
demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis ferae 13
blandimenta amissum animum recuperat, paulatim ocu-
los ad contuendum leonem refert. Tum quasi mutua 14
recognitione facta laetos' inquit 'et gratulabundos vi-
deres hominem et leonem.'

Ea re prorsus tam admirabili maximos populi 15
clamores excitatos dicit accersitumque a Caesare An-
droclum quaesitamque causam, cur illi atrocissimus
leo uni parsisset. Ibi Androclus rem mirificam narrat 16
atque admirandam. 'Cum provinciam' inquit 'Africam 17
proconsulari imperio meus dominus obtineret, ego ibi

1 sqq. Aelian. nat. an. VII 48 (Sen. ben. II 19, 1 Plin. VIII 16, 56 sq. Phaedr. fabb. nov. 9 LM.) 8 Amm. XXVI 7, 17

1 *et* 8 inquit *om.* P || 2 rei causa rome P || 5 inusitata P² || 7 unius *Ald.* | ambitu *Cornelissen* || 11 datos *Hertz* (*Hemsterhus.*) || 15 noscitabundum (-du R) RV¹ || 18 leniter *Sarisb.* leuiter ω || 19 illata P || 20 paulatimque R || 25 ⟨C.⟩ Caesare *LMueller* || 26 illi *Sarisb.* ille ω || 27 uel pepercisset *ss.* P²

[redacted]



iniquis eius et cotidianis verberibus ad fugam sum
coactus et, ut mihi a domino, terrae illius praeside,
tutiores latebrae forent, in camporum et arenarum
solitudines concessi ac, si defuisset cibus, consilium
18 fuit mortem aliquo pacto quaerere. Tum sole medio'
inquit 'rabido et flagranti specum quandam nanctus
remotam latebrosamque in eam me penetro et recondo.
19 Neque multo post ad eandem specum venit hic leo
debili uno et cruento pede gemitus edens et murmura
20 dolorem cruciatumque vulneris commiserantia.' Atque
illic primo quidem conspectu advenientis leonis terri-
21 tum sibi et pavefactum animum dixit. 'Sed postquam
introgressus' inquit 'leo, uti re ipsa apparuit, in habi-
taculum illud suum, videt me procul delitescentem,
mitis et mansues accessit et sublatum pedem osten-
dere mihi et porrigere quasi opis petendae gratia visus
22 est. Ibi' inquit 'ego stirpem ingentem vestigio pedis
eius haerentem revelli conceptamque saniem volnere
intimo expressi accuratiusque sine magna iam formi-
23 dine siccavi penitus atque detersi cruorem. Illa tunc
mea opera et medella levatus pede in manibus meis
24 posito recubuit et quievit, atque ex eo die triennium
totum ego et leo in eadem specu eodemque et victu
25 viximus. Nam, quas venabatur feras, membra opimiora
ad specum mihi subgerebat, quae ego ignis copiam non
26 habens meridiano sole torrens edebam. Sed ubi me'
inquit 'vitae illius ferinae iam pertaesum est, leone in
venatum profecto reliqui specum et viam ferme tridui
permensus a militibus visus adprehensusque sum et

---

5 GLK II 259, 23 'feminino tamen hoc nomen (specus) quoque genere invenitur. Agellius noctium Atticarum VI (sic): sole medio — recondo' = Anecd. H. 102, 25     27 Amm. XXVI 6, 4

---

3 tuciore **RV** || 6 rapido ω *corr. LMueller* et arido *Prisc. et Anecd.* | nanctus rem. inveniens *Anecd.* || 7 in eam me *om. Prisc.* latebramque penetro et rec. me *Anecd.* || 15 subleuatum **R** | 16 pergere **P** porgere *JGr.* || 20 siccauit — detersit **R** || 23 et *alt. om.* **R** || 24 si quas *Sarisb.*

ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim 27
rei capitalis damnandum dandumque ad bestias curavit.
Intellego autem' inquit 'hunc quoque leonem me tunc 28
separato captum gratiam mihi nunc beneficii et medicinae referre.'

Haec Apion dixisse Androclum tradit eaque omnia 29
scripta circumlataque tabula populo declarata atque
ideo cunctis petentibus dimissum Androclum et poena
solutum leonemque ei suffragiis populi donatum. 'Postea' 30
inquit 'videbamus Androclum et leonem loro tenui revinctum urbe tota circum tabernas ire, donari aere Androclum, floribus spargi leonem, omnes ubique obvios dicere: 'Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis'.'

## XV

Corpusne sit vox an ἀσώματον, varias esse philosophorum sententias.

Vetus atque perpetua quaestio inter nobilissimos 1
philosophorum agitata est, corpusne sit vox an incorporeum. Hoc enim vocabulum quidam finxerunt pro- 2
inde quod Graece dicitur ἀσώματον. Corpus autem 3
est, quod aut efficiens est aut patiens; id Graece definitur: τὸ ἤτοι ποιοῦν ἢ πάσχον. Quam definitionem 4
significare volens Lucretius poeta ita scripsit *(I 304)*:

tangere enim aut tangi nisi corpus nulla
potest res.

Alio quoque modo corpus esse Graeci dicunt τὸ τριχῇ 5
διάστατον. Sed vocem Stoici corpus esse contendunt 6

18 sqq. Plut. placit. philos. IV 19 sq. p. 902 Eustath. p. 261, 24 Galen. XIX p. 310 K. 21 CGL IV 482, 48 28 sq. l. l. Diog. L. VII 1, 38 (55) Sen. n. q. II 6, 3; 29 GLK I 420, 9 (= Varro fr. 42 Wilm.) II 5, 1; 6, 17 IV 47, 2; 367, 5; 487, 3; 530, 4 VI 4, 13; 32, 21; 189, 8 VII 215, 4; 323, 5; 381, 2 Anecd. H. XXXII; CLXXXI; 219, 6 sqq.; 220, 18 Isid. I 14

7 declarat ω || 12 undique R || 16 uox sana somatori P ; ęę sese V sese P || 19 incorp(u)m PV || 25 et *Lucr.*

[redacted]



7 eamque esse dicunt ictum aera; **Plato** *(Tim. p. 67 B)* autem non esse vocem corpus putat: 'non enim percussus' inquit 'aer, sed plaga ipsa atque percussio, id
8 vox est'. **Democritus** ac deinde **Epicurus** *(p. 353 Us.)* ex individuis corporibus vocem constare dicunt eamque, ut ipsis eorum verbis utar, ῥεῦμα ἀτόμων appel-
9 lant. Hos aliosque talis argutae delectabilisque desidiae aculeos cum audiremus vel lectitaremus neque in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitae pertinens aut finem ullum quaerendi videremus, **Ennianum Neoptolemum** probabamus, qui profecto ita ait *(v. 340 R.*[3]*)*:

. philosophandum est paúcis; nam omnino haúd placet.

## XVI

De vi oculorum deque videndi rationibus.

1 De videndi ratione deque cernendi natura diversas
2 esse opiniones philosophorum animadvertimus. **Stoici** causas esse videndi dicunt radiorum ex oculis in ea, quae videri queunt, emissionem aerisque simul inten-
3 tionem. **Epicurus** *(fr. 319 Us.)* afluere semper ex omnibus corporibus simulacra quaedam corporum ipsorum eaque sese in oculos inferre atque ita fieri
4 sensum videndi putat. **Plato** *(Tim. p. 45 B)* existimat genus quoddam ignis lucisque de oculis exire idque coniunctum continuatumque vel cum luce solis vel

---

11 Apul. apol. 13 17 sqq. Plut. placit. philos. IV 13 p. 901 B Galen. XIX p. 306 K. Macr. VII 14, 3 Quint. X 2, 15 Lact. opif. VIII 19 Usener ad Epic. fr. 319

---

5 ñ constare **R** || 6 ἀΟΜΩΝ (Ω *ex* O) **V** *corr. Burchard* λόγων ς || 11 ennianum autem **RV** || 13 philosophari sibi necesse esse, sed paucis *Cic. Tusc. disp. II 1, 1 (de rep. I 18, 30)* est, ⟨sed⟩ *Bothe* philosophari est mihi necesse, at p. *Sk.* || 20 intensionem **V** || 21 affluere **V** effluere ς

[redacted]



cum alterius ignis lumine sua vi et externa nixum efficere, ut, quaecumque offenderit inlustraveritque, cernamus. Sed hic aeque non diutius muginandum, 5
eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra *(15, 9)* scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.

## XVII

Quam ob causam dies primi post Kalendas, Nonas, Idus atri habeantur; et cur diem quoque quartum ante Kalendas vel Nonas vel Idus quasi religiosum plerique vitent.

Verrius Flaccus in quarto de verborum 1
significatu *(p. XIV M.)* dies, qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite 'nefastos' dicit, propter hanc causam dictos habitosque 'atros' esse scribit. Vrbe inquit a Gallis Senonibus re- 2
cuperata L. Atilius in senatu verba fecit Q. Sulpicium tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse; tum exercitum populi Romani occidione occisum et post diem tertium eius diei urbem praeter Capitolium captam esse; compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie Kalendas, Nonas, Idus a magistratu populi Romani facta esset,

---

12 sqq. Varro l. l. VI 4, 29 Fest. p. 178, 6 Ov. f. I 57 sqq. Suet. fr. 114 R. Fast. Praen. CIL I p. 312; 373 Macr. I 15, 22 sq. 14 IV 9, 5 Non. II p. 73, 32 16 sqq. l. l. Macr. I 16, 22 sqq. Liv. VI 1, 11 Plut. quaest. R. 25

---

3 hic eaque ω *corr. Petschenig* hic quoque *Mdg.* (*Gr.*) haec ea quae *Hagen* haec taliaque *Sk.* || 11 uitant ω || 13 posttridie (*semper*) ω || 17 tilius R[1] Aquinius *Macr.* Aquilius *FLachmann* | q̇ R V que P P. *Lachmann* || 20 idem V | cum PV | exercitu V || 22 eius die R || 23 quampluresque R || 26 a mag̃. *fere* PV a ma Gr̃. R

[redacted]



eius belli proximo deinceps proelio rem publicam male gestam esse. Tum senatus eam rem ad pontifices reiecit, ut ipsi, quod videretur, statuerent. Pontifices decreverunt nullum his diebus sacrificium recte futurum.

3 Ante diem quoque quartum Kalendas vel Nonas
vel Idus tamquam inominalem diem plerique vitant.
4 Eius observationis an religio ulla sit tradita, quaeri
5 solet. Nihil nos super ea re scriptum invenimus, nisi
quod Q. Claudius annalium quinto (*fr. 53 P.*)
cladem illam pugnae Cannensis vastissimam factam
dicit ante diem quartum Nonas Sextiles.

## XVIII

In quid et quantum differat historia ab annalibus; superque ea re verba posita ex libro rerum gestarum Sempronii Asellionis primo.

1 'Historiam' ab 'annalibus' quidam differre eo putant,
quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio,
earum tamen proprie rerum sit 'historia', quibus rebus
2 gerendis interfuerit is, qui narret; eamque esse opi-
nionem quorundam Verrius Flaccus refert in libro
de significatu verborum quarto (*p. XIV M.*). Ac
se quidem dubitare super ea re dicit, posse autem
videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quod
ἱστορία Graece significet rerum cognitionem praesen-
3 tium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino
4 id esse, quod historiae sint, historias non omnino esse
5 id, quod annales sint: sicuti, quod est homo, id neces-
sario animal esse; quod est animal, non id necesse est
hominem esse.

---

6 sqq. Macr. I 16, 26 17 sqq. Serv. A. I 373 Isid. I 40, 1; 43, 3 schol. Luc. V 384

---

7 nominalem P ominalem *Salmas.* || 28 id quoque nec. R || 29 esse] est *puto; Hertz paulo post* necesse esse

Ita 'historias' quidem esse aiunt rerum gestarum 6
vel expositionem vel demonstrationem vel quo alio
nomine id dicendum est, 'annales' vero esse, cum res
gestae plurium annorum observato cuiusque anni
ordine deinceps componuntur. Cum vero non per 7
annos, sed per dies singulos res gestae scribuntur, ea
historia Graeco vocabulo ἐφημερὶς dicitur, cuius Latinum
interpretamentum scriptum est in libro Sempronii
Asellionis primo *(fr. 1 P.)*, ex quo libro plura verba
ascripsimus, ut simul, ibidem quid ipse inter res gestas
et annales esse dixerit, ostenderemus.
Verum inter eos, inquit qui annales relin- 8
quere voluissent, et eos, qui res gestas a Romanis
perscribere conati essent, omnium rerum hoc
interfuit. Annales libri tantummodo, quod fac-
tum quoque anno gestum sit, ea demonstrabant,
id est quasi qui diarium scribunt, quam Graeci
ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo satis esse
video, quod factum esset, id pronuntiare, sed
etiam, quo consilio quaque ratione gesta essent,
demonstrare. Paulo post idem Asellio in eodem 9
libro *(fr. 2 P.)*: Nam neque alacriores inquit ad
rempublicam defendundam neque segniores ad
rem perperam faciundam annales libri commo-
vere quicquam possunt. Scribere autem, bellum
initum quo consule et quo confectum sit et quis
triumphans introierit ex eo, <et eo> libro, quae

---

1 sqq. Isid. I 43, 3 sq. schol. Luc. III 312 CGL VI 72; 524
17 Isid. I 43, 1

---

3 id appelletur R || 11 interesse *Stephanus* || 12 Verbum R ||
13 a . R. scribere (*sic*) R || 15 tantum P | quid — esset *Nipperdey* ||
16 dem. ita, quasi *Jahn* || 19 quid *Nipp.* || 23 defunclam R || 24 pro-
positam *Jacobi* || 25 q: quam R quemquam *Blagoweschtschensky* ||
26 et quoquo R || 27 et (*malim* sed) eo *add. Hertz* exin eo libro
quae *Pluess* ex eo bello quaeque *Peter*

[redacted]



in bello gesta sint, non praedicare aut, interea quid senatus decreverit aut quae lex rogatiove lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint, iterare: id fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

## XIX

**Quid sit adoptatio, quid item sit adrogatio, quantumque haec inter se differant; verbaque eius quae qualiaque sint, qui in liberis adrogandis super ea re populum rogat.**

1 Cum in alienam familiam inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per praetorem fit aut per po-
2 pulum. Quod per praetorem fit, 'adoptatio' dicitur,
3 quod per populum, 'arrogatio'. Adoptantur autem, cum a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur;
4 adrogantur hi, qui, cum sui iuris sunt, in alienam sese potestatem tradunt eiusque rei ipsi auctores fiunt.
5 Sed adrogationes non temere nec inexplorate commit-
6 tuntur; nam comitia arbitris pontificibus praebentur, quae 'curiata' appellantur, aetasque eius, qui adrogare vult, an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque eius, qui adrogatur, ne insidiose adpetita sint, consideratur, iusque iurandum a Q. Mucio pontifice maximo
7 *(fr. 13 H. I p. 58; 80 Br.)* conceptum dicitur, quod in
8 adrogando iuraretur. Sed adrogari non potest, nisi iam vesticeps. 'Adrogatio' autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit.

---

10 sqq. Gai. I 98 sqq.; 134 II 138 Ulpian. VIII 1 sqq. Inst. I 11 sq. Dig. I 7 Fest. p. 153, 23 Cic. pro domo XIII 34 sqq.

---

1 sint iterare id fabulas (*ex v. 3 sq.*) non praed. aut (autem ς) ω id fab. *del. Carrio* sint enarrare *Nipperdey* s. blaterare *Maehly* || 16 adaccio **R** || 17 ii **R** || 23 adrogetur **R** -antur **V** || 26 arrogari (ri *ex* tio) **R**

[redacted]



Eius rogationis verba haec sunt: Velitis, iubea- 9
tis, uti L. Valerius L. Titio tam iure lege-
que filius siet, quam si ex eo patre matre-
que familias eius natus esset, utique ei
vitae necisque in eum potestas siet, uti patri
endo filio est. Haec ita, uti dixi, ita vos,
Quirites, rogo.

Neque pupillus autem neque mulier, quae in paren- 10
tis potestate non est, adrogari possunt: quoniam et
cum feminis nulla comitiorum communio est et tuto-
ribus in pupillos tantam esse auctoritatem potestatem-
que fas non est, ut caput liberum fidei suae commissum
alienae dicioni subiciant. Libertinos vero ab ingenuis 11
adoptari quidem iure posse Masurius Sabinus *(fr. 27 H.*
*iur. civ. 60 Br.)* scripsit. Sed id neque permitti dicit 12
neque permittendum esse umquam putat, ut homines
libertini ordinis per adoptiones in iura ingenuorum
invadant. Alioquin, inquit si iuris ista antiqui- 13
tas servetur, etiam servus a domino per prae-
torem dari in adoptionem potest. Idque ait 14
plerosque iuris veteris auctores *(Catonis fr. 4ª I p. 21 Br.)*
posse fieri scripsisse.

Animadvertimus in oratione P. Scipionis, quam 15
censor habuit ad populum de moribus, inter ea,
quae reprehendebat, quod contra maiorum instituta
fierent, id etiam eum culpavisse, quod filius adoptivos
patri adoptatori inter praemia patrum prodesset. Verba 16
ex ea oratione haec sunt *(ORF² p. 180)*: In alia
tribu patrem, in alia filium suffragium ferre,
filium adoptivum tam procedere, quam si se

---

5 Cic. pro domo XXIX 77 13 sqq. Dig. XXIII 2, 32
18 sqq. Inst. I 11, 12

---

1 huius B Quis V || 3 *et* 5 fiet V sit P || 3 quasi B
9 adr. ⟨adoptarive⟩ *Mms.* | 10 tucioribus ω *corr.* P² | 13 condi-
cioni (-tioni P) ω || 19 a *del. Sk.*

[redacted]



natum habeat; absentis censeri iubere, ut ad census nemini necessus sit venire.

## XX

Quod vocabulum Latinum soloecismo fecerit Capito Sinnius, quid autem id ipsum appellaverint veteres Latini; quibusque verbis soloecismum definierit idem Capito Sinnius.

1 'Soloecismus' Latino vocabulo a Sinnio Capi-
tone eiusdemque aetatis aliis 'inparilitas' appellatus
vetustioribus Latinis 'stribiligo' dicebatur a versura
videlicet et pravitate tortuosae orationis tamquam
2 'strobiligo' quaedam. Quod vitium Sinnius Capito
in litteris, quas ad Clodium Tuscum dedit, hisce
verbis definit *(fr. 2 H.)*: 'Soloecismus' est inquit im-
par atque inconveniens compositura partium
orationis.
3 Cum Graecum autem vocabulum sit 'soloecismus',
an Attici homines, qui elegantius locuti sunt, usi eo
4 sint, quaeri solet. Sed nos neque 'soloecismum' neque
'barbarismum' apud Graecorum idoneos adhuc inveni-
5.6 mus; nam sicut βάρβαρον, ita σόλοικον dixerunt. Nostri
quoque antiquiores 'soloecum' facile, 'soloecismum' haut
7 scio an umquam, dixerunt. Quod si ita est, neque
in Graeca neque in Latina lingua 'soloecismus' probe
dicitur.

## XXI

'Pluria' qui dicat et 'compluria' et 'compluriens', non barbare dicere, sed Latine.

1 'Pluria' forte quis dixit sermocinans vir adprime
doctus, meus amicus, non hercle studio ‹se› ferens

7 sqq. GLK V 328, 8 13 vd. testes apud Schepps, de soloecismo, Argentor. 1873 28 sqq. ad totum caput cfr. GLK I 60, 10; 73, 12; 125, 3 II 89, 6; 315, 15; 350, 11 Donat. et schol. Ter. Phorm. IV 3, 6

2 necessu ω -ssum P³ || 4 fuerit ω *corr.* σ || 22 dixerint V || 29 *suppl. Hertz* fervens *ed. ant.* semet *Gr.*

[redacted]



ostentandi neque quo 'plura' non dicendum putaret.
Est enim doctrina homo seria et ad vitae officia 2
devincta ac nihil de verbis laborante. Sed, opinor, 3
assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat lin-
guae illius vox, quam in libris saepe offenderat.
Aderat, cum ille hoc dicit, reprehensor audaculus 4
verborum, qui perpauca eademque a volgo protrita
legerat habebatque nonnullas disciplinae grammaticae
inauditiunculas partim rudes inchoatasque partim non
probas easque quasi pulverem ob oculos, cum adortus
quemque fuerat, adspergebat. Sicut tunc amico nostro: 5
'barbare' inquit 'dixisti 'pluria'; nam neque rationem
verbum hoc neque auctoritates habet'. Ibi ille amicus 6
ridens: 'amabo te,' inquit 'vir bone, quia nunc mihi
a magis seriis rebus otium est, velim doceas nos, cur
'pluria' sive 'compluria' — nihil enim differt — non
Latine, sed barbare dixerint M. Cato *(fr. 24 P.)*, Q.
Claudius *(fr. 90 P.)*, Valerius Antias *(fr. 65 P.)*,
L. Aelius *(p. 36, 22 Me.)*, P. Nigidius *(fr. 64 Sw.)*,
M. Varro, quos subscriptores approbatoresque huius
verbi habemus praeter poetarum oratorumque veterum
multam copiam.' Atque ille nimis arroganter: 'tibi' 7
inquit 'habeas auctoritates istas ex Faunorum et Abori-
ginum saeculo repetitas atque huic rationi respondeas.
Nullum enim vocabulum neutrum comparativum numero 8
plurativo recto casu ante extremum a habet i litteram,
sicuti 'meliora, maiora, graviora'. Proinde igitur 'plura',
non 'pluria' dici convenit, ne contra formam perpe-
tuam in comparativo i littera sit ante extremum a.'
Tum ille amicus noster, cum hominem confidentem 9
pluribus verbis non dignum existimaret: 'Sinni' in-
quit 'Capitonis, doctissimi viri, epistulae sunt uno
in libro multae positae, opinor, in templo Pacis. Prima 10

---

2 Set R || 7 eaque uolgo R | trita $R^1$ || 9 audic. (in *post add.*) R || 11 quemquam $R^1$ quem ad. cumque *Gr.* || 15 magnis ω *corr.* ς || 19 l. lelius ω || 20 mar. uarro ω || 21 oratorum R || 23 habeas has autor. ex R || 24 orationi R || 28 nec PR || 30 Cum P

[redacted]



epistula scripta est ad Pacuvium Labeonem, cui titulus praescriptus est pluria, non plura dici debere
11 *(fr. 1 H.)*. In ea epistula rationes grammaticas posuit, per quas docet 'pluria' Latinum esse, 'plura' barbarum.
12.13 Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoque simul disces, si modo assequi poteris, quod in ea epistula scriptum est, 'pluria' sive 'plura' absolutum esse et simplex, non, ut tibi videtur, comparativum.'

14 Huius opinionis Sinnianae id quoque adiumentum est, quod, 'complures' cum dicimus, non compa-
15 rative dicimus. Ab eo autem, quod est 'compluria',
16 adverbium est factum 'compluriens'. Id quoniam minus usitatum est, versum Plauti subscripsi ex comoedia, quae Persa inscribitur *(v. 534)*:

quíd metuis? — metuo hércle vero; sénsi ego compluriens.

17 Item M. Cato in IV. originum eodem in loco ter hoc verbum posuit *(fr. 79 P.)*: Compluriens eorum milites mercennarii inter se multi alteri alteros ⟨in castris⟩ occidere, compluriens multi simul ad hostis transfugere, compluriens in imperatorem impetum facere.

11 sqq. Non. II p. 87, 12 (Paul. p. 59, 19)

9 Cuius P ‖ 12 Ad quem minus P ‖ 15 ego iam *Plaut.* ‖ 17 *Post* Cato *alterum exemplum excidisse ex Nonio conclusit Hertz* ‖ 19 inulti *ut vid. Non.* ‖ 20 in castris *Non. om.* ω ‖ 22 in impetum PV | fecere ς

[redacted]

A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEXTVS

(*vulgo* SEPTIMVS)

---

## I

**Admiranda quaedam ex annalibus sumpta de P. Africano superiore.**

Quod de Olympiade, Philippi regis uxore, Alexandri 1
matre, in historia Graeca scriptum est, id de P. quoque
Scipionis matre, qui prior Africanus appellatus est,
memoriae datum est. Nam et C. Oppius (*fr. 2 P.*) et 2
Iulius Hyginus (*fr. 4 P. p. 37 Bu.*) aliique, qui de
vita et rebus Africani scripserunt, matrem eius diu
sterilem existimatam tradunt, P. quoque Scipionem,
cum quo nupta erat, liberos desperavisse. Postea in 3
cubiculo atque in lecto mulieris, cum absente marito
cubans sola condormisset, visum repente esse iuxta
eam cubare ingentem anguem eumque his, qui viderant,
territis et clamantibus elapsum inveniri non quisse. Id
ipsum P. Scipionem ad haruspices retulisse; eos sacri-
ficio facto respondisse fore, ut liberi gignerentur, neque 4

---

4 Liv. XXVI 19, 6 Plut. Alex. 2 Dio Chrys. IV 19 Iust. XI 11, 3 XII 16, 2 Mart. Cap. VI 655 etc. 5 sqq. Liv. l. l. Dio Cass. fr. LVI 44 M. Aur. Vict. v. ill. 49 (Quint. II 4, 19)

---

2 Admirandam (quaedam *om.*) P ‖ 7 mandatum *Woelfflin* 15 t. exclamantibus el. uideri (*in mg.* uel inueniri) non potuisse (ex posse) R

[redacted]



multis diebus, postquam ille anguis in lecto visus est,
mulierem coepisse concepti fetus signa atque sensum
pati; exinde mense decimo peperisse natumque esse
hunc P. Africanum, qui Hannibalem et Carthaginienses
5 in Africa bello Poenico secundo vicit. Sed et eum
inpendio magis ex rebus gestis quam ex illo ostento
virum esse virtutis divinae creditum est.

6 Id etiam dicere haut piget, quod idem illi, quos
supra nominavi, litteris mandaverint Scipionem hunc
Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilu-
cularet, in Capitolium ventitare ac iubere aperiri cel-
lam Iovis atque ibi solum diu demorari quasi con-
sultantem de republica cum Iove, aeditumosque eius
templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis
in Capitolium ingredientem canes semper in alios
saevientes neque latrarent eum neque incurrerent.

7 Has volgi de Scipione opiniones confirmare atque
approbare videbantur dicta factaque eius pleraque ad-
8 miranda. Ex quibus est unum huiuscemodi. Asside-
bat obpugnabatque oppidum in Hispania situ, moeni-
bus, defensoribus validum et munitum, re etiam cibaria
copiosum, nullaque eius potiundi spes erat, et quodam
die ius in castris sedens dicebat, atque ex eo loco id
9 oppidum procul visebatur. Tum e militibus, qui in
iure apud eum stabant, interrogavit quispiam ex more,
in quem diem locumque vadimonium promitti iuberet,
10 et Scipio manum ad ipsam oppidi, quod obsidebatur,
arcem protendens: 'perendie' inquit 'sese sistant illo
11 in loco'. Atque ita factum: die tertio, in quem vadari
iusserat, oppidum captum est, eodemque eo die in arce
eius oppidi ius dixit.

8 sqq. l. l. Polyb. X 2, 9   17 sqq. Val. Max. III 7, 1 Plut. apophth. Scip. 3

2 cepisse ω || 6 ostenso **R** || 11 iuberet sed ap. **R** || 12 consuletem (an *ss.*) **R** || 18 facta **R** || 20 obpugnabat **R** | situm ω *corr.* ς || 22 quadam **R** || 29 tercia **R** || 30 eo] **P** *om.* **RV**

## II

De Caeselli Vindicis pudendo errore, quem offendimus in libris eius, quos inscripsit 'lectionum antiquarum'.

Turpe erratum offendimus in illis celebratissimis 1
commentariis lectionum antiquarum Caeselli Vin-
dicis, hominis hercle pleraque haut indiligentis. Quod 2
erratum multos fugit, quamquam multa in Caesellio
reprehendendo etiam per calumnias rimarentur. Scripsit 3
autem Caesellius Q. Ennium in XIII. annali 'cor'
dixisse genere masculino.

Verba Caeselli subiecta sunt: Masculino genere, 4
ut multa alia, enuntiavit Ennius. Nam in XIII.
annali 'quem cor' dixit. Ascripsit deinde versus 5
Ennii duo *(401 M. 253 B.)*:

Hannibal audaci dum pectore de ⟨me⟩ hortatur,
ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?

Antiochus est, qui hoc dixit, Asiae rex. Is admiratur 6
et permovetur, quod Hannibal Carthaginiensis bellum
se facere populo Romano volentem dehortetur. Hos 7
autem versus Caesellius sic accipit, tamquam si An-
tiochus sic dicat: 'Hannibal me, ne bellum geram,
dehortatur; quod cum facit, ecquale putat cor habere
me et quam stultum esse me credit, cum id mihi
persuadere vult?'

Hoc Caesellius quidem, sed aliud longe Ennius. 8
Nam tres versus sunt, non duo, ad hance Ennii 9

---

11 sqq. Non. III p. 195, 17 Schoell, acta soc. ph. Lips. VI p. 169

---

2 Lete sellium (Betesellinun **P**) dicis *ω corr.* (**V**²) ς ‖ 4 erratu *ω* ‖ 9 in *om.* **R** ‖ 11 haec sunt subiecta **R** ‖ 15 cum p. dehortatur *hic ω* me de ς | horitatur *Bergk* ‖ 19 dicit *Carrio* ‖ 24 equale . . me ei quam *ω corr. Gr.* ‖ 28 hanc cennii (ennii **RV**) *ω*

sententiam pertinentes, ex quibus tertium versum Caesellius non respexit:

Hannibal audaci dum pectore de me hortatur,
ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor
suasorem summum et studiosum robore belli.

10 Horum versuum sensus atque ordo sic, opinor, est: Hannibal ille audentissimus atque fortissimus, quem ego credidi — hoc est enim 'cor meum credidit', proinde atque diceret 'quem ego stultus homo credidi' — summum fore suasorem ad bellandum, is me de-
11 hortatur dissuadetque, ne bellum faciam. Caesellius autem forte ῥᾳθυμότερον iunctura ista verborum captus 'quem cor' dictum putavit et 'quem' accentu acuto legit, quasi ad cor referretur, non ad Hanni-
12 balem. Sed non fugit me, si aliquis sit tam inconditus, sic posse defendi 'cor' Caeselli masculinum, ut videatur tertius versus separatim atque divise legendus, proinde quasi praecisis interruptisque verbis exclamet Antiochus: 'suasorem summum!' Sed non dignum est eis, qui hoc dixerint, responderi.

## III

Quid Tiro Tullius, Ciceronis libertus, reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rodiensibus in senatu dixit; et quid ad ea, quae reprehenderat, responderimus.

1 Civitas Rodiensis et insulae oportunitate et operum nobilitatibus et navigandi sollertia navalibusque vic-
2 toriis celebrata est. Ea civitas, cum amica atque

---

26 sqq. Polyb. XXX 4 sq. Liv. XLV 20 sqq.

3 audaci dum d(e)terret dum p. **B** ‖ 6 summo *Dziatzko* | roboris *Ilberg* ultro fore *Maehly* ‖ 10 deceret ω ‖ 16 increditus **P** ‖ 18 legendo ω ‖ 19 de precisis (p̄ciss **B**) ω *corr.* ς decisis *Hertz* ‖ 21 est] **V**³ et ω | dixerunt **V** ‖ 23 Quod ω

[redacted]



socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio,
Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano
fuit, amico usa est, conixique sunt Rodienses lega-
tionibus Romam saepe missis id bellum inter eos
componere. Sed ubi ista pacificatio perpetrari ne- 3
quivit, verba a plerisque Rodiensibus in contionibus
eorum ad populum facta sunt, ut, si pax non fieret,
Rodienses regem adversus populum Romanum adiu-
tarent. Sed nullum super ea re publicum decretum 4
factum est. At ubi Perses victus captusque est, Ro- 5
dienses pertimuere ob ea, quae conpluriens in coetibus
populi acta dictaque erant, legatosque Romam miserunt,
qui temeritatem quorundam popularium suorum depre-
carentur et fidem consiliumque publicum expurgarent.
Legati postquam Romam venerunt et in senatum in- 6
tromissi sunt verbisque suppliciter pro causa sua factis
e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae; cum-
que partim senatorum de Rodiensibus quererentur 7
maleque animatos eos fuisse dicerent bellumque illis
faciendum censerent, tum M. Cato exsurgit et opti-
mos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis
possidendisque non pauci ex summatibus viris intenti
infensique erant, defensum conservatumque pergit ora-
tionemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur in-
scriptaque est pro Rodiensibus et in quintae ori-
ginis libro scripta est.

Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, sane 8
quidem fuit ingenio homo eleganti et hautquaquam
rerum litterarumque veterum indoctus, eoque ab in-
eunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et
quasi administro in studiis litterarum Cicero usus

22 Plaut. Pseud. 227 Stich. 492 Amm. XIV 6, 12 XXVI 10, 14 XXVIII 1, 31 Macr. somn. I 2, 18

16 suplic. *ex* sīplic. B | facti (habitis facti B) securi excesserunt *ex corr. Carrio* ‖ 23 infessique V incensique *Scioppius* | conseruatum B ‖ 25 quinto ς

[redacted]



9 est. Sed profecto plus ausus est, quam ut tolerari
10 ignoscique possit. Namque epistulam conscripsit ad Q. Axium, familiarem patroni sui, confidenter nimis et calide, in qua sibimet visus est orationem istam pro Rodiensibus acri subtilique iudicio per-
11 censuisse. Ex ea epistula *(p. 9 L.)* lubitum forte nobis est reprehensiones eius quasdam attingere: maiore scilicet venia reprehensuri Tironem, cum ille reprehenderit Catonem.

12 Culpavit autem primum hoc, quod Cato inerudite et ἀναγώγως, ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et obiurgatorio usus sit, cum vereri sese ostendit, ne patres gaudio atque laetitia rerum prospere gestarum de statu mentis suae deturbati non satis consiperent neque ad recte intellegendum con-
13 sulendumque essent idonei. In principiis autem inquit patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare iudices debent sensusque eorum exspectatione causae suspensos rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuriis atque imperiosis minatio-
14 nibus confutare. Ipsum deinde principium apposuit, cuius verba haec sunt *(V 1 J.)*: 'Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. Quo mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo advorsi eveniat, quod nostras secundas res

---

23 XIII 25, 14

---

2 conscripsi **R** || 3 anxium *ω* || 4 callide *ω corr. Carrio* || 5 sacri *ω* || 7 huius **R**[1] | maiori **R** || 8 reprehensuris *HStephanus* || 10 primo **R**[1] || 17 regis **V**[1] regibus **R**[1] || 21 municionibus **PR** || 24 in rebus *Gell. XIII 25, 14* | atque *alt. om.* **P** || 26 Quo *v. d. in ed. Torn.* quod *ω* || 27 quom *Haupt*

confutet, neve haec laetitia nimis luxuriose eveniat. Advorsae res edomant et docent, quid opus siet facto, secundae res laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. Quo maiore opere dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus.'

Quae deinde Cato iuxta dicit, ea inquit con- 15
fessionem faciunt, non defensionem, neque propulsationem translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem, quod scilicet nihil ad purgandum est. Atque etiam inquit insuper profitetur Rodienses, qui accusabantur, quod adversus populum Romanum regi magis cupierint faverintque, id eos cupisse atque favisse utilitatis suae gratia, ne Romani Perse quoque rege victo ad superbiam ferociamque et inmodicum modum insolescerent. Eaque ipsa verba ponit, ita ut infra scriptum 16
*(V 2 J.)*: 'Atque ego quidem arbitror Rodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, neque regem Persen vinci. Sed non Rodienses modo id noluere, sed multos populos atque multas nationes idem noluisse arbitror atque haut scio, an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae causa id noluerint evenire; sed enim id metuere, ⟨ne,⟩ si nemo esset homo, quem vereremur, quidquid luberet, faceremus. Ne sub solo imperio nostro in ser-

1 Liv. XXIII 12, 12 II 21, 6 11 Amm. XV 5, 20

1 confuter P | nimia luctuose *Bolhusius* || 2 se domant (m *ex* n V) ω *corr. Pricaeus* || 3 sit P || 4 recto ω || 5 opera R | 7 dum σ cum ω || 13 nihili *puto* | pugnandum ω *corr.* σ || 19 ⟨in⟩ inm. *Eussner* || 23 vinci. Sed *Mdg.* uicisse PV uicisē R || 28 metueres nemo P | ne *add. ASchaefer* || 29 quid quod PV | iuberet V

[redacted]



vitute nostra essent, libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror. Atque Rodienses tamen Persen publice numquam adiuvere. Cogitate, quanto nos inter nos privatim cautius facimus. Nam unusquisque nostrum, si quis advorsus rem suam quid fieri arbitrantur, summa vi contra nititur, ne advorsus eam fiat; quod illi tamen perpessi.'

17 Sed quod ad principium reprehensum attinet, scire oportuit Tironem defensos esse Rodienses a Catone, sed ut a senatore et consulari et censorio viro, quidquid optimum esse publicum existimabat, suadente,
18 non ut a patrono causam pro reis dicente. Alia namque principia conducunt reos apud iudices defendenti et clementiam misericordiamque undique indaganti, alia, cum senatus de republica consulitur, viro auctoritate praestanti, sententiis quorundam iniquissimis permoto et pro utilitatibus publicis ac pro salute sociorum graviter ac libere indignanti simul ac dolenti.
19 Quippe recte et utiliter in disciplinis rhetorum praecipitur iudices de capite alieno deque causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua praeter officium iudicandi nihil ad eos vel periculi vel emolumenti redundaturum est, conciliandos esse ac propitiandos placabiliter et leniter existimationi salutique eius, qui
20 apud eos accusatus est. At cum dignitas et fides et utilitas omnium communis agitur ob eamque rem aut suadendum quid ut fiat, aut fieri iam coepto differendum est, tum, qui se in eiusmodi principiis occupat, ut benivolos benignosque sibi auditores paret,

1 nre (nrę **R**) sent (sunt **P**) ω *corr.* **V**[3] ς ‖ 2 Atqui *Scioppius* | 3 perse ω persem **V**[3] | adiuuare cogitare ω ‖ 4 $\overline{\text{nri}}$ uatim ω *corr.* *Gr.* ‖ 5 ques *Peter* ‖ 6 arbitratur ς ‖ 7 ea ω ‖ 8 perpēsi **R** | sunt *add. Mdg.* ‖ 11 qui quod ω *corr. Hertz* id quod *Carrio* ‖ 12 esset **RV** ‖ 19 adolenti **PV** adolescenti **R** ‖ 23 eo si uel ω *corr. Gr.* ‖ 26 Ac ω ‖ 28 ut] ne *Hagen* | aut ⟨dissuadendum, ne fiat, aut⟩ *Hertz* ‖ 29 deferendum ω *corr.* ς deserendum *Lion* | Cum **P**

[redacted]



otiosam operam in non necessariis verbis sumit. Iam- 21
dudum enim negotia, pericula ipsa rerum communia
consiliis eos capiendis conciliant, et ipsi potius sibi
exposcunt consultoris benivolentiam. Sed quod ait 22
confessum Catonem noluisse Rodiensis ita depugnari,
ut depugnatum est, neque regem Persem a populo
Romano vinci, atque id eum dixisse non Rodienses
modo, sed multas quoque alias nationes noluisse, sed
id nihil ad purgandum extenuandumve crimen valere,
iam hoc primum Tiro inprobe mentitur. Verba ponit 23
Catonis et aliis tamen eum verbis calumniatur. Non 24
enim Cato confitetur noluisse Rodienses victoriam esse
populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse,
quod erat procul dubio opinionis suae professio, non
Rodiensium culpae confessio. In qua re, ut meum 25
quidem iudicium est, non culpa tantum vacat, sed
dignus quoque laude admirationeque est, cum et in-
genue ac religiose dicere visus est contra Rodienses,
quod sentiebat, et parta sibi veritatis fide ipsum illud
tamen, quod contrarium putabatur, flexit et transtulit,
ut eos idcirco vel maxime aequum esset acceptiores
carioresque fieri populo Romano, quod cum et utile
is esset et vellent regi esse factum, nihil tamen adiu-
vandi eius gratia fecerint.

Postea verba haec ex eadem oratione ponit *(V 3 J.)*: 26
'Ea nunc derepente tanta beneficia ultro
citroque, tantam amicitiam relinquemus?
quod illos dicimus voluisse facere, id nos
priores facere occupabimus?' Hoc inquit en- 27
thymema nequam et vitiosum est. Responderi
enim potuit: occupabimus certe; nam si non
occupaverimus, opprimemur, incidendum-

---

2 p., ipsa r. communio *Mms.* || 5 conf. fuisse R | pugnari R || 11 et ⟨ex⟩ *Hertz* || 14 nec R || 18 nisus *Hertz* || 22 utiles essent ω *corr. Hertz* || 23 ẹṭ factum R, *unde possis* ita f. || 25 rõne R | 26 Ei R Eo *Jordan* || 29 occupauimus. Hoc inquam ω || 32 op- primimur uidendumque P

[redacted]



que erit in insidias, a quibus ante non caveri-
28 mus. Recteque inquit hoc vitio dat Lucilius
*(XXIX 13 M. 914 B.)* poetae Euripidae, quod,
cum Polyphontes rex propterea se interfecisse
fratrem diceret, quod ipse ante de nece eius
consilium cepisset, Meropa, fratris uxor, hisce
eum verbis eluserit *(fr. 451 N.[2])*:

εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φής, κτείνειν πόσις,
χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρήλυθεν.

29 At hoc enim inquit plane stultitiae plenum est
eo consilio atque ea fini facere velle aliquid,
30 uti numquam id facias, quod velis. Sed vide-
licet Tiro animum non advertit non esse in omnibus
rebus cavendis eandem causam, neque humanae vitae
negotia et actiones et officia vel occupandi vel dif-
ferendi vel etiam ulciscendi vel cavendi similia esse
31 pugnae gladiatoriae. Nam gladiatori composito ad
pugnandum pugnae haec proposita sors est aut occi-
32 dere, si occupaverit, aut occumbere, si cessaverit. Ho-
minum autem vita non tam iniquis neque tam in-
domitis necessitatibus conscripta est, ut idcirco prior
iniuriam facere debeas, quam, nisi feceris, pati possis.
33 Quod tantum aberat a populi Romani mansuetudine,
ut saepe iam in sese factas iniurias ulcisci neglexerit.
34 Post deinde usum esse Catonem dicit in eadem
oratione argumentis parum honestis et nimis auda-
cibus ac non viri eius, qui alioqui fuit, sed vafris ac

---

2 Recte **P** ‖ 5 antecederet **V**[1] | *malim* iste . . ipsius ‖ 7 ad (*del.* σ) eum ω adeo eum *Hertz* ad eum v. usa sit, *ut I 3, 20, ego* | illuserit **R**[1] ‖ 9 ΧΡΗ **V** *corr. Casaubonus* | ἕως *Valckenaer* | χόλος *L Mueller* | ΠἀΡΗἀΛΥΘΕΝ **V** παρῆν δῆθεν ς ‖ 11 ea *ss.* **V** ‖ 15 deferendi ω *corr.* σ defendendi *Mdg.* ‖ 17 p. et glad. ω et *om.* ς ei *Mms.* ‖ 18 praeposita (*ex* -to **R**) **RV**[1] ‖ 21 circumscripta σ | 22 quod *s.* quia *Gr.* quia eam *Eussner* ‖ 23 *post* mans. *repetunt* iniuriam — Romani (*v. 22 sq.*), *tum addunt* occupare **RV** ‖ 27 ei. qui **R** | alioqui *Hertz prius* alio ω alias *Scioppius* uiri iusti (aequi *Mdg.*) alioqui, sed *Mdg. et Hertz*

[redacted]



fallaciosis et quasi Graecorum sophistarum sollertiis.
Nam cum obiceretur inquit Rodiensibus, quod 35
bellum populo Romano facere voluissent,
negavit poena esse dignos, quia id non fecissent, etsi maxime voluissent, induxisseque eum
dicit, quam dialectici ἐπαγωγὴν appellant, rem admodum insidiosam et sophisticam neque ad veritates
magis quam ad captiones repertam, cum conatus sit
exemplis decipientibus conligere confirmareque neminem, qui male facere voluit, plecti aequum esse, nisi
quod factum voluit, etiam fecerit. Verba autem ex 36
ea oratione M. Catonis haec sunt *(V 4 J.)*: 'Qui
acerrime advorsus eos dicit, ita dicit 'hostes
voluisse fieri'. Ecquis est tandem, qui vestrorum, quod ad sese attineat, aequum censeat
poenas dare ob eam rem, quod arguatur male
facere voluisse? Nemo, opinor; nam ego, quod
ad me attinet, nolim.' Deinde paulo infra dicit 37
*(V 5 J.)*: 'Quid nunc? ecqua tandem lex est tam
acerba, quae dicat 'si quis illud facere voluerit, mille minus dimidium familiae multa
esto; si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta poena esto; si quis maiorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas
esto?' Atqui nos omnia plura habere volumus,
et id nobis impune est.' Postea ita dicit *(V 6 J.)*: 38
'Sed si honorem non aequum est haberi ob eam
rem, quod bene facere voluisse quis dicit neque fecit tamen, Rodiensibus oberit, quod non

21 Fronto p. 103, 5 N. FIR p. 48, 12 et adn. 11

4 paene sed ignosci quia ω *corr. Mdg.* ignosci ⟨poposcit⟩ σ ‖ 6 dixit R ‖ 14 Et quis ω *corr. Gr.* | vestrum *HJMueller* ‖ 18 dixit R[1] ‖ 19 Quin R | et qua PV et quae R *corr. HMeyer* ecquae *Gr.* ‖ 21 ⟨ne⟩ minus *CFWMueller* nummis ς ‖ 24 dam(p)na ω *corr. Fulv. Ursinus* ‖ 25 atque ω *corr.* σ ‖ 29 oberit *Gr.* taberit ω (P?) n̄ aberit P[2] id (*malim* n̄c = nunc) ob. *Jordan* non oberit . . facere. *Mms.* labes erit *Hertz prius*

[redacted]



male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur fa-
39 cere?' His argumentis Tiro Tullius M. Catonem
contendere et conficere dicit Rodiensibus quoque im-
pune esse debere, quod hostes quidem esse populi
40 Romani voluissent, ut qui maxime non fuissent. Dissi-
mulari autem non posse ait, quin paria et consimilia
non sint plus quingenta iugera habere velle, quod
plebiscito Stolonis prohibitum fuit, et bellum iniustum
atque impium populo Romano facere velle, neque item
infitias iri posse, quin alia causa in praemio sit, alia in
41 poenis. Nam beneficia inquit promissa opperiri
oportet neque ante remunerari, quam facta
sint, iniurias autem imminentis praecavisse
42 iustum est, quam expectavisse. Summa enim
professio stultitiae inquit est non ire obviam
sceleribus cogitatis, sed manere opperirique,
ut, cum admissa et perpetrata fuerint, tum
denique, ubi, quae facta sunt, infecta fieri non
possunt, poeniantur.
43 Haec Tiro in Catonem non nimis frigide neque
44 sane inaniter; sed enim Cato non nudam nec solita-
riam nec inprotectam hanc ἐπαγωγὴν facit, sed multis
eam modis praefulcit multisque aliis argumentis con-
velat et, quia non Rodiensibus magis quam reipublicae
consultabat, nihil sibi dictu factuque in ea re turpe
duxit, quin omni sententiarum via servatum ire socios
45 niteretur. Ac primum ea non incallide conquisivit,
quae non iure naturae aut iure gentium fieri pro-
hibentur, sed iure legum rei alicuius medendae aut

23 Amm. XXX 4, 20 26 Amm. XIV 10, 10 XVII 1, 12 al.

1 quia *del. Mms.* || 3 confiteri P || 5 ut *Hertz* et ω etsi *Carrio* at qui (quam *Hagen*) *Lion* || 7 uellet P || 8 colonis ω *corr. Btl.* || 10 infitias iri *scripsi* infitiari ω || 14 iustiusst *Mdg.* || 17 ut eum P ut R || 20 non rigide P || 21 nuda nec solitaria nimis nec P || 23 validis *Hertz ex Amm.* || 24 quam reis P || 25 meare ω *corr.* V[2] || 26 dixit qui in P || 28 non iuri(a)e ω

[redacted]



temporis causa iussarum; sicut est de numero pecoris
et de modo agri praefinito. In quibus rebus, quod 46
prohibitum est, fieri quidem per leges non licet; velle
id tamen facere, si liceat, inhonestum non est. Atque 47
eas res contulit sensim miscuitque cum eo, quod neque
facere neque velle per sese honestum est; tum deinde,
ne disparilitas conlationis evidens fieret, pluribus id
propugnaculis defensat neque tenues istas et enucleatas
voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in
philosophorum otio disputantur, magni facit, sed id
solum ex summa ope nititur, ut causa Rodiensium,
quorum amicitiam retineri ex republica fuit, aut aequa
iudicaretur aut quidem certe ignoscenda. Atque interim
neque fecisse Rodienses bellum neque facere voluisse
dicit, interim autem facta sola censenda dicit atque
in iudicium vocanda, sed voluntates nudas inanesque
neque legibus neque poenis fieri obnoxias; interdum
tamen, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat
et ignoscentias utiles esse rebus humanis docet ac, nisi
ignoscant, metus in republica rerum novarum movet;
sed enim contra, si ignoscatur, conservatum iri ostendit populi Romani magnitudinem.

Superbiae quoque crimen, quod tunc praeter cetera 48
in senatu Rodiensibus obiectum erat, mirifica et prope
divina responsionis figura elusit et eluit. Verba adeo 49
ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea praetermisit
*(V 7 J.)*: Rodiensis superbos esse aiunt id ob- 50
iectantes, quod mihi et liberis meis minime dici
velim. Sint sane superbi. Quid id ad nos attinet? Idne irascimini, si quis superbior est
quam nos? Nihil prorsus hac compellatione dici 51
potest neque gravius neque munitius adversus homines

2 modo *Carrio* domo ω ‖ 4 libeat R ‖ 11 ex *del. Carrio* ‖ 24 obiecit P ‖ 26 eam ω ‖ 28 et] e P | dici] V *om. lacuna rel.* P *(desunt haec in* R) deici *Hertz* obici nolim *Sauppe* ‖ 29 *et* 31 vos *Wagener* ‖ 30 superior R ‖ 32 minucius V

[redacted]



superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in aliis reprehenderent.

52 Praeterea animadvertere est in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum rhetoricarum arma atque subsidia mota esse; sed non proinde ut in decursibus ludicris aut simulacris proeliorum voluptariis fieri videmus. Non enim, inquam, distincte nimis atque compte atque modulate res acta est, sed quasi in ancipiti certamine, cum sparsa acies est, multis locis Marte vario pugnatur, sic in ista tum causa Cato, cum superbia illa Rodiensium famosissima multorum odio atque invidia flagraret, omnibus promisce tuendi atque propugnandi modis usus est et nunc ut optime meritos commendat, nunc tamquam si innocentes purgat, ‹nunc,› ne bona divitiaeque eorum expetantur, obiurgat, nunc et, quasi sit erratum, deprecatur, nunc ut necessarios reipublicae ostentat, nunc clementiae, nunc mansuetudinis maiorum, nunc utilitatis publicae commonefacit.

53 Eaque omnia distinctius numerosiusque fortassean dici potuerint, fortius atque vividius potuisse dici non vi-

54 dentur. Inique igitur Tiro Tullius, quod ex omnibus facultatibus tam opulentae orationis aptis inter sese et cohaerentibus parvum quippiam nudumque sumpsit, quod obtrectaret, tamquam non dignum M. Catone fuerit, quod delictorum non perpetratorum voluntates non censuerit poeniendas.

55 Commodius autem rectiusque de his meis verbis, quibus Tullio Tironi respondimus, existimabit iudiciumque faciet, qui et orationem ipsam totam Catonis acceperit in manus et epistulam Tironis ad Axium scriptam requirere et legere curaverit. Ita enim nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

---

7 enim *om.* **PR** || 14 tunc ω | si] sint **R** | purget, ne *Mms.* | nunc *add. Hertz* | 15 expectantur **P** || 16 et *del. Hertz* || 20 duci **P** | 27 aut erectiusque ω || 28 existimauit (-uit **R**) ω

## IV

**Cuiusmodi servos et quam ob causam Caelius Sabinus, iuris civilis auctor, pilleatos venundari solitos scripserit; et quae mancipia sub corona more maiorum venierint; atque id ipsum 'sub corona' quid sit.**

Pilleatos servos venum solitos ire, quorum nomine 1
venditor nihil praestaret, Caelius Sabinus iurisperitus
*(fr. 2 H. de manc. fr. 19 Br.)* scriptum reliquit. Cuius 2
rei causam esse ait, quod eiusmodi condicionis man-
cipia insignia esse in vendundo deberent, ut emptores
errare et capi non possent, neque lex vendundi oppe-
rienda esset, sed oculis iam praeciperent, quodnam
esset mancipiorum genus; sicuti inquit antiquitus 3
mancipia iure belli capta coronis induta venie-
bant et idcirco dicebantur 'sub corona' venire.
Namque ut ea corona signum erat captivorum
venalium, ita pilleus impositus demonstrabat
eiusmodi servos venundari, quorum nomine
emptori venditor nihil praestaret.

Est autem alia rationis opinio, cur dici solitum sit 4
captivos 'sub corona' venundari, quod milites custodiae
causa captivorum venalium greges circumstarent eaque
circumstatio militum 'corona' appellata sit. Sed id 5
magis verum esse, quod supra dixi, M. Cato in libro,
quem composuit de re militari, docet.

Verba sunt haec Catonis *(fr. 2 J.)*: Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus subplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.

---

23 sqq. Fest. p. 306, 4

---

2 Huiusmodi ω ‖ 7 sabellius R ‖ 10 insignita *Falster* ‖ 12 quidnam P q̃nam R ‖ 29 ueniat ω

## V

Historia de Polo histrione memoratu digna.

1 Histrio in terra Graecia fuit fama celebri, qui ge-
stus et vocis claritudine et venustate ceteris antistabat:
2 nomen fuisse aiunt Polum, tragoedias poetarum nobi-
3 lium scite atque asseverate actitavit. Is Polus unice
4 amatum filium morte amisit. Eum luctum quoniam
5 satis visus est eluxisse, rediit ad quaestum artis. In
eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus
6 gestare urnam quasi cum Oresti ossibus debebat. Ita
compositum fabulae argumentum est, ut veluti fratris
reliquias ferens Electra comploret commisereaturque
7 interitum eius existimatum. Igitur Polus lugubri ha-
bitu Electrae indutus ossa atque urnam e sepulcro
tulit filii et quasi Oresti amplexus opplevit omnia
non simulacris neque imitamentis, sed luctu atque
8 lamentis veris et spirantibus. Itaque cum agi fabula
videretur, dolor actus est.

## VI

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles scripserit.

1 Ex quinque his sensibus, quos animantibus natura tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quas Graeci *αἰσθήσεις* appellant, quaedam animalium alia alio carent et aut caeca natura gignuntur aut inodora in-

---

16 Amm. XXII 13, 1 23 XIX 2, 1 GLK I 552, 19 CGL VII 256 24 Non. II p. 129, 9 'inauditum, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est: quaedam animalium aliud ... inodora aut inaudita'.

---

3 '*aliter* gestu' *JGr.* || 4 et *alt. om.* **V** || 7 quem satis **R** quom iam *Scioppius* || 8 est *om.* **PR** || 9 electam *ω* || 13 existimatur *ω corr. Gr., plura excidisse statuunt σ* | populus *ω* || 14 ex **R** *om.* **P** | 24 aliud alio *Non.* || 25 et *om. Non.* | ceci **R** a *Non.* | inora *ω* | aut inaudita *Non.*

[redacted]



auritave. Nullum autem ullum gigni animal Aristoteles dicit, quod aut gustus sensu careat aut tactus. 2
Verba ex libro eius, quem περὶ μνήμης composuit, haec sunt (*περὶ ὕπνου 2*): *Τὴν δὲ ἁφὴν καὶ τὴν γεῦσιν πάντα ἔχει, πλὴν εἴ τι τῶν ζώων ἀτελές.* 3

## VII

**An 'affatim', quasi 'admodum', prima acuta pronuntiandum sit; et quaedam itidem non incuriose tractata super aliarum vocum accentibus.**

Annianus poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et sermocinabatur mira quadam et scita suavitate. 1
Is 'affatim' ut 'admodum' prima acuta, non media, pronuntiabat atque ita veteres locutos censebat. 2
Itaque se audiente Probum grammaticum hos versus in Plauti Cistellaria (*v. 231*) legisse dicit: 3

pótine tu homo fácinus facere strénuum? — aliorum áffatim est,
quí faciant; sane égo me nolo fórtem perhiberí virum,

causamque esse huic accentui dicebat, quod 'affatim' non essent duae partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset, sicuti in eo quoque, quod 'exadversum' dicimus, secundam syllabam debere acui existimabat, quoniam una, non duae essent partes orationis; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his versibus (*Phorm. v. 88*): 4

in quo haéc discebat lúdo, exadversúm loco
tostrína erat quaedam.

---

10 sqq. Schoell, act. soc. ph. Lips. VI p. 189    13 GLK III 75, 7    24 GLK III 514, 23

---

5 *εἴ τι*] ΕΠΙ V | ΑΤΕΛΗ (Η *ex* ΕΙ) V || 16 dixit *Sk.* || 17 Potin es ς || 19 uolo ς || 28 dicebat V | ilico *et* ei loco *codd. Ter.*

[redacted]



5 Addebat etiam, quod 'ad' praeverbium tum ferme acu-
eretur, cum significaret **ἐπίτασιν**, quam 'intentionem'
nos dicimus, sicut 'adfabre' et 'admodum' et 'adprobe'
dicuntur.
6 Cetera quidem satis commode Annianus. Sed
si hanc particulam semper, cum intentionem signi-
7 ficaret, acui putavit, non id perpetuum videtur; nam
et 'adpotus' cum dicimus et 'adprimus' et 'adprime',
intentio in his omnibus demonstratur, neque tamen
'ad' particula satis commode accentu acuto pronun-
8 tiatur. 'Adprobus' tamen, quod significat 'valde probus',
9 non infitias eo, quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus,
vocabulo isto utitur *(v. 228 R.*[3]*)*:

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

10 Num igitur in istis vocibus, quas non acui diximus,
ea causa est, quod syllaba insequitur natura longior,
quae non ferme patitur acui priorem in vocabulis
11 syllabarum plurium quam duarum? 'Adprimum' autem
longe primum L. Livius in Odyssia dicit in hoc
versu *(fr. 11 B.)*:

ibidemque vir summus adprimus Patroclus.

12 Idem Livius in Odyssia *(fr. 29 B.)* 'praemodum' dicit,
quasi admodum: 'parcentes' inquit 'praemodum',
quod significat 'supra modum', dictumque est quasi
'praeter modum'; in quo scilicet prima syllaba acui
debebit.

1 (Serv. A. VI 603 Donat. Ter. Andr. IV 2, 11) 2 CGL II 311, 36

1 prouerbium ω *corr. Carrio* || 6 intencione PV || 7 uideretur V[1] putauit P || 15 mihi RV (P) || 16 non *Scioppius* nos ω || 19 plurimum ω || 22 Patricoles *Bergk* || 23 *et* 24 postmodum P || 27 debet R debuit σ

[redacted]



## VIII

**Res ultra fidem tradita super amatore delphino et puero amato.**

Delphinos venerios esse et amasios non modo 1
historiae veteres, sed recentes quoque memoriae
declarant. Nam et sub Caesare Augusto in Puteolano 2
mari, ut Apion scriptum reliquit, et aliquot saeculis
ante apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit,
amores flagrantissimi delphinorum cogniti comperti-
que sunt. Neque hi amaverunt, quod sunt ipsi, genus, 3
sed pueros forma liberali in naviculis forte aut in
vadis litorum conspectos miris et humanis modis
arserunt.

Verba subscripsi Ἀπίωνος, eruditi viri, ex Aegyp- 4
tiacorum libro quinto, quibus delphini amantis et
pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes,
aurigationes refert eaque omnia sese ipsum multos-
que alios vidisse dicit *(FHG III 510)*: *Αὐτὸς δ' αὖ* 5
*εἶδον περὶ Δικαιαρχίας ⟨παιδός⟩ — Ὑάκινθος*
*ἐκαλεῖτο — πόθοις ἐπτοημένον δελφῖνα. Προσ-*
*σαίνει τὴν φωνὴν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν πτερούμενος*
*ἐντὸς τάς τε ἀκάνθας ὑποστέλλων, μή τι τοῦ*
*ποθουμένου χρωτὸς ἀμύξῃ φειδόμενος, ἱππη-*

---

3 sq. Arist. hist. an. IX 48 Antig. Car. 55 (60) Philo de animal. 67 Plut. soll. an. 36 p. 984 Aelian. nat. an. II 6 VIII 11 Pausan. III 25, 7 Oppian. hal. V 458 Athen. XIII 85 p. 606[c] (Plin. ep. IX 33) 7 Plin. IX 8, 27 sq. Aelian. nat. an. VI 15 extr. 14 sqq. Plin. IX 8, 25 (= Solin. XII 7) Aelian. nat. an. VI 15 Tzetz. Chil. IV 23

---

2 amatores ω || 5 Caesare Aug. *scripsi* cesaribus (cesaris P) ω Caesaris ⟨Augusti imperio⟩ *Hertz* || 8 amatores (-ore R) ω *corr. Gr.* || 11 liberorum R || 13 Erudiu(i)ri (Crud. R) ω || 16 arrigationes (-ciones RV) ω | ref(f)erre ω || 18 παιδός *add. Scioppius* || 19 ΠΟΤΟΥϹ V | ΠΡΌϹ ΠΑΙΔΙΚΉΝ ΦΩΝΗΝ ΟϹ U || 20 ΠΗΝ V | ἀΥΤΟΙΤΗΝΤΥΧΗΝ V *recte* U || 21 ΙΠΟϹΠΕΛΛΩΝ ΜΕ ΤΙ V ΠΕΡΙϹΤΈΛΛΩΝ ῞ΙΝΑ ΜΉ U

[redacted]



*δόν ⟨τε⟩ περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. Ἐξεχεῖτο ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα Ἰταλία τῆς*
6 *Ἀφροδίτης ξυνορῶντες ἡνιοχούμενον ἰχθύν.* Ad hoc adicit rem ⟨non⟩ minus mirandam. 'Postea' inquit 'idem ille puer *δελφινερώμενος* morbo adfectus
7 obit suum diem. At ille amans, ubi saepe ad litus solitum adnavit et puer, qui in primo vado adventum eius opperiri consueverat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque est et in litore iacens inventus ab his, qui rem cognoverant, in sui pueri sepulcro humatus est.

## IX

'Peposci' et 'memordi', 'pepugi' et 'spepondi' et 'cecurri' plerosque veterum dixisse, non, uti postea receptum est dicere, per o aut per u litteram in prima syllaba positam, atque id eos Graecae rationis exemplo dixisse; praeterea notatum, quod viri non indocti neque ignobiles a verbo 'descendo' non 'descendi', sed 'descendidi' dixerunt.

1 'Poposci', 'momordi', 'pupugi', 'cucurri' probabiliter dici videtur, atque ita nunc omnes ferme doctiores hisce
2 verbis utuntur. Sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non 'momorderit' *(20 M. 473 B.)*:

meum inquit nón est, ac si mé canis memórderit.

3 Item Laberius in Gallis *(v. 49 R.[3])*:

de integró patrimonió meo centum mília nummúm memordi.

20 sqq. Non. II p. 140, 19 sqq. CGL V 644, 32

1 τε *add. Hertz* || 3 IΥΝξΙΝΟΡΟΝΤC V || 4 dicit V[1] | non *add.* ς | mir. de delfino R || 5 delphine romenus ω || 9 est ab R || 15 ideo ω *corr. Hertz* || 17 discendi (-dis P) sed discendi ω | *praetulerim hic* duxerunt || 19 uidentur R | huiusce ω huiuscemodi σ || 20 satiris suis R || 23 at R[1] ut *Non.* || 26 *versus varie distribuerunt*

[redacted]



m idem Laberius in Coloratore *(v. 27 R.[3])*: 4

itáque leni pruná percoctus símul sub dentes múlieris
veni, bis, ter memórdit.

m P. Nigidius de animalibus libro II. *(fr. 112 *.)*: Vt serpens si memordit, gallina diligitur opponitur. 5

m Plautus in Aulularia *(fr. 2 p. 95 G.)*: 6

ut ádmemordit hóminem.

d idem Plautus in Trigeminis neque 'praememorse' ⟨neque 'praemomordisse'⟩ dicit, sed 'praemorsisse' *. 120 G.)*: 7

nísi fugissem inquit médium, credo, praémorsisset.

Item Atta in Conciliatrice *(v. 6 R.[3])*: 8

ursum sé memordisse autúmat.

'Peposci' quoque, non 'poposci', Valerius Antias libro annalium XLV. *(fr. 60 P.)* scriptum reliquit: Denique Licinius tribunus plebi perduellionis ei diem dixit et comitiis diem a M. Marcio praetore peposcit. Pepugero aeque Atta in Aedilicia dicit *(v. 2 R.[3])*: 9 10

sed sí pepugero, métuet.

---

6 Plin. XXIX 4, 61; 78 ibique Mayh. 11 CGL VI 711

2 *sq. versus constituit Sk., alia apud Ribb.* '*offendit accentus* itáque; *ludi possunt multa velut* ítaque lévi pruná . . véni, bis ter ⟨mé⟩ memordit' *Sk.* || 6 deligitur **PR** dirigitur *Scaliger* || 7 apiortur oportur **R** || 11 n. pr. *add. HJMueller et Sk.* | dicit *om.* **R** || 13 ni **R** | inquit] in *Winter* inquit, ⟨in⟩ *Sk.* || 15 acta **PV** Accius *Non.* || 18 annalio **R** || 19 per(perdio **R**) duellionem ω *corr. Carrio* in p. *JGr.* || 20 es ei diec dic **R** || 21 poscit (possicit **R**) ω || 23 sed] sus **R**

[redacted]



11 Aelium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto *(fr. 2 H. I p. 367 Br.)* 'occecurrit' dixisse Probus adnotavit et haec eius verba apposuit: Si generalis
12 species occecurrerit. Idem Probus Valerium Antiatem libro historiarum XXII. *(fr. 57 P.)* speponderant scripsisse annotavit verbaque eius haec posuit: Tiberius Graccus, qui quaestor C. Mancino in Hispania fuerat, et ceteri, qui pacem speponderant.

13 Ratio autem istarum dictionum haec esse videri potest: quoniam Graeci in quadam specie praeteriti temporis, quod *παρακείμενον* appellant, secundam verbi litteram in e plerumque vertunt, ut *γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λούω*
14 *λέλουκα*, sic igitur mordeo 'memordi', posco 'peposci', tendo 'tetendi', tango 'tetigi', pungo 'pepugi', curro
15 'cecurri', tollo 'tetuli', spondeo 'spepondi' facit. Sic M. Tullius *(fr. 14 p. 1060 Or.²)* et C. Caesar *(II p. 158 Di.)* 'mordeo, memordi', 'pungo, pepugi', 'spondeo, spepondi' dixerunt.

Praeterea inveni a verbo 'scindo' simili ratione non
16 'sciderat', sed 'sciciderat' dictum esse. L. Accius in Sotadicorum libro I. sciciderat dicit. Verba haec sunt *(fr. I 2 M. 8 B.)*:

num érgo aquila ita, ut hí praedicánt, scicí-
derat péctus?

17 Ennius quoque ⟨in Melanippa *(v. 252 R.³)*:
cum saxum scíciderit⟩.

* * *

12 CGL II 395, 5 17 (tollo) GLK I 245, 5; 248, 2 II 526, 14 (cfr. IV 39, 5 V 241, 1 sq.; 606, 37 VI 491, 12 Anecd. H. 258, 8) 21 sqq. GLK II 23, 2; 516, 15 sqq.

1 tuberomnem **PV** || 4 occurrerit (-urrit **V**) *ω corr.* ς | probum *ω* || 13 ΓΕΡΑΦΩ ΤΕΤΡΑΦΑ **V** || 17 Sed *Beck* || 25 Num] **P** Non **RV** *Prisc.* | ego **R** | hi *om. Prisc.* || 26 spectus **R** || 27—263, 6 *om.* **R** | in — sciciderit *ex Prisc. I 517, 10 huc traxit JGr., etiam alia Hertz*

Valerius Antias in libro historiarum LXXV. verba haec scripsit *(fr. 62 P.)*: Deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catu- 18
lario *(v. 19 R.³)* ita scripsit:

égo mirabar, quómodo mammaé mihi
⟨déscendiderant⟩ ***

## X

⟨Vt⟩ 'ususcapio' copulate recto vocabuli casu dicitur, ita 'pignoriscapio' coniuncte eadem vocabuli forma dictum esse.

Vt haec 'ususcapio' dicitur copulato vocabulo 'a' 1
littera in eo tractim pronuntiata, ita 'pignoriscapio'
iuncte et producte dicebatur. Verba Catonis sunt ex 2
primo epistolicarum quaestionum *(p. CVIII J.)*: Pignoriscapio ob aes militare, quod aes a tribuno aerario miles accipere debebat, vocabulum
seorsum fit. Per quod satis dilucet hanc 'capionem' 3
posse dici quasi hanc 'captionem' et in usu et in pignore.

## XI

Neque levitatem neque nequitiam ea significatione esse, qua in volgi sermonibus dicuntur.

'Levitatem' plerumque nunc pro inconstantia et 1
mutabilitate dici audio et 'nequitiam' pro sollertia
astutiaque. Sed veterum hominum qui proprie atque 2
integre locuti sunt, 'leves' dixerunt, quos volgo nunc viles et nullo honore dignos dicimus, et 'levitatem'

14 Gai. IV 26 sqq. — Varro l. l. V 36, 181

1—5 *bis afferunt* PV ‖ 3 descescendit *Btl.* | Valerius, *postea* Nauerius (auerius P) PV ‖ 5 ergo *Palmer ex Plaut. Asin. 315* ‖ 6 desc. *add. ς plura ex Non. Hertz* ‖ 8 Vt *add. Gr.* | usucapio ω ‖ 10 Et PV | usu capio P² ‖ 12 iuncte sunt ω sunt *del. Hertz* iuncte A producta *Gr.* | *immo* Varronis *cum Lipsio* ‖ 14 militares ω *corr.* P² ‖ 16 fit] ς sit ω ‖ 21 uulgis ω ‖ 23 inmutabilitate ω *corr.* P² ‖ 26 ducimus ω

[redacted]



appellaverunt proinde quasi vilitatem et 'nequam' hominem nihili rei neque frugis bonae, quod genus Graeci fere *ἄσωτον* vel *ἀκόλαστον* dicunt.

3 Qui exempla horum verborum requirit, ne in libris nimium remotis quaerat, inveniet ea in M. Tullii
4 secunda Antonianarum. Nam cum genus quoddam sordidissimum vitae atque victus M. Antoni demonstraturus esset, quod in caupona delitisceret, quod ad vesperum perpotaret, quod ore involuto iter faceret, ne cognosceretur, haec aliaque eiusdemmodi cum in eum dicturus esset *(Phil. II 31, 77)*: videte inquit hominis levitatem, tamquam prorsus ista dedecora
5 hoc convicio in homine notarentur. At postea, cum in eundem Antonium probra quaedam alia ludibriosa et turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit: O hominem nequam! nihil enim magis proprie possum dicere.

6 Sed ex eo loco M. Tullii verba compluscula libuit ponere: At videte levitatem hominis! Cum hora diei decima fere ad Saxa rubra venisset, delituit in quadam cauponula atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum; inde cisio celeriter ad urbem advectus domum venit ore involuto. Ianitor rogat: 'Quis tu?' 'A Marco tabellarius.' Confestim ad eam, cuius causa venerat, deducitur eique epistulam tradit. Quam illa cum legeret flens — erat enim scripta amatorie; caput autem litterarum hoc erat: sibi cum illa

20 Non. II p. 86, 28 'delevit in q. caupona atque i. s. o. perpotum cissim domum venit'

1 vilitatem *Ranchinus* leuitatem ω ‖ 2 nulli *Carrio* nih. ⟨neque⟩ rei n. σ rei *del. Hertz* ‖ 4 requiret **R** ‖ 9 perpoparet ω ‖ 10 h. et aliaque **PR²V** ‖ 13 uicio (-tio **PV**) ω *corr. Gr. retinet Petschenig* ‖ 19 Ac ω ‖ 21 occulans ω ‖ 23 capite obvoluto *Cic.* | 24 rogat *om. Cic.* | tuo. m̃. **R** ‖ 25 causam **PV** ‖ 27 legere ω | erant **PV** non erat **R** ‖ 28 hoc erat *om. Cic.*

[redacted]



ima posthac nihil futurum, omnem se amorem
iecisse illim atque in hanc transfudisse —,
m mulier fleret uberius, homo misericors
re non potuit: caput aperuit, in collum in-
it. O hominem nequam! — nihil enim magis
oprie possum dicere: ergo ut te catamitum
c opinato cum ostendisses, praeter spem
ulier aspiceret, idcirco urbem terrore noc-
rno, Italiam multorum dierum metu pertur-
sti?
Consimiliter Q. quoque Claudius in primo an- 7
lium 'nequitiam' appellavit luxum vitae prodigum
sumque in hisce verbis *(fr. 15 P.)*: Persuadent
uidam adulescenti Lucano, qui adprime sum-
o genere gnatus erat, sed luxuria et nequitia
ecuniam magnam consumpserat. M. Varro in 8
bris de lingua Latina *(X 5, 81)*: Vt ex 'non' et
volo' inquit 'nolo', sic ex 'ne' et 'quicquam'
edia syllaba extrita compositum est 'nequam'.
. Africanus pro se contra Tiberium Asellum 9
e multa ad populum *(ORF² p. 183)*: Omnia mala,
robra, flagitia, quae homines faciunt, in dua-
us rebus sunt, malitia atque nequitia. Vtrum
defendis, malitiam an nequitiam an utrumque
simul? Si nequitiam defendere vis, licet; si tu
in uno scorto maiorem pecuniam absumpsisti,
quam quanti omne instrumentum fundi Sabini
in censum dedicavisti, si hoc ita est: qui spon-
det mille nummum? si tu plus tertia parte pe-
cuniae paternae perdidisti atque absumpsisti
in flagitiis, si hoc ita est: qui spondet mille

13 sqq. Liv. VIII 27, 6

1 futurorum ω ‖ 2 illim *Lambinus* illi ω illinc *s.* illic *codd. Gic.* illius *edd. vett.* ‖ 7 offendisses V ‖ 13 Persuadenti ω ‖ 17 et *Varro* et ex ω ‖ 19 coactum *Varro* ‖ 20 asellium ω ‖ 24 defen-dit ω *corr.* σ ‖ 26 abinsumpsisti ω ‖ 30 sumpsisti R

**De tunicis chiridotis; quod earum
picio Gallo obiecit.**

1 Tunicis uti virum prolixi
in primores manus ac prope
2 in omni Latio indecorum fui
vocabulo nostri 'chiridotas' a
solis vestem longe lateque diff
verunt ad ulnas cruraque adve
3 Viri autem Romani primo qu
sola amicti fuerunt; postea sub
cas citra humerum desinentis
4 Graeci dicunt ἐξωμίδας. Hac
Africanus, Pauli filius, vir
atque omni virtute praeditus, P.
delicato, inter pleraque alia, qu
que probro dedit, quod tunicis
operientibus.

5 Verba sunt haec Scipionis
qui cotidie unguentatus a
ornetur, cuius supercilia r
vulsa feminibusque subvuls

8 August. doctr. Christ. III 12, 20 S
XIX 22, 8

aviviis adulescentulus cum amatore cum iridota tunica inferior accubuerit, qui non do vinosus, sed virosus quoque sit, eumne isquam dubitet, quin idem fecerit, quod ciedi facere solent?

Vergilius quoque tunicas huiuscemodi quasi femi- 6
probrosas criminatur *(A. IX 616)*:

et tunicae inquit manicas et habent redimicula mitrae.

Q. quoque Ennius *(234 M. 162 B.)* Carthaginien- 7
tunicatam iuventutem non videtur sine probro isse.

## XIII

Quem 'classicum' dicat M. Cato, quem 'infra classem'.

'Classici' dicebantur non omnes, qui in quinque 1
sibus erant, sed primae tantum classis homines, i centum et viginti quinque milia aeris ampliusve i erant. 'Infra classem' autem appellabantur se- 2
dae classis ceterarumque omnium classium, qui iore summa aeris, quod supra dixi, censebantur. oc eo strictim notavi, quoniam in M. Catonis ora- 3
ione, qua Voconiam legem suasit *(XXXII 3 J.)*, eri solet, quid sit 'classicus', quid 'infra classem'.

6 sqq. Non. XIV p. 536, 18 (IV p. 350, 20) 10 sqq. Non. XIV p. 536, 31 15 sqq. Paul. p. 113, 12

2 chiridicta B | interior *Lipsius* || 6 feminas *ω corr.* *ς* | ac probr. *σ* || 15 in quinque *Scioppius* inqu(a)e *ω* in P² || 20 minorem summam *Mdg.* | quam *ς* ⟨quam⟩ quod *Sk.* || 21 fictum B

# XIV

De tribus dicendi generibus; ac de tribus philosophis, qui Atheniensibus ad senatum Romae legatisunt.

1 Et in carmine et in soluta oratione genera di
probabilia sunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vo
2 nominaque eis fecerunt ἁδρόν, ἰσχνόν, μέσον.
quoque, quem primum posuimus, 'uberem' voca
secundum 'gracilem', tertium 'mediocrem'.
3 Vberi dignitas atque amplitudo est, gracili ven
et subtilitas, medius in confinio est utriusque
particeps.
4 His singulis orationis virtutibus vitia agnata
pari numero, quae earum modum et habitum si
5 cris falsis ementiuntur. Sic plerumque sufflati
tumidi fallunt pro uberibus, squalentes et ieiu
pro gracilibus, incerti et ambigui pro mediocri
6 Vera autem et propria huiuscemodi formarum exe
in Latina lingua M. Varro *(fr. 80 W.)* esse dicit
tatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocri
7 Terentium. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiqu
tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnific
in Vlixe et ubertum, subtile in Menelao et cohibit
mixtum moderatumque in Nestore.
8 Animadversa eadem tripertita varietas est in tri
philosophis, quos Athenienses Romam ad senatum

4 sqq. Quint. XII 10, 58 Fronto p. 54, 11 N. Rhet. lat. min. 1
438, 9; 515, 27; 561, 7 H. schol. Bern. p. 742, 58 H. CGL VI 207;
19 Fronto p. 113 extr. N. 20 sqq. Quint. XII 10, 64 (
Brut. XIII 50 Auson. prof. Burd. XXI 16 grat. act. VIII 19 ep.
10 sqq. P. 24 sqq. XVII 21, 48 Macr. I 5, 14 sqq. Cic. de or.
37, 155 Tusc. IV 3, 5 acad. II 45, 137 ad Att. XII 23, 2 Plut. C
maior 22 Plin. VII 30, 112 Aelian. v. h. III 17 Lact. inst. V 14

2 discendi V | 3 *an* ⟨populi⟩ Romani? *rd.* § 8 XVII 21,
Romam (*s.* Romanum l. missi σ || 6 apponicx. (-ixc V) non mecc
*(om.* R *corr. Gr.* | Nosque V || 22 uber, tum *Stephanus* || 25
puli r. *Hertz dubitans, qui cum Macr. omittere mavult*

[redacted]



ili ⟨R.⟩ legaverant inpetratum, uti multam remitteret, am fecerat is propter Oropi vastationem. Ea multa erat talentum fere quingentum. Erant isti philo- 9
phi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, itolaus Peripateticus. Et in senatum quidem in- ducti interprete usi sunt C. Acilio senatore; sed e ipsi seorsum quisque ostentandi gratia magno nventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi 10
sse aiunt Rutilius *(fr. 3 P.)* et Polybius *(XXXIII 2 1287 H.)* philosophorum trium sui cuiusque generis undiam. 'Violenta' inquiunt 'et rapida Carneades cebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes sobria'.

Vnumquodque autem genus, ut diximus, cum caste 11
diceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque elinitur, fit praestigiosum.

XV

am severe moribus maiorum in fures vindicatum sit; et quid scripserit Mucius Scaevola super eo, quod servandum atum commodatumve esset.

Labeo in libro de duodecim tabulis secundo 1
. 23 H. 1 Br.) acria et severa iudicia de furtis habita e apud veteres scripsit idque Brutum *(resp. 6 Br.)* itum dicere et furti damnatum esse, qui iumentum orsum duxerat, quam quo utendum acceperat, item i longius produxerat, quam in quem locum petierat. que Q. Scaevola in librorum, quos de iure civili 2
mposuit, XVI. *(fr. 2 H. iur. civ. XVI 1 Br.)* verba haec suit: Quod cui servandum datum est, si id

24 sqq. Gai. III 196 Dig. XIII 6, 5, 8; 10 pr. XLVII 2, 17 pr.; ; 54, 1; 76 Inst. IV 1, 6 (Paul. sent. II 31, 29 Val. Max. VIII 2, 4)

1 legauerunt imperatum **R** | remitterent **RV** || 2 feceratis **P** cerant **RV** civitati eorum fecerat *Macr.* || 6 cacilio **P** cecilio **RV** elio *codd. Macr.* || 15 fugatur *ω* || 19 Mutius *σ* marc(h)us *ω* 1 Labeon libro **P** (**R**) || 24 diceret (-rent **PV**) furti *ω corr. Hertz* icere f. *σ* || 27 Q.] qu(a)e *ω* || 28 XIII. **P** | uerbalia et p. **V**

[redacted]



usus est, sive, quod utendum accepit, ad aliam rem, atque accepit, usus est, furti se obligavit.

## XVI

Locus exscriptus ex satura M. Varronis, quae περὶ ἐδεσμάτων inscripta est, de peregrinis ciborum generibus; et appositi versus Euripidi, quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutavit.

1 M. Varro in satura, quam περὶ ἐδεσμάτων in-
scripsit *(fr. 403 B.)*, lepide admodum et scite factis
versibus cenarum ciborum exquisitas delicias compre-
2 hendit. Nam pleraque id genus, quae helluones isti
terra et mari conquirunt, exposuit inclusitque in nu-
meros senarios.

3 Et ipsos quidem versus, cui otium erit, in libro, quo
4 dixi, positos legat; genera autem nominaque edulium
et domicilia ciborum omnibus aliis praestantia, quae
profunda ingluvies vestigavit, quae Varro obprobrans
exsecutus est, haec sunt ferme, quantum nobis me-
5 moriae est: pavus e Samo, Phrygia attagena, grues
Melicae, haedus ex Ambracia, pelamys Chalcedonia,
muraena Tartesia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarenti,
petunculus ***, helops Rhodius, scari Cilices, nuces
Thasiae, palma Aegyptia, glans Hiberica.

6 Hanc autem peragrantis gulae et in sucos inqui-
rentis industriam atque has undiquevorsum indagines
cuppediarum maiore detestatione dignas censebimus,
si versus Euripidi recordemur, quibus saepissime

---

11 Amm. XXX 4, 14  16 sqq. Enn. hedyph. fr. 529 B (= Apul. apol. 39) Athen. III 44 p. 92[d] CAF II 92, 193 III 426 K. (= Clem. Alex. paed. II 1, 3 p. 164) Varro r. r. II 6, 2 Plin. IX 54, 169 (Hor. epod. II 49 sqq.)  18 Amm. XXII 4, 5

---

5 Iocus V ‖ 9 quadam (quam *ss.*) scripsit R ‖ 11 ciborumque σ (*Amm.*) ‖ 18 quaeque *Hertz* ‖ 21 mellice ω ‖ 22 tar(r)esia ω *corr. Scioppius* ‖ 23 ***] chius σ Lesbius (*ante* pet.) *Buecheler* Siculus *Hertz*

[redacted]



Chrysippus philosophus *(p. 344 Bag.)* ⟨usus⟩, tamquam edendi *** repertas esse non per usum vitae necessarium, sed per luxum animi parata atque facilia fastidientis per inprobam satietatis lasciviam.

Versus Euripidi adscribendos putavi *(fr. 892 N.²)*: 7

ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου,
ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν;
ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή, τρυφῇ δέ τοι
ἄλλων ἐδεστῶν μηχανὰς θηρώμεθα.

## XVII

Sermo habitus cum grammatico insolentiarum et inperitiarum pleno de significatione vocabuli, quod est 'obnoxius'; deque eius vocis origine.

Percontabar Romae quempiam grammaticum primae 1
in docendo celebritatis non hercle experiundi vel temptandi gratia, sed discendi magis studio et cupidine, quid significaret 'obnoxius' quaeque eius vocabuli origo ac ratio esset. Atque ille aspicit me inludens levita- 2
tem quaestionis pravitatemque: 'Obscuram' inquit 'sane rem quaeris multaque prorsus vigilia indagandam. Quis 3
adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici 'obnoxium', cui quid ab eo, cui esse 'obnoxius' dicitur, incommodari et noceri potest et qui habeat aliquem noxae, id est culpae suae, conscium? Quin potius' inquit 'haec mittis nugalia et affers ea, quae digna quaeri tractarique sint?'

Tum vero ego permotus agendum iam oblique ut 4

23 Paul. p. 191, 1

1 usus (est) *add. Hertz* ‖ 2 edendi ⟨irritationes quasdam⟩ σ ed. ⟨*κνήσεις*⟩ *Hertz; ante* edendi *potius crediderim excidisse ἡδυπαθείας* (*Clem. Alex. l. l.*) ‖ 5 euridi ω ‖ 6 *μόνων et μόνοιν alii testes* ‖ 7 ΤΕΙΔΡΕΧΟΟΥ ΟΠΕΡ V ‖ 9 ΔΕ COI V ‖ 20 paruitatemque ς ‖ 24 et qui (habet) *Acidalius* ei qui ω eo quia ς ut qui *puto*

[redacted]



cum homine stulto existimavi et 'cetera,' inquam 'vir doctissime, remotiora gravioraque si discere et scire debuero, quando mihi usus venerit, tum quaeram ex te atque discam; sed enim quia dixi saepe 'obnoxius' et, quid dicerem, nescivi, didici ex te et scire nunc coepi, quod non ego omnium solus, ut tibi sum visus, ignoravi, sed, ut res est, Plautus quoque, homo linguae atque elegantiae in verbis Latinae princeps, quid esset 'obnoxius', nescivit; versus enim est in Sticho illius ita scriptus *(v. 497)*:

nunc ego hercle peri pláne, non obnóxie,

quod minime congruit cum ista, quam me docuisti, significatione; composuit enim Plautus tamquam duo inter se contraria 'plane' et 'obnoxie', quod a tua significatione longe abest'.

5 Atque ille grammaticus satis ridicule, quasi 'ob-
noxius' et 'obnoxie' non declinatione sola, sed re at-
que sententia differrent: 'ego' inquit 'dixi, quid esset
6 'obnoxius', non quid 'obnoxie'.' At tunc ego ad-
mirans insolentis hominis inscitiam: 'mittamus,' in-
quam 'sicuti vis, quod Plautus 'obnoxie' dixit, si id
7 nimis esse remotum putas, atque illud quoque prae-
termittamus, quod Sallustius in Catilina scribit
8 *(XXIII 3)*: Minari etiam ferro, ni sibi obnoxia
foret, et quod videtur novius pervulgatiusque esse, id
me doce. Versus enim Vergilii sunt notissimi *(g. I 395)*:

nam neque tunc astris acies obtunsa videri,
nec fratris radiis obnoxia surgere luna,

9 quod tu ais 'culpae suae conscium'. Alio quoque

1 cetera] **P** quae ter(r)a **RV** quae cetera **R**[2] ‖ 5 qui **R** ‖ 6 incipio **R**[1] ‖ 11 peri(ei) hercle vero plane nihil obn. *codd. Plaut.* ‖ 19 obnoxie n. q. obnoxius *ω* | Ac **V** | nunc **R** ‖ 23 scripsit **V**[1] ‖ 24 etiam] interdum *Sall.* ‖ 25 novius *Hertz* nobis *ω* notius *Lambecius* uobis peruulgatius *ς* *verbum ante perv. excidisse videtur ut* pervagatius, proculcatius (*XVIII 4, 6*), propius (*hoc Sk.*) ‖ 27 Iam **PR** | castris **PV** stellis *Verg.* | obtusa **R** | videtur *Verg.*

[redacted]

...o Vergilius [illegible]
...e in his [illegible]

[illegible]
non rastris [illegible]
...a enim prodesse [illegible] 'obnoxio' dixit [illegible] ...o pacto congruere [illegible] Phoenice in hisce versibus [illegible]

séd virum [illegible]
fórtiterque [illegible]
éa libertas ést. [illegible]
áliae res [illegible]

At ille oscitans et al[illegible] inquit 'mihi operae non est. [illegible] ad me atque disces, quid in verbo isto et Vergilius et Sallustius et Plautus et Ennius senserint.' At nebulo quidem ille, ubi hoc dixit, digressus est; si quis autem volet non originem solam verbi istius, sed significationem quoque eius varietatemque recensere, ut hoc etiam Plautinum spectet, adscripsi versus ex Asinaria *(v. 282)*:

máximas opímitates gaúdio effertíssimas
súis eris ille úna mecum páriet, gnatoque ét patri.

26 Non. II p. 146, 5

1 at P ac V ¦ 6 et iamque V ¦ 7 congrueret equum (cum PR) ω ¦ 8 phonice ω ¦ 9 addecet *Carrio* adiecit ω ¦ 11 uacare P orare *Ribb.* stare *Btl.* astare *LMueller* facere *Buecheler* fortiter inn. voc. adversumque *Hey* ‖ 13 ei *Baehrens* ¦ 18 opere precium R ‖ 21 egressus R ‖ 23 ueritatemque R ‖ 24 spectat ω *corr.* ς ‖ 27 ille namecum ω ‖ 27 nato et R ‖ 28 *sq.* patria de nota etate ω

[redacted]



ádeo ut aetatem ámbo ambobus nóbis sint obnóxii
nóstro devinctí beneficio.

13 Qua vero ille grammaticus finitione usus est, ea videtur in verbo tam multiplici unam tantummodo usurpationem eius notasse, quae quidem congruit cum significatu, quo Caecilius usus est in Chrysio in his versibus *(v. 21 R.³)*:

quamquam ego mercéde huc conductús tua
advénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnóxium
reáre; audibis mále, si maledicís mihi.

## XVIII

De observata custoditaque apud Romanos iurisiurandi sanctimonia; atque inibi de decem captivis, quos Romam Hannibal deiurio ab his accepto legavit.

1 Iusiurandum apud Romanos inviolate sancteque habitum servatumque est. Id et moribus legibusque multis ostenditur, et hoc, quod dicemus, ei rei non
2 tenue argumentum esse potest. ⟨Post⟩ proelium Cannense Hannibal, Carthaginiensium imperator, ex captivis nostris electos decem Romam misit mandavitque eis pactusque est, ut, si populo Romano videretur, permutatio fieret captivorum et pro his, quos alteri plures acciperent, darent argenti pondo libram et se-
3 libram. Hoc, priusquam proficiscerentur, iusiurandum eos adegit redituros esse in castra Poenica, si Romani captivos non permutarent.

1 Non. II p. 72, 17  12 cfr. Otto, Sprichw. p. 45  17 sqq. Civ. off. I 13, 40 III 32, 115 Liv. XXII 58 sqq. XXIV 18, 5 Val. Max. II 9, 8 Zonar. IX 2

1 abeo ut ad aet. *Non.* | nobis *om. Non.* ‖ 3 deuicti R | 5 iam RV ‖ 9 adductus R ‖ 10 obn. ob eam r. R ‖ 20 post *add. Hertz* est. Post *Lambecius* ‖ 25 acceperant R ‖ 26 Hos *s.* Huc *Gr.*

[redacted]



Veniunt Romam decem captivi. Mandatum Poeni 4.5
imperatoris in senatu exponunt. Permutatio senatui 6
non placita. Parentes, cognati adfinesque captivorum 7
amplexi eos postliminio in patriam redisse dicebant
statumque eorum integrum incolumemque esse ac, ne
ad hostes redire vellent, orabant. Tum octo ex his 8
postliminium iustum non esse sibi responderunt, quon-
iam deiurio vincti forent, statimque, uti iurati erant,
ad Hannibalem profecti sunt. Duo reliqui Romae 9
manserunt solutosque esse se ac liberatos religione
dicebant, quoniam, cum egressi castra hostium fuis-
sent, commenticio consilio regressi eodem, tamquam
si ob aliquam fortuitam causam, issent atque ita
iureiurando satisfacto rursum iniurati abissent. Haec 10
eorum fraudulenta calliditas tam esse turpis existi-
mata est, ut contempti vulgo discerptique sint cen-
soresque eos postea omnium notarum et damnis et
ignominiis adfecerint, quoniam, quod facturos deiera-
verant, non fecissent.

Cornelius autem Nepos in libro exemplorum 11
quinto *(fr. 2 P.)* id quoque litteris mandavit multis
in senatu placuisse, ut hi, qui redire nollent, datis
custodibus ad Hannibalem deducerentur, sed eam sen-
tentiam numero plurium, quibus id non videretur, supe-
ratam; eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent,
usque adeo intestabiles invisosque fuisse, ut taedium
vitae ceperint necemque sibi consciverint.

6 ex illis R || 11 cum *om.* R | forent R || 13 aliam V ||
16 disreptique R despretique *Lipsius* || 27 necem sibi conpara-
uerint R

## XIX

**Historia ex annalibus sumpta de Tiberio Graccho, Gracchorum patre, tribuno plebis; atque inibi tribunicia decreta cum ipsis verbis relata.**

1 Pulcrum atque liberale atque magnanimum factum Tiberii Sempronii Gracchi in exemplis repositum est.
2 Id exemplum huiuscemodi est *(Corn. Nep. ex. fr. 3 P.)*: L. Scipioni Asiatico, P. Scipionis Africani superioris fratri, C. Minucius Augurinus tribunus plebi multam irrogavit eumque ob eam causam praedes poscebat.
3 Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum provocabat petebatque, ut virum consularem
4 triumphalemque a collegae vi defenderent. Octo tribuni cognita causa decreverunt.

5 Eius decreti verba, quae posui, ex annalium monumentis exscripta sunt: Quod P. Scipio Africanus postulavit pro L. Scipione Asiatico fratre, cum contra leges contraque morem maiorum tribunus pl. hominibus accitis per vim inauspicato sententiam de eo tulerit multamque nullo exemplo irrogaverit praedesque eum ob eam rem dare cogat aut, si non det, in vincula duci iubeat, ut eum a collegae vi prohibeamus; et quod contra collega postulavit, ne sibi intercedamus, quominus suapte potestate uti liceat, de ea re nostrum sententia omnium ea est: si L. Cornelius Scipio Asiaticus collegae arbitratu praedes dabit, collegae, ne eum in vincula ducat, intercedemus; si eius arbitratu praedes non

---

5 sqq. Liv. XXXVIII 52 sqq. Plut. Cato 15 (Val. Max. V 3, 2 VIII 1 damn. 1 Sen. dial. XI 14, 4 Plin. praef. 10)

---

6 Nepotis positum *Thysius* || 9 patri **R** || 11 patris ω || 12 prouocabant petebantque (que *om.* **R**) ω *corr.* **P**[2] || 23 ut] et ω

[redacted]



labit, quominus collega sua potestate utatur, non intercedemus.

6 Post hoc decretum cum Augurinus tribunus L. Scipio-nem praedes non dantem prendi et in carcerem duci iussisset, tunc Tiberius Sempronius Gracchus tr. pl., pater Tiberi atque C. Gracchorum, cum P. Scipioni Africano inimicus gravis ob plerasque in republica dissensiones esset, iuravit palam in amicitiam inque gratiam se cum P. Africano non redisse, atque ita decretum ex tabula recitavit.

7 Eius decreti verba haec sunt: Cum L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans hostium duces in carcerem coniectarit, alienum videtur esse dignitate reipublicae in eum locum imperatorem populi Romani duci, in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium; itaque L. Cornelium Scipionem Asiaticum a collegae vi prohibeo.

8 Valerius autem Antias (*fr. 45 p. 171 P.*) contra hanc decretorum memoriam contraque auctoritates veterum annalium post Africani mortem intercessionem istam pro Scipione Asiatico factam esse a Tiberio Graccho dixit neque multam irrogatam Scipioni, sed damnatum eum peculatus ob Antiochinam pecuniam, quia praedes non daret, in carcerem duci coeptum atque ita intercedente Graccho exemptum.

3 sqq. l. l. Cic. prov. cons. VIII 18 Val. Max. IV 1, 8 Dio Cass. fr. 62 M. Ampel. XIX 3 Aur. Vict. v. ill. 53; 57

6 scipione ω ‖ 8 esse ω ‖ 14 a dign. R ‖ 24 speculatus R ‖ antiochiam P¹R ‖ 25 qui ω

[redacted]



## XX

Quod Vergilius a Nolanis ob aquam sibi non permissam sustulit e versu suo 'Nolam' et posuit 'oram'; atque ibi quaedam alia de iucunda consonantia litterarum.

1 Scriptum in quodam commentario repperi versus istos a Vergilio ita primum esse recitatos atque editos *(g. II 224)*:

talem dives arat Capua et vicina Vesevo
Nola iugo;

postea Vergilium petisse a Nolanis, aquam uti duceret in propincum rus, Nolanos beneficium petitum non fecisse, poetam offensum nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse 'oram'que pro 'Nola' mutasse atque ita reliquisse:

et vicina Vesevo
ora iugo.

2 Ea res verane an falsa sit, non laboro; quin tamen
melius suaviusque ad aures sit ora quam Nola, du-
3 bium id non est. Nam vocalis in priore versu extrema
eademque in sequenti prima canoro simul atque iu-
4 cundo hiatu tractim sonat. Est adeo invenire apud
nobiles poetas huiuscemodi suavitatis multa, quae
appareat navata esse, non fortuita; sed praeter ceteros
5 omnis apud Homerum plurima. Vno quippe in loco
tales tamque hiantes sonitus in assiduis vocibus plu-
ribus facit *(Il. XXII 151)*:

ἣ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ,

5 sqq. Serv. pl. et Philarg. g. II 224 ([Serv.] A. VII 740 Gellio nominato)

2 ob aq. a Nolanis *Carrio* || 10 *num* ducerent *an* duci liceret? || 14 nolam **PV** nolae iam **R**, *unde possis* inmutasse || 19 uocabulis uersu **R** || 22 quae *om.* **R** || 25 talestamque (ital. **RV**) hiant (ɔiant **R**) et ω *corr. Lambecius* || pluris *Carrio* || 28 ἢ *pr. om.* **V**

[redacted]



atque item alio loco *(Od. XI 596)*:

λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce 6
versibus *(XXVII 1)*:

minister vetuli puer Falerni,
inger mi calices amariores,
ut lex Postumiae iubet magistrae,
ebria acina ebriosioris,

cum dicere 'ebrio' posset, quod erat usitatius 'acinum' in neutro genere appellare, amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem 'ebriam' dixit propter insequentis a litterae concentum. Qui 'ebriosa' autem Catullum dixisse putant aut 'ebrioso' — nam id quoque temere scriptum invenitur —, in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

## XXI

**'Quoad vivet' 'quoad'que 'morietur' cur id ipsum temporis significent, cum ex duobus sint facta contrariis.**

'Quoad vivet' ⟨cum dicitur⟩, cum item dicitur 'quoad 1
morietur', videntur quidem duae res dici contrariae;
sed idem atque unum tempus utraque verba demonstrant. Item cum dicitur 'quoad senatus habebitur' 2
et 'quoad senatus dimittetur', tametsi 'haberi' atque
'dimitti' contraria sunt, unum atque id ipsum tamen
utroque in verbo ostenditur. Tempora enim duo cum 3
inter sese opposita sunt atque ita cohaerentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert, utrum per extremitatem prioris an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur.

---

1 alio in V ‖ 6 *In* ingermicabiles (*sic*) amariores *desinit* R ‖ 7 iuuet ω ‖ 8 ebriose ac in (ac me P) ω *corr. Haupt, item quae secuntur* ebriose acino ς *codd. Cat.* ‖ 9 (h)ebriosi ω | possit V[1] | ⟨et⟩, quod e. u., σ ‖ 11 (h)ebriosam ω ‖ 12 (h)ebrios ω ‖ 13 (h)ebriosos ω ‖ 17 et (*del. Hertz*) quo atque ω ‖ 19 *suppl. Hertz*

[redacted]



## XXII

**Quod censores equum adimere soliti sunt equitibus corpulentis et praepinguibus; quaesitumque, utrum ea res cum ignominia an incolumi dignitate equitum facta sit.**

1 Nimis pingui homini et corpulento censores equum
adimere solitos scilicet minus idoneum ratos esse cum
tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus.
2 Non enim poena id fuit, ut quidam existimant, sed
3 munus sine ignominia remittebatur. Tamen Cato in
oratione, quam de sacrificio commisso scripsit
*(XVIII 5 J.)*, obicit hanc rem criminosius, uti magis
4 videri possit cum ignominia fuisse. Quod si ita accipias,
id profecto existimandum est non omnino inculpatum
neque indesidem visum esse, cuius corpus in
tam inmodicum modum luxuriasset exuberassetque.

---

5 sqq. IV 20, 11

---

5 hominis **V** ‖ 6 solito ω | esse *del. Sk.* | cum] eum *opinabar, sed vd. Pradel, de praepos. vi (Fleckeis. ann. suppl. XXVI) p. 508*

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEPTIMVS

(*vulgo* SEXTVS)

---

## I

**Quem in modum responderit Chrysippus adversum eos, qui providentiam consistere negaverunt.**

⟨Quibus non videtur mundus dei et hominum causa 1
institutus neque res humanae providentia gubernari, gravi se argumento uti putant, cum ita dicunt: 'si esset providentia, nulla essent mala'. Nihil enim minus aiunt providentiae congruere, quam in eo mundo, quem propter⟩ homines fecisse dicatur, tantam vim esse aerumnarum et malorum. Adversus ea Chrysippus 2
cum in libro περὶ προνοίας quarto *(fr. 26 G.)* dissereret: 'nihil est prorsus istis' inquit 'insubidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam cum bona malis contraria sint, utraque 3
necessum est opposita inter sese et quasi mutuo adverso quaeque fulta nisu consistere; nullum adeo contrarium est sine contrario altero. Quo enim pacto 4

4—282, 12 affert Lactantius epit. inst. div. XXIV (XXIX) 5 cfr. de ira 13 inst. II 8, 6 p. 130, 5 Br. adn.

4—9 propter *Lact. om.* ω ‖ 8 propter quem *libri Lact., corr. Davisius* ‖ 10 Ad ea *Lact.* ‖ 12 istius ω ¦ insipidius σ insulsius *Lact.* ‖ 13 itidem σ ‖ 15 esse inter se *Lact.* | adversoque fulta *Lact.*

[redacted]



iustitiae sensus esse posset, nisi essent iniuriae? aut
quid aliud iustitia est quam iniustitiae privatio? quid
item fortitudo intellegi posset nisi ex ignaviae adpositione? quid continentia nisi ex intemperantiae? quo
item modo prudentia esset, nisi foret contra inpru-
5 dentia? Proinde' inquit 'homines stulti cur non hoc
etiam desiderant, ut veritas sit et non sit mendacium?
Namque itidem sunt bona et mala, felicitas et infor-
6 tunitas, dolor et voluptas. Alterum enim ex altero,
sicuti Plato *(Phaed. 3 p. 60 B)* ait, verticibus inter se
contrariis deligatum est; si tuleris unum, abstuleris
utrumque'.
7 Idem Chrysippus in eodem libro *(fr. 28 G.)*
tractat consideratque dignumque esse id quaeri putat,
εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται, id est, ⟨si⟩ natura ipsa rerum vel providentia,
quae compagem hanc mundi et genus hominum fecit,
morbos quoque et debilitates et aegritudines corporum,
8 quas patiuntur homines, fecerit. Existimat autem non
fuisse hoc principale naturae consilium, ut faceret
homines morbis obnoxios; numquam enim hoc convenisse naturae auctori parentique omnium rerum bo-
9 narum. 'Sed cum multa' inquit 'atque magna aigneret
pareretque aptissima et utilissima, alia quoque simul
adgnata sunt incommoda his ipsis, quae faciebat, cohaerentia'; eaque ⟨non⟩ per naturam, sed per sequellas
quasdam necessarias facta dicit, quod ipse appellat
10 κατὰ παρακολούθησιν. 'Sicut,' inquit 'cum corpora

11 Lact. de ira XIII 14

2 *et* 4 qui *Ald.* || 3 potest *Lact.* || 4 intemperantia *Lact.* || 5 forte contraria *Lact.* || 6 et proinde V || 8 inportunitas *Lact.* || 10 intra V || 11 delicatum ω | est *om. Lact.* | si abstuleris *Diels* sustuleris *edd. vett.* || 15 *εἰ αἱ*] EIN ω | TEINONTdI V || 16 si *add. JGr.* an *Otho* | naturane i. ς naturam ipsam V || 21 neque *Mdg.* || 23 gignerent ω || 24 apertissima V || 26 non *add.* ς neque *JGr.* | sequerelas ω

hominum natura fingeret, ratio subtilior et utilitas ipsa operis postulavit, ut tenuissimis minutisque ossiculis
caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei maioris 11
alia quaedam incommoditas extrinsecus consecuta est, ut fieret caput tenuiter munitum et ictibus offensionibusque parvis fragile. Proinde morbi quoque et aegri- 12
tudines partae sunt, dum salus paritur. Sicut hercle,' 13
inquit 'dum virtus hominibus per consilium naturae gignitur, vitia ibidem per adfinitatem contrariam nata sunt.'

## II

Quo itidem modo et vim necessitatemque fati constituerit et esse tamen in nobis consilii iudiciique nostri arbitrium confirmaverit.

Fatum, quod *εἱμαρμένην* Graeci vocant, ad hanc 1
ferme sententiam Chrysippus, Stoicae princeps philosophiae, definit *(fr. 33 G.)*: 'Fatum est' inquit 'sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena volvens semetipsa sese et inplicans per aeternos consequentiae ordines, ex quibus apta nexaque est.' Ipsa 2
autem verba Chrysippi, quantum valui memoria, ascripsi, ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animadvertat. In 3
libro enim *περὶ προνοίας* quarto *(fr. 33 G.)* *εἱμαρμένην* esse dicit *φυσικήν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀιδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων καὶ μεταπολουμένων ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς.*

Aliarum autem opinionum disciplinarumque auctores 4

15 sqq. Cic. nat. d. I 20, 55 div. I 55, 125 schol. Luc. I 70 VI 612 CGL VI 439  18 Amm. XXIX 1, 34

3 maiorem *Kussner* || 9 itidem σ | contraria *Sk.* || 12 idem *Gr.* | 19 sese *del. Gr.* ex se *Otho* et sese inpl. *Sk.* || 26 TON ETAIΩN TOYC ETAIPOIC V || 27 MEATTOAYMENΩN V *corr. Kumanudes* *μετὰ πολὺ μὲν οὖν* ς *μὴ ἀπολυομένων* Usener

[redacted] [redacted]



5 huic definitioni ita obstrepunt: 'Si Chrysippus' inquiunt 'fato putat omnia moveri et regi nec declinari transcendique posse agmina fati et volumina, peccata quoque hominum et delicta non suscensenda neque inducenda sunt ipsis voluntatibusque eorum, sed necessitati cuidam et instantiae, quae oritur ex fato', omnium quae sit rerum domina et arbitra, per quam necesse sit fieri, quicquid futurum est; et propterea nocentium poenas legibus inique constitutas, si homines ad maleficia non sponte veniunt, sed fato trahuntur.

6 Contra ea Chrysippus tenuiter multa et argute disserit; sed omnium fere, quae super ea re scripsit,
7 huiuscemodi sententia est *(fr. 30 G.)*: 'Quamquam ita sit,' inquit 'ut ratione quadam necessaria et principali coacta atque conexa sint fato omnia, ingenia tamen ipsa mentium nostrarum proinde sunt fato obnoxia,
8 ut proprietas eorum est ipsa et qualitas. Nam si sunt per naturam primitus salubriter utiliterque ficta, omnem illam vim, quae de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt. Sin vero sunt aspera et inscita et rudia nullisque artium bonarum adminiculis fulta, etiamsi parvo sive nullo fatalis incommodi conflictu urgeantur, sua tamen scaevitate et voluntario
9 impetu in assidua delicta et in errores se ruunt. Idque ipsum ut ea ratione fiat, naturalis illa et necessaria rerum consequentia efficit, quae fatum vocatur.
10 Est enim genere ipso quasi fatale et consequens, ut mala ingenia peccatis et erroribus non vacent.'

11 Huius deinde rei exemplo non hercle nimis alieno neque inlepido utitur *(fr. 31 G.)*. 'Sicut' inquit 'lapidem cylindrum si per spatia terrae prona atque

21 Amm. XXVIII 1, 4 30 sqq. Cic. de fato XIX 43
31 Amm. XXI 10, 4

14 necessario *ω corr. edd. vett.* ‖ 24 errore seruunt (seruiunt P) *ω corr. Gr.; an* errores irruunt? ‖ 29 rei *σ* fieri *ω* fere rei *Hertz* | aliene *ω*

[redacted]



derupta iacias, causam quidem ei et initium praecipitantiae feceris, mox tamen ille praeceps volvitur, non quia tu id etiam facis, sed quoniam ita sese modus eius et formae volubilitas habet: sic ordo et ratio et necessitas fati genera ipsa et principia causarum movet, impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum actionesque ipsas voluntas cuiusque propria et animorum ingenia moderantur.' Infert deinde verba haec his, 12
quae dixi, congruentia *(fr. 32 G.)*: *Διὸ καὶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων (χρύσ. ἔπ. v. 54)* εἴρηται·

*γνώσει δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας,*

*ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοὺς γινομένων καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ θέσιν.* Propterea negat oportere ferri 13
audirique homines aut nequam aut ignavos et nocentes et audaces, qui, cum in culpa et in maleficio revincti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem tamquam in aliquod fani asylum et, quae pessime fecerunt, ea non suae temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt.

Primus autem hoc sapientissimus ille et antiquissi- 14
mus poetarum dixit hisce versibus *(Hom. Od. I 32)*:

*ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.*
*ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ*
*σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.*

Itaque M. Cicero in libro, quem de fato conscripsit 15

27 (Non. XII p. 527, 4) 29 sqq. Cic. de fato XVII 39

1 causa ω *unde* fueris *Hertz; sed vd. II 17, 6* ‖ 3 etiam *scripsi* iam ω | *fort.* motus ‖ 10 ΠΥΤΑΓΩΡΥΩΕΥ ΕΥΡΗΤΑΙ V ‖ 11 ΕΧΟΝΩΤΑϹ V ‖ 13 *αὐτοῖς* U *αὐτῶν Grot.* ‖ 16 *διάθεσιν Usener θέλησιν Vassis* ‖ 17 et ign. aut *Gercke* ‖ 18 reuicti ω *corr.* ς ‖ 24 ΟΙΟΝΑ ΔΗ ΝΑΥ V ‖ 25 ΦΗϹΙ V ‖ 26 ΑΥΤΟΥ V

[redacted]



*(fr. 1 p. 582 Or.²)*, cum quaestionem istam diceret obscurissimam esse et inplicatissimam, Chrysippum quoque philosophum *(fr. 97 G.)* non expedisse se in ea ⟨ait⟩ his verbis: Chrysippus aestuans laboransque, quonam hoc modo explicet et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis, intricatur.

## III

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente invisitatae longitudinis.

1 Tubero in historiis *(fr. 8 P.)* scriptum reliquit bello primo Poenico Atilium Regulum consulem in Africa castris apud Bagradam flumen positis proelium grande atque acre fecisse adversus unum serpentem in illis locis stabulantem invisitatae inmanitatis eumque magna totius exercitus conflictione balistis atque catapultis diu oppugnatum, eiusque interfecti corium longum pedes centum et viginti Romam misisse.

## IV

Quid idem Tubero novae historiae de Atilio Regulo a Carthaginiensibus capto litteris mandaverit; quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.

1 Quod satis celebre est de Atilio Regulo, id nuperrime legimus scriptum in Tuditani libris *(fr. 5 P.)*: Regulum captum ad ea, quae in senatu Romae dixit suadens, ne captivi cum Carthaginiensibus permutaren-

10 sqq. Liv. epit. 18 Val. Max. I 8 extr. 19 Sen. ep. LXXXII 24 Sil. VI 140 sqq. Plin. VIII 14, 37 Dio Cass. fr. XLIII 23 M. Oros. IV 8, 10 Flor. I 18, 20 Zonar. VIII 13  24 sqq. Zonar. VIII 15

4 ait *add. Lion* ‖ 5 hoc modo *in ω post* intricatur *exstans huc transp. Hertz* | explicit ω -icat V³ ‖ 6 aliquod ω | *vd. ad v. 5; plura deesse suspicantur* ‖ 15 ocius ω t *add.* V² ‖ 17 missum esse *Lion, fort.* cos. (= consulem) *ante* corium *excidit* ‖ 19 nona historia *Gr.* ‖ 22 incelebre *conieceram* ‖ 24 scripsit V¹

[redacted]



tur, id quoque addidisse venenum sibi Carthaginienses dedisse, non praesentarium, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret, eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio, post autem grassante sensim veneno contabesceret.

Eundem Regulum Tubero in historiis *(fr. 9 P.)* 2
redisse Carthaginem novisque exemplorum modis ex-
cruciatum a Poenis dicit: In atras inquit et pro- 3
fundas tenebras eum claudebant ac diu post,
ubi erat visus sol ardentissimus, repente edu-
cebant et adversus ictus solis oppositum con-
tinebant atque intendere in caelum oculos
cogebant. Palpebras quoque eius, ne conivere
posset, sursum ac deorsum diductas insuebant.
Tuditanus autem somno diu prohibitum atque ita 4
vita privatum refert, idque ubi Romae cognitum est, nobilissimos Poenorum captivos liberis Reguli a senatu deditos et ab his in armario muricibus praefixo destitutos eademque insomnia cruciatos interisse.

## V.

Quod Alfenus iureconsultus in verbis veteribus interpretandis erravit.

Alfenus iureconsultus, Servii Sulpicii disci- 1
pulus rerumque antiquarum non incuriosus, in libro digestorum tricesimo et quarto, coniectaneorum autem secundo *(fr. 1 H. resp. 14 dig. 99; I p. 330*

2 Apul. m. X 4; 9 6 sqq. Zonar. VIII 15 (Cic. fin. II 20, 65 V 27, 82 off. III 27, 100 in Pison. XIX 43 Acro Hor. c. I 12, 37 August. civ. dei II 23 Oros. IV 10, 1) 15 sqq. Zonar. VIII 15 Diod. XXIV 12 (19) Suid. s. v. Ῥήγουλος (Val. Max. IX 2 extr. 1 Sen. dial. I 3, 9 IX 16, 4 ep. LXVII 7 Sil. VI 539 sqq. Appian. Sic. 2 Libyc. 4 Polyaen. VIII 12 Aur. Vict. v. ill. 40 August. civ. dei I 15)

5 ueneni P | cor tabesceret V ‖ 9 die *Markland* ‖ 11 solis] *desinit* P (*praeter lemmata*) ‖ 18 municibus praefixos V

[redacted]



*Br.)*: in foedere, inquit quod inter populum Romanum et Carthaginienses factum est, scriptum invenitur, ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti, quaesitumque est, quid esset 'purum putum'. Respondi inquit ego 'putum' esse valde purum, sicut novum 'novicium' dicimus et proprium 'propicium' augere atque intendere volentes novi et proprii significationem.

2 Hoc ubi legimus, mirabamur eandem adfinitatem
visam esse Alfeno 'puri' et 'puti', quae sit 'novicii'
3 et 'novi'; nam si esset 'puricium', tum sane videretur
4 dici quasi 'novicium'. Id etiam mirum fuit, quod
'novicium' per augendi figuram dictum existimavit,
cum sit 'novicium' non, quod magis novum sit, sed
5 quod a 'novo' dictum sit inclinatumque. His igitur
assentimus, qui 'putum' esse dicunt a 'putando' dictum
et ob eam causam prima syllaba brevi pronuntiant,
non longa, ut existimasse Alfenus videtur, qui a
6 'puro' id esse factum scripsit. 'Putare' autem veteres
dixerunt vacantia ex quaque re ac non necessaria aut
etiam obstantia et aliena auferre et excidere et, quod
7 esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores et vites et sic rationes etiam 'putari'
8 dictum. Verbum quoque ipsum 'puto', quod declarandae sententiae nostrae causa dicimus, non significat profecto aliud, quam id agere nos in re dubia obscuraque, ut decisis amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum et integrum et incorruptum,
9 retineamus. Argentum ergo in Carthaginiensi foedere
'putum' dictum est quasi exputatum excoctumque

5 cfr. Otto, Sprichw. p. 291 17 sqq. Varro l. l. VI 7, 63 Fest. p. 217, 16 Paul. p. 108, 20 Donat. Ter. Andr. II 6, 11 Ad. V 3, 10 Non. I p. 27, 19; 157, 28 Isid. XVII 5, 32 CGL V 525, 29

2 est] ς et V ‖ 4 centum V[1] ‖ 19 uideretur quia V ‖ 20 factus V ‖ 23 esset ς ‖ 27 nos] ς non V

[redacted]



ue aliena materia carens omnibusque ex eo vitiis tis emaculatum et candefactum.
riptum est autem 'purum putum' non in Car- iensi solum foedere, sed cum in multis aliis m libris, tum in Q. quoque Ennii tragoedia, inscribitur Alexander (*v. 62 R.*[3]), et in satira arronis, quae inscripta est *δὶς παῖδες οἱ ντες* (*fr. 91 B.*).

## VI

ineptequae reprehensum esse a Iulio Hygino Vergilium, 'praepetes' Daedali pennas dixit; atque inibi, quid sint praepetes et quid illae sint aves, quas Nigidius 'inferas' llavit.

edalus, ut fama est, fugiens Minoia regna 1
epetibus pennis ausus se credere caelo.

Vergilii (*A. VI 14*) versibus reprehendit Iulius 2
nus (*fr. 3 p. 24 Bu.*) 'pennis praepetibus' quasi
prie et inscite dictum. 'Nam 'praepetes'' inquit 3
ab auguribus appellantur, quae aut opportune
olant aut idoneas sedes capiunt.' Non apte igitur 4
verbo augurali existimavit in Daedali volatu nihil
gurum disciplinam pertinente.
d Hyginus nimis hercle ineptus fuit, cum, quid 5
etes' essent, se scire ratus est, Vergilium
et Cn. Matium, doctum virum, ignorasse, qui
cundo Iliadis Victoriam volucrem 'praepetem'
lavit in hoc versu (*fr. 3 B.*):

m dat vincendi praepes Victoria palmam.

---

sqq. Serv. (pl.) A. VI 15 III 246; 361 IV 462 Fest. p. 205, 5, 22 Acro Hor. c. III 27, 11 Isid. XII 7, 77 CGL VII 120

---

atque ibi inquid (-it V) ω *corr.* ς ‖ 22 pertinentes V ‖ V esset ς ‖ 25 Cn. Mattium *Scaliger* trimacium V ‖ 26 sep- *arrio coll. Il. VII 291*

[redacted]



6 Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui in annalibus non pennas Daedali, sed longe diversius *(215 M. 373 B.)*:

Brundisium inquit pulcro praecinctum praepete portu?

7 Set si vim potius naturamque verbi considerasset neque id solum, quod augures dicerent, inspexisset, veniam prorsus poetis daret similitudine et translatione verborum, non significatione propria utentibus. 8 Nam quoniam non ipsae tantum aves, quae prosperius praevolant, sed etiam loci, quos capiunt, quod idonei felicesque sunt, 'praepetes' appellantur, idcirco Daedali pennas 'praepetes' dixit, quoniam ex locis, in quibus 9 periculum metuebat, in loca tutiora pervenerat. Locos porro 'praepetes' et augures appellant, et Ennius in annalium primo dixit *(91 M. 55, 19 B.)*:

praepetibus sese pulcris<que> locis dant.

10 Avibus autem 'praepetibus' contrarias aves 'inferas' appellari Nigidius Figulus in libro primo augurii privati ita dicit *(fr. 80 Sw.)*: Discrepat 11 dextra sinistrae, praepes inferae. Ex quo est coniectare 'praepetes' appellatas, quae altius sublimiusque volitent, cum differre a 'praepetibus' Nigidius 'inferas' dixerit.

12 Adulescens ego Romae, cum etiamtum ad grammaticos itarem, audivi Apollinarem Sulpicium, quem inprimis sectabar, cum de iure augurio quaereretur et mentio 'praepetum' avium facta esset, Erucio Claro praefecto urbi dicere 'praepetes' sibi videri esse

22 Serv. A. III 361 GLK II 156, 19 Lact. Stat. Th. IX 122

4 inquit *Vahlen* quid V ‖ 5 *sq.* portus. Et V portust *Vahlen* | 8 et] ς *om.* V ‖ 17 pulcrisque *Cic. div. I 48, 108* pulcris V | 21 praepetes V *corr. Junt.* praepetibus σ ‖ 28 factam esse V[1] | elucio V *corr. Lipsius*

[redacted]



alites, quas Homerus τανυπτέρυγας appellaverit, quoniam istas potissimum augures spectarent, quae ingentibus alis patulae atque porrectae praevolarent. Atque ibi hos Homeri versus dixit *(Il. XII 237)*:

τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις
πείθεσθαι, τῶν οὔ τι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω.

## VII

De Acca Larentia et Gaia Taracia; deque origine sacerdotii fratrum arvalium.

Accae Larentiae et Gaiae Taraciae, sive illa Fufetia 1
est, nomina in antiquis annalibus celebria sunt.
Earum alterae post mortem, Taraciae autem vivae
amplissimi honores a populo Romano habiti. Et 2
Taraciam quidem virginem Vestae fuisse lex Hora-
tia testis est, quae super ea ad populum lata. Qua
lege ei plurimi honores fiunt, inter quos ius quoque
testimonii dicendi tribuitur testabilisque una om-
nium feminarum ut sit datur. Id verbum est legis
ipsius Horatiae; contrarium est in duodecim ta- 3
bulis scriptum *(VIII 22)*: Inprobus intestabilis-
que esto. Praeterea si quadraginta annos nata sacer- 4
dotio abire ac nubere voluisset, ius ei potestasque
exaugurandi atque nubendi facta est munificentiae et
beneficii gratia, quod campum Tiberinum sive Martium
populo condonasset.
Sed Acca Larentia corpus in vulgus dabat pecu- 5
niamque emeruerat ex eo quaestu uberem. Ea testa- 6

11 Plin. XXXIV 6, 25 (Plut. Public. 8) 27 sqq. Macr. I 10, 14; 16 Varro l. l. VI 3, 23 Plut. Romul. 4 sq. quaest. Rom. 34; 35 Lact. inst. I 20 = Suet. rell. p. 351; 467 R. August. civ. dei VI 7 Fast. Praen. Dec. CIL I p. 319; 409

11 accalarencie (*sim. semper*) V | tarr. *fere semper* V | Fufetia *Carrio* affufecia V || 12 est *om.* ς

[redacted]



mento, ut in Antiatis historia *(fr. 1 P.)* scriptum est, Romulum regem, ut quidam autem alii tradiderunt,
7 populum Romanum bonis suis heredem fecit. Ob id meritum a flamine Quirinali sacrificium ei publice fit
8 et dies e nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus Masurius in primo memorialium *(fr. 14 H. 1 Br.)* secutus quosdam historiae scriptores Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea inquit mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accae sese filium dedit seque et ceteros eius filios 'fratres arvales' appellavit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum arvalium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae.

## VIII

Notata quaedam de rege Alexandro et de P. Scipione memoratu digna.

1 Ἀπίων, Graecus homo, qui Πλειστονείκης appella-
2 tus est, facili atque alacri facundia fuit. Is cum de Alexandri regis laudibus scriberet *(FHG III 515)*: Victi inquit hostis uxorem, facie incluta mulierem, vetuit in conspectum suum deduci, ut eam
3 ne oculis quidem suis contingeret. Lepide igitur agitari potest, utrum videri continentiorem par sit Publiumne Africanum superiorem, qui Carthagine am-

7 Plin. XVIII 2, 6 (Liv. I 4, 7 Ov. f. III 55 Dion. Hal. I 84; 87 Plut. Rom. 4 Dio Cass. fr. III 12 M. Aur. Vict. v. ill. 1 orig. 20; 21 Serv. A. I 273 Macr. I 10, 17 Tert. ad nat. II 10) 8 sqq. Plin. l. l. Fulgent. serm. ant. p. 560 M. 22 sqq. Plut. de curios. 13 p. 522 A Frontin. II 11, 6 Amm. XXIV 4, 27 (Diod. XVII 38 Curt. III 12, 21 VIII 4, 25 Plut. Alex. 21 Arrian. IV 20 Athen. XIII 80 p. 603c) 26 sqq. Polyb. X 19 Liv. XXVI 50 Val. Max. IV 3, 1 Sil. XV 268 Frontin. II 11, 5 Flor. I 22, 40 Dio Cass. fr. LVI 47 M. Aur. vict. v. ill. 49 Amm. l. l.

1 uti in V[1] ‖ 2 aliis V ‖ 24 Lepide *Hertz* Lepida V Lepida ig. quaestio ag. ς

[redacted]



pla civitate in Hispania expugnata virginem tempestivam forma egregia, nobilis viri Hispani filiam, captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit, an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eandemque eiusdem sororem proelio magno captam, quam esse audiebat exuperanti forma, videre noluit perducique ad sese prohibuit.

Sed hanc utrimque declamatiunculam super Alexan- 4
dro et Scipione celebraverint, quibus abunde et ingenii
et otii et verborum est; nos satis habebimus, quod ex 5
historia est, id dicere: Scipionem istum, verone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et propemodum constitisse hosce versus a Cn. Naevio poeta in eum scriptos esse *(108 R.³)*:

etiám qui res magnás manu saepe géssit glorióse,
cuius fácta viva núnc vigent, qui apud géntes solus praéstat,
eum súus pater cum péllio uno ab amíca abduxit.

His ego versibus credo adductum Valerium An- 6
tiatem *(fr. 25 P.)* adversus ceteros omnis scriptores de Scipionis moribus sensisse et eam puellam captivam non redditam patri scripsisse contra quam nos supra diximus, sed retentam a Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo usurpatam.

## IX

Locus exemptus ex annalibus L. Pisonis historiae et orationis lepidissimae.

Quod res videbatur memoratu digna, quam fecisse 1
Cn. Flavium Anni filium aedilem curulem L. Piso

8 utramque ς ‖ 11 discere ς ‖ 15 manu magnas *Fleckeisen* | s. egit *s.* pos(t) gessit *Palmer* '*aut* manu *bibreve aut* saepe *monosyllabum*' *Sk.* ‖ 17 nunci V ‖ 19 palliod unod *Buecheler* p. ⟨olim⟩ *Seyffert* uno ⟨domum⟩ *Baehrens* | amico V *corr.* ς | abd. uno *Klussmann* ‖ 24 quem V *corr.* ς ‖ 31 Fl.] ς plautum *hic* V | anici ς

[redacted]



in tertio annali *(fr. 27 P.)* scripsit, eaque res perquam pure et venuste narrata a Pisone, locum istum totum huc ex Pisonis annali transposuimus.
2 Cn. inquit Flavius patre libertino natus
scriptum faciebat, isque in eo tempore aedili
curuli apparebat, quo tempore aediles subrogantur, eumque pro tribu aedilem curulem re-
3 nuntiaverunt. Aedilem, qui comitia habebat,
negat accipere, neque sibi placere, qui scrip-
4 tum faceret, eum aedilem fieri. Cn. Flavius
Anni filius dicitur tabulas posuisse, scriptu
sese abdicasse, isque aedilis curulis factus est.
5 Idem Cn. Flavius Anni filius dicitur ad
collegam venisse visere aegrotum. Eo in conclave postquam introivit, adulescentes ibi com-
plures nobiles sedebant. Hi contemnentes eum,
6 assurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Anni
filius aedilis id arrisit, sellam curulem iussit
sibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis
illorum exire posset utique hi omnes inviti
viderent sese in sella curuli sedentem.

## X

Historia super Euclida Socratico, cuius exemplo Taurus philosophus hortari adulescentes suos solitus ad philosophiam naviter sectandam.

1 Philosophus Taurus, vir memoria nostra in disciplina Platonica celebratus, cum aliis bonis multis salubribusque exemplis hortabatur ad philosophiam ca-

---

4 sqq. Liv. IX 46, 1 sqq. Val. Max. II 5, 2 (Plin. XXXIII 1, 17 Dig. I 2, 2, 7)

2 pura V | ven. ⟨est⟩ *Vassis* || 3 hunc V || 8 aedilem (is) *Hertz* aedilis ω At ille *Gruchius* Aedilicia *Lange, del. Mms.* || 14 iussere aec rocium V || 15 adulescens V || 19 opposuit *Gr.* || 23 euclidai P euclidadi (d *prior ex* a) V

[redacted]



pessendam, tum vel maxime ista re iuvenum animos
expergebat, Euclidem quam dicebat Socraticum fac-
titavisse. 'Decreto' inquit 'suo Athenienses caverant, 2
ut, qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem
prensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset;
tanto Athenienses' inquit 'odio flagrabant finitimorum 3
hominum Megarensium. Tum Euclides, qui indidem 4
Megaris erat quique ante id decretum et esse Athenis
et audire Socratem consueverat, postquam id decretum
sanxerunt, sub noctem, cum advesperesceret, tunica
longa muliebri indutus et pallio versicolore amictus
et caput rica velatus e domo sua Megaris Athenas ad
Socratem commeabat, ut vel noctis aliquo tempore
consiliorum sermonumque eius fieret particeps, rursus-
que sub lucem milia passuum paulo amplius viginti
eadem veste illa tectus redibat. At nunc' inquit 'videre 5
est philosophos ultro currere, ut doceant, ad fores
iuvenum divitum eosque ibi sedere atque opperiri ad
meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum
edormiant.'

## XI

**Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quae libuit meminisse, ad officium gravitatis dignitatisque vitae ducentia.**

Cum inquinatissimis hominibus non esse convicio 1
decertandum neque in maledictis adversum inpudentes
et inprobos velitandum, quia tantisper similis et
compar eorum fias, dum paria et consimilia dicas,
atque audis, non minus ex oratione Q. Metelli
Numidici, sapientis viri, cognosci potest quam ex
libris et disciplinis philosophorum. Verba haec sunt 2
Metelli adversus C. Manlium tribunum plebis,

5 capital *Carrio* || 7 Meg. *glossam puto* || 10 cum *Carrio* quam V priusquam σ | adv.] *vd. Sittl, Archiv. f. Lex. I p. 494* | 22 exhortatione (-cione V) PV || 24 Num V[1] || 28 audis *scripsi cfr. V 11, 1 VI 15, 2 etc.* audias ω || 31 Cn. manilium ς

[redacted]



a quo apud populum in contione lacessitus iactatus-
3 que fuerat dictis petulantibus *(ORF² p. 274)*: Nunc quod ad illum attinet, Quirites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictitarit, quem ego mihi neque amicum recipio neque inimicum respicio, in eum ego non sum plura dicturus. Nam cum indignissimum arbitror, cui a viris bonis benedicatur, tum ne idoneum quidem, cui a probis maledicatur. Nam si in eo tempore huiusmodi homunculum nomines, in quo punire non possis, maiore honore quam contumelia adficias.

## XII

Quod neque 'testamentum', sicuti Servius Sulpicius existimavit, neque 'sacellum', sicuti C. Trebatius, duplicia verba sunt, sed a testatione productum ⟨alterum⟩, alterum a sacro imminutum.

1 Servius Sulpicius iureconsultus, vir aetatis suae doctissimus, in libro de sacris detestandis secundo *(fr. 3 H. I p. 225 Br.)* qua ratione adductus 'testamentum' verbum esse duplex scripserit, non reperio;
2 nam compositum esse dixit a mentis contestatione.
3 Quid igitur 'calciamentum', quid 'paludamentum', quid 'pavimentum', quid 'vestimentum', quid alia mille per huiuscemodi formam producta, etiamne ista omnia
4 composita dicemus? Obrepsisse autem videtur Servio, vel si quis est, qui id prior dixit, falsa quidem, sed non abhorrens neque inconcinna quasi mentis quaedam in hoc vocabulo significatio, sicut hercle C. quoque
5 Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro

---

22 sq. Ulpian. fr. XX 1 Inst. II 10 pr. (Dig. XXVIII 1, 2)

1 agitatusque *Heinsius, sed vd. I 5, 2* ‖ 7 eum ς ‖ 16 alterum *add. Hertz* (σ) ‖ 19 distntandis V *corr.* ς ‖ 22 attestatione ς

[redacted]



de religionibus secundo *(fr. 4 H. 5 Br.)*: 'sacellum'
est inquit locus parvus deo sacratus cum ara.
Deinde addit verba haec: 'Sacellum' ex duobus
verbis arbitror compositum 'sacri' et 'cellae',
quasi 'sacra cella'. Hoc quidem scripsit Treba- 6
tius; set quis ignorat 'sacellum' et simplex verbum
esse et non ex 'sacro' et 'cella' copulatum, sed ex
'sacro' deminutum?

## XIII

De quaestiunculis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, quae 'sympoticae' vocantur.

Factitatum observatumque hoc Athenis est ab his, 1
qui erant philosopho Tauro iunctiores: cum domum 2
suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes et
asymboli veniremus, coniectabamus ad cenulam non
cuppedias ciborum, sed argutias quaestionum. Vnus- 3
quisque igitur nostrum commentus paratusque ibat,
quod quaereret, eratque initium loquendi edundi finis.
Quaerebantur autem non gravia nec reverenda, sed 4
ἐνθυμηματια quaedam lepida et minuta et florentem
vino animum lacessentia, quale hoc ferme est subtilitatis ludicrae, quod dicam.

Quaesitum est, quando moriens moreretur: cum 5
iam in morte esset, an cum etiamtum in vita foret?
et quando surgens surgeret: cum iam staret, an cum
etiamtum sederet? et qui artem disceret, quando artifex fieret: cum iam esset, an cum etiamtum non
esset? Vtrum enim horum dices, absurde atque ridi- 6
cule dixeris, multoque absurdius videbitur, si aut
utrumque esse dicas aut neutrum.

1 GLK VII 523, 26 4 Varro apud Donat. Ter. Ad. IV 2, 37 7 GLK II 111, 11 13 Amm. XXV 3, 21 15 Ter. Phorm. 339 16 Amm. XXV 2, 2

15 convectabamus *Petschenig* || 18 eundi V *corr.* *σ*

[redacted]



7 Sed ea omnia cum captiones esse quidam futtiles
atque inanes dicerent, 'nolite' inquit Taurus 'haec
8 quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Gravissimi
philosophorum super hac re serio quaesiverunt: et alii
moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita
dici atque fieri putaverunt, alii nihil in eo tempore
vitae reliquerunt totumque illud, quod mori dicitur,
9 morti vindicaverunt; item de ceteris similibus in diversa
10 tempora et in contrarias sententias discesserunt. Sed
Plato' inquit 'noster *(Parm. 21 p. 156 D)* neque vitae
id tempus neque morti dedit idemque in omni con-
11 similium rerum disceptatione fecit. Vidit quippe utrum-
que esse pugnans neque posse ex duobus contrariis
altero manente alterum constitui quaestionemque fieri
per diversorum inter se finium mortis et vitae cohae-
rentiam, et idcirco peperit ipse expressitque aliud
quoddam novum in confinio tempus, quod verbis
propriis atque integris τὴν ἐξαίφνης φύσιν appel-
lavit, idque ipsum ita, uti dico,' inquit 'in libro, cui
Parmenides titulus est, scriptum ab eo reperietis.'
12 Tales aput Taurum symbolae taliaque erant men-
sarum secundarum, ut ipse dicere solitus erat, τραγη-
μάτια.

## XIV

Poeniendis peccatis tres esse rationes a philosophis attributas; et quamobrem Plato duarum ex his meminerit, non trium.

1 Poeniendis peccatis tres esse debere causas existi-
2 matum est. Vna est causa, quae Graece ⟨vel κόλασις⟩
vel νουθεσία dicitur, cum poena adhibetur castigandi
atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit,
3 attentior fiat correctiorque. Altera est, quam hi, qui

1 subtiles V *corr.* V[2] ‖ 5 vita *om.* V ‖ 7 t. illum. que illud V ‖ 20 *Platonis verba ipsa add.* ς ‖ 21 simbola et alia quae V ‖ 22 TRaΓHPIaTIa V ‖ 28 uel κολ. *add.* ς *(post νουθ.)* ‖ 30 his V ‖ delinquit V

[redacted]



vocabula ista curiosius diviserunt, *τιμωρίαν* appellant.
Ea causa animadvertendi est, cum dignitas auctoritas-
que eius, in quem est peccatum, tuenda est, ne praeter-
missa animadversio contemptum eius pariat et honorem
levet; idcircoque id ei vocabulum a conservatione ho-
noris factum putant. Tertia ratio vindicandi est, quae 4
*παράδειγμα* a Graecis nominatur, cum poenitio propter
exemplum necessaria est, ut ceteri a similibus peccatis,
quae prohiberi publicitus interest, metu cognitae poenae
deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri 'exempla'
pro maximis gravissimisque poenis dicebant. Quando
igitur aut spes magna est, ut is, qui peccavit, citra
poenam ipse sese ultro corrigat, aut spes contra nulla
est emendari eum posse et corrigi aut iacturam digni-
tatis, in quem peccatum est, metui non necessum est,
aut non id peccatum est, cuius exemplum necessario
metu sanciendum sit: tum, quicquid ita delictum est,
non sane dignum esse imponendi poenae studio
visum est.

Has tris ulciscendi rationes et philosophi alii 5
plurifariam et noster Taurus in primo commen-
tariorum, quos in Gorgian Platonis composuit,
scriptas reliquit. Plato autem ipse verbis apertis 6
duas solas esse poeniendi causas dicit: unam, quam
primo in loco propter corrigendum, alteram, quam in
tertio propter exempli metum posuimus. Verba haec 7
sunt Platonis in Gorgia *(81 p. 525 A)*: *Προσήκει
δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς
τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι γίγνεσθαι καὶ ὀνίνα-
σθαι, ἢ παραδείγματι ἄλλοις γίγνεσθαι, ἵνα*

7 (GLK IV 402, 28 VI 465, 19 Donat. Ter. Eun. V 5, 4; 7, 21 Rhet. lat. min. 44, 14; 228, 10; 618, 17 H. CGL II 64, 24; 588, 51)

8 cetera sim. V || 9 matu *ex* mau V || 13 colligat V || 14 dign. eius ς || 16 exemplo ς || 18 imponendae ς | studium ω *corr. Mdg.* || 28 TOMEN V || 29 BHΛTEIONY ΓEINECΘàI V || 30 ΠàPàΔEIΓ-MATA V | *τοῖς ἄλλοις Plato*

[redacted]



ἄλλοι οἱ ὁρῶντες πάσχοντα φοβούμενοι βελ-
8 τίους γίγνωνται. In hisce verbis facile intellegas
τιμωρίαν Platonem dixisse, non ut supra scripsi
quosdam dicere, sed ita ut promisce dici solet pro
9 omni punitione. Anne autem quasi omnino parvam
et contemptu dignam praeterierit poenae sumendae causam propter tuendam laesi hominis auctoritatem, an magis quasi ei, quam dicebat, rei non necessariam praetermiserit, cum de poenis non in vita neque inter homines, sed post vitae tempus capiendis scriberet, ego in medium relinquo.

## XV

De verbo 'quiesco', an e littera corripi an produci debeat.

1 Amicus noster, homo multi studii atque in bona-
rum disciplinarum opere frequens, verbum 'quiescit'
2 usitate e littera correpta dixit. Alter item amicus,
homo in doctrinis quasi in praestigiis mirificus communiumque vocum respuens nimis et fastidiens, barbare eum dixisse opinatus est, quoniam producere
3 debuisset, non corripere. Nam 'quiescit' ita oportere
dici praedicavit, ut 'calescit', 'nitescit', 'stupescit' et
4 alia huiuscemodi multa. Id etiam addebat, quod 'quies'
5 e producto, non brevi diceretur. Noster autem, qua
est rerum omnium verecunda mediocritate, ne si Aelii quidem, Cincii et Santrae dicendum ita censuissent, obsecuturum se fuisse ait contra perpetuam Latinae linguae consuetudinem, neque se tam insignite locu-
6 turum, ut absona inauditaque diceret; litteras tamen
super hac re fecit inter exercitia quaedam ludicra et 'quiesco' non esse his simile, quae supra posui, nec a 'quiete' dictum, sed ab eo 'quietem', Graecaeque

1 *oi om. Plat.* || 2 TITωNTά V | uersibus V¹ | 10 scripserit V¹ || 13 De — debeat] ς *om.* ω || 23 producta ς | 24 uerecundia V || 25 ancii V *corr.* σ || 27 linguae *om.* V

vocis et modum et originem verbum istud habere demonstravit rationibusque haut sane frigidis docuit 'quiesco' e littera longa dici non convenire.

## XVI

**Verbum 'deprecor' a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius verbi exemplisque veterum scriptorum.**

Eiusmodi quispiam, qui tumultuariis et inconditis 1
linguae exercitationibus ad famam sese facundiae promiserat neque orationis Latinae usurpationes ⟨rationes⟩ve ullas didicerat, cum in Lycio forte vespera
ambularemus, ludo ibi et voluptati fuit. Nam cum 2
esset verbum 'deprecor' doctiuscule positum in Catulli carmine, quia id ignorabat, frigidissimos versus esse dicebat omnium quidem iudicio venustissimos, quos subscripsi *(92)*:

Lesbia mi dicit semper male nec tacet umquam
de me: Lesbia me dispeream nisi amat.
quo signo? quia sunt totidem mea: deprecor illam
assidue, verum dispeream nisi amo.

Deprecor hoc in loco vir bonus ita esse dictum pu- 3
tabat, ut plerumque a vulgo dicitur, quod significat 'valde precor' et 'oro' et 'supplico', in quo 'de' prae-
positio ad augendum et cumulandum valet. Quod si 4
ita esset, frigidi sane versus forent. Nunc enim contra 5

---

25 Donat. Ter. Ad. IV 6, 1 Serv. ecl. II 72 A. I 106 VIII 428 GLK III 49, 2 Isid. X 76; 77

---

1 vocis ⟨ἔσχον καὶ ἔσχον (*ἴσχον GHermann*) Ionice a verbo ἔχω ἴσχω⟩ et σ ‖ 5 catulo ω ‖ 9 promoverat *opinor* ‖ 10 usurpacione sue ullas **V** *suppl. Hertz* usurpationes veras *Carrio* us. venustas *Petschenig* ‖ 12 amuolaremus **V** ‖ 15 quidem meo σ ‖ 17 mala *Otho* ‖ 19 dis spereat **V** ‖ 20 quia sin **V** | ea **V** *codd. Cat.*

[redacted]



omnino est: nam 'de' praepositio, quoniam est anceps, in uno eodemque verbo duplicem vim capit. Sic enim deprecor a Catullo dictum est, quasi 'detestor' vel
6 'exsecror' vel 'depello' vel 'abominor'; contra autem valet, cum Cicero pro P. Sulla ita dicit *(XXVI 72)*: Quam multorum hic vitam est a Sulla depreca-
7 tus. Item in dissuasione legis agrariae *(de l. agr. II 36, 100)*: Si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecentur.
8 Sed neque solus Catullus ita isto verbo usus est. Pleni sunt adeo libri similis in hoc verbo significationis, ex quibus unum et alterum, quae subpetierant, apposui.
9 Q. Ennius in Erectheo *(v. 128 R.[3])* non longe secus dixit quam Catullus:

qui núnc inquit aerumna méa libertatém paro,
quibus sérvitutem méa miseria déprecor;

signat 'abigo' et 'amolior' vel prece adhibita vel quo
10 alio modo. Item Ennius in Cresphonte *(v. 121 R.[3])*:

ego cum meae vítae parcam, létum inimico
déprecer.

11 Cicero in libro sexto de republica *(2, 2)* ita scripsit: Quod quidem eo fuit maius, quia, cum causa pari collegae essent, non modo invidia pari

1 GLK IV 150, 4 VII 300, 24 4 Non. IV p. 290, 15 (Serv. A. XII 931 Lact. Stat. Theb. VIII 116) 13 sqq. Non. l. l. 17 21 sqq. Non. l. l. 15

2 duplicem (*s.* duum) vim *tentavi cfr. IV 17, 8 XVI 5, 6* dum V duum significatum *Hertz* duo *Mms.* diversum *Dziatzko* || 4 depellor V || 6 Quam *om. Cic.* | est *Cic.* sit V || 10 *fort.* solus ⟨neque primus⟩ || 13 erictheo V || 15 cui *Non.* quis *Mercerus* quin *LMueller* | libertate para (*hoc LMueller*) q. s. meam miseriam *codd. Non.* || 17 ⟨in hoc versu deprecor⟩ signat *Sk.* || 19 meae cum *Bothe* meae⟨met⟩ *Ribb.* vitae ⟨non⟩ *LMueller* ⟨ne⟩parcam *Seyffert coll. Plaut. Most. 124* || 20 deprecor ς || 22 quia] ς qui V | in causa σ || 23 collega V

[redacted]



non erant, sed etiam Claudi invidiam Gracchi caritas deprecabatur; hic quoque item non est 'valde precabatur', sed quasi propulsabat invidiam et defensabat invidiam, quod Graeci propinqua significatione παραιτεῖσθαι dicunt.

Item pro Aulo Caecina *(XI 30)* consimiliter 12
Cicero verbo isto utitur. Quid inquit huic homini facias? nonne concedas interdum, ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis odium deprecetur? Item in Verrem actionis 13
secundae primo *(II 2, 78, 192)*: Nunc vero quid faciat Hortensius? avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum nequissimumque defendit. Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quae Lesbiam, quod et malediceret ei palam respueretque et recusaret detestareturque assidue et tamen eam penitus deperiret.

## XVII

Quis omnium primus libros publice praebuerit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

Libros Athenis disciplinarum liberalium publice ad 1
legendum praebendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. Deinceps studiosius accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt; sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes Athenarum potitus urbe ipsa praeter arcem incensa abstulit asportavitque in Persas.

5 CGL II 43, 54 11 CGL V 189, 17 23 sqq. Suet. fr. 102 R. = Isid. VI 3, 3

1 grechi caristas V || 3 invidiam *del.* ς || 6 ceuna cum similiter V *corr. Gr.* || 7 Quod V | huic tu *Cic.* || 8 excausacione V || 13 ad — defendat V an — defendat? σ || 16 quaeres uiam V *corr. Gr.* | quod] qui ς || 22 publicis *Hertz*

[redacted]



2 Eos porro libros universos multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curavit.

3 Ingens postea numerus librorum in Aegypto ab Ptolemaeis regibus vel conquisitus vel confectus est ad milia ferme voluminum septingenta; sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non sponte neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliaris incensa sunt.

4 sqq. Amm. XXII 16, 13 Isid. VI 3, 5 (Sen. dial. IX 9, 5 Oros. VI 15, 31) 8 Amm. XIV 10, 5 XXIX 1, 3

2 Nicator *Scioppius* | referendas V ‖ 6 ferre V[1] | uolumina V[1] | septuaginta ς *Isid. VI 3, 5*

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBRI OC[T]

## CAPITVLA ⟨ET RELIQVIAE⟩

---

### I

'Hesterna noctu' rectene an cum vitio dicatur [...]am super istis verbis grammatica traditio sit; ite[m] [d]ecemviri in XII tabulis *(VIII 12)* 'nox' pro [d]ixerunt.

### II

Quae mihi decem verba ediderit Favorinu[s] [u]surpentur quidem a Graecis, sed sint adulterina [...]ara; quae item a me totidem acceperit, quae e[x] [c]ommunique usu Latine loquentium minime Lati[na] [n]eque in veterum libris reperiantur.

### III

Quem in modum et quam severe increpuerit a[...] [...]bus nobis Peregrinus philosophus adulescentem R[o...] ex equestri familia stantem segnem apud se et [o]scitantem.

---

2 sqq. Hinc sua transsumpsit Macr. I 4: cfr. Ser[...] X 244

---

5 dixerint *Hertz* ‖ 8 *et* 10 sunt ς

[redacted]



Et adsiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis halucinationes.

## IV

Quod Herodotus, scriptor historiae memoratissimus, parum vere dixerit *(VI 37)* unam solamque pinum arborum omnium caesam numquam denuo ex iisdem radicibus pullulare; et quod item *(II 22)* de aqua pluviali et nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

## V

Quid illud sit, quod Vergilius *(A. XII 407)* 'caelum stare pulvere', et quod Lucilius *(V 3 M. 148 B.)* 'pectus sentibus stare' dixit.

## VI

Cum post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse, superque ea re et sermo Tauri expositus et verba ex Theophrasti libro sumpta; et quid M. quoque Cicero de amore amicitiae senserit, cum ipsius verbis additum.

## VII

Ex Aristotelis libro, qui ⟨περὶ μνήμης⟩ inscriptus est *(I p. 449 Bk.)*, cognita acceptaque de natura memoriae

1 sq. Verba: 'et .. halucinationes', quae affert Nonius II p. 121, 19 ('halucinari aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est: et adsiduo eqs.'), huc pertinere perspexit Mercerus 4 (Theophr. h. pl. III 9, 5 IV 16, 1) 10 sq. Hinc vel ex communi fonte hausit Non. IV p. 391, 28 cfr. Serv. (pl.) A. XII 408 I 646 II 333; 639 VI 22; 300 ecl. VII 53 Donat. Ter. Andr. IV 2, 16 (Acro et) Porph. Hor. c. I 9, 1 schol. Luc. II 103 VI 224 sq. 14 sqq. cfr. Hieron. in Osee III prol. 20 sqq. Hoc ex loco fluxisse,

2 aluciones *et* alutiones *pars codd. Nonii* ‖ 17 amore et amicitia *Sk.* | quod ς *corr.* σ ‖ 20 περὶ μνήμης *add. Hertz* (σ)

et habitu; atque inibi alia quaedam de exuberantia aut interitu eius lecta auditaque.

VIII

Quid mihi usu venerit interpretari et quasi effingere volenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

IX

Quod Theophrastus philosophus omnis suae aetatis facundissimus verba pauca ad populum Atheniensem facturus deturbatus verecundia obticuerit; quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.

X

Qualis mihi fuerit in oppido Eleusino disceptatio cum grammatico quodam praestigioso tempora verborum et puerilia meditamenta ignorante, remotarum autem quaestionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.

halophantam mendacem velit.

XI

Quam festive responderit Xanthippae uxori Socrates petenti, ut per Dionysia largiore sumptu cenitarent.

---

quae profert Non. V p. 441, 3 sqq., verisimile est, vd. Hertz op. Gell. p. 115; cfr. etiam Plin. VII 24, 88 sqq. Quint. XI 2 Rhet. lat. min. 128, 20 sqq.; 440, 11; 483, 10; 545, 36 H. 7 sqq. Aeschin. de f. leg. 34 Aelian. v. h. VIII 12 Philostr. vit. soph. I 18, 1 II 1, 14 Longin. Rhet. p. 572 W. 18 Num verba ex Non. II p. 120, 12 ('et alius nobilitatis obscurae: halophantam mendacem velit') huc trahenda sint, dubium est; cfr. Hertz l. l. p. 115

---

1 de alia quaedam (s. quadam) exub. (s. exup.) ς *corr.* σ || 2 lectu audituque digna *Thysius* || 7 omnium σ || 8 atheniensium ς *part.*

[redacted]



## XII

Quid significet in veterum libris scriptum 'plerique omnes'; et quod ea verba accepta a Graecis videntur.

## XIII

'Eupsones', quod homines Afri dicunt, non esse verbum Poenicum, sed Graecum.

## XIV

Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus quendam intempestivum de ambiguitate verborum disserentem; atque inibi verba quaedam ex Naevio poeta et Cn. Gellio non usitate collocata; atque ibidem a P. Nigidio *(fr. 45 Sw.)* origines vocabulorum exploratae.

## XV

Quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta; atque inibi appositi versus super eadem re eiusdem Laberii.

---

Historia ex libris Heraclidae Pontici *(p. 54 Voss.)* iucunda memoratu et miranda.

---

2 sq. cfr. Donat. (et schol.) Ter. Andr. I 1, 28 Haut. IV 7, 2 Serv. A. I 181  8 sqq. Huc respicere Gellium XVIII 4, 10 sq. iam dudum cognitum est; cfr. Non. IV p. 416, 24, Hertz l. l. p. 131, Swoboda, Nigidii Fig. rell. p. 12; 17. Non minus hinc explicationem verbi 'rudentis' mutuatum esse Nonium I p. 51, 13 statuit Hertz l. l. 96 sq.  14 sqq. Totum caput exscripsit Macr. II 7; cfr. Suet. fr. 25 sq. R.  17 GLK II 246, 6 ('Agellius noctium Atticarum VIII ('VIIII' plurimi codd.): historia eqs.'). De aliis fragmentis fortasse ad Gellium referendis vd. Hertz l. l. p. 122 et adn. 24; 123; 125

---

5 Eupsones, Cupsones, Cupsones ς Qu(o)psones σ Eudones *Scaliger* ‖ 8 Tepidissima ς *part.* ‖ 14 ignominatus ς *part.* | taxatusque *Thysius* ‖ 17 poetici *codd.*

A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER NONVS

## I

**Quamobrem Quintus Claudius Quadrigarius in undevicesimo annali scripserit rectiores certioresque ictus fieri, si sursum quid mittas, quam si deorsum.**

Quintus Claudius in undevicesimo annali cum oppidum a Metello proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper e muris propugnari describeret ita scripsit *(fr. 85 P.)*: Sagittarius cum funditore utrimque summo studio spargunt fortissime. Sed sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas, hoc interest: nam neutrum potest deorsum versum recte mitti, sed sursum utrumque optime. Quare milites Metelli sauciabantur multo minus et, quod maxime opus erat, a pinnis hostis defendebant facillime funditore.

Percontabar ego Antonium Iulianum rhetorem cur hoc ita usu veniret, quod Quadrigarius dixisset, ut contigui magis directioresque ictus fiant, si vel lapidem vel sagittam sursum versus iacias quam deorsum, cum proclivior faciliorque iactus sit ex superni

1 *Librum decimum numerant fere ω sicque deinceps* || 4 undev.] Q duodeuicesimo *hic ω* || 13 amittas BZ | *aut* hoc *aut* nam *del. Gr.* || 17 *et* 310, 14 pennis *ω corr. σ* | funditores *ed. Paris.* 20 derect. *Sk.*

3 in infima quam ex infimis in superna. Tum Iulianus
comprobato genere quaestionis: 'quod de sagitta' in-
quit 'et lapide dixit, hoc de omni fere missili telo
4 dici potest. Facilior autem iactus est, sicuti dixisti,
si desuper iacias, si quid iacere tantum velis, non
5 ferire. Sed cum modus et impetus iactus temperandus
derigendusque est, tum, si in prona iacias, moderatio
atque ratio mittentis praecipitantia qualicumque ipsa
6 et pondere cadentis teli corrumpitur. At si in editiora
mittas et ad percutiendum superne aliquid manum et
oculos conlinies, quo motus a te datus tulerit, eo telum
7 ibit, quod ieceris.' Ad hanc ferme sententiam Iulianus
super istis Claudii verbis nobiscum sermocinatus est.
8 Quod ait idem Q. Claudius: a pinnis hostis
defendebant facillime, animadvertendum est usum
esse eum verbo defendebant non ex vulgari con-
9 suetudine, sed admodum proprie et Latine. Nam
'defendere' et 'offendere' inter sese adversa sunt,
quorum alterum significat ἐμποδὼν ἔχειν, id est in-
currere in aliquid et incidere, alterum ἐκποδὼν ποιεῖν,
id est avertere atque depellere, quod hoc in loco
Claudio dicitur.

## II

Qualibus verbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuque nomen habitumque philosophi ementientem.

1 Ad Herodem Atticum, consularem virum ingenioque amoeno et Graeca facundia celebrem, adiit nobis praesentibus palliatus quispiam et crinitus bar-

18 Non. IV p. 277, 24; 358, 26 28 Amm. XXXI 16, 6

6 motus *Eussner* || 7 dirigendus *ω praeter* N || 8 mittentis que (que *om.* N *Π*) praecipit antia lucumque (lucumque *om.* N *Π*) *sic fere ω corr. Dziatzko* || 11 modus *ω corr. σ* || 13 q. (quae *Π*) claudi(i) N *Π* || 22 a q. (q̄. N) claudio N *Π* || 24 Quibus N *Π* || 25 philosophi(a)e mentientem *ω corr. Gr.*

[redacted]



que prope ad pubem usque porrecta ac petit aes sibi dari εἰς ἄρτους. Tum Herodes interrogat, quisnam esset. Atque ille vultu sonituque vocis obiurgatorio philosophum sese esse dicit et mirari quoque addit, cur quaerendum putasset, quod videret. 'Video' inquit Herodes 'barbam et pallium, philosophum nondum video. Quaeso autem te, cum bona venia dicas mihi, quibus nos uti posse argumentis existimas, ut esse te philosophum noscitemus?' Interim aliquot ex iis, qui cum Herode erant, erraticum esse hominem dicere et nulli rei incolamque esse sordentium ganearum, nisi accipiat, quod petit, convicio turpi solitum incessere; atque ibi Herodes: 'demus' inquit 'huic aliquid aeris, cuicuimodi est, tamquam homines, non tamquam homini', et iussit dari pretium panis triginta dierum.

Tum nos aspiciens, qui eum sectabamur: 'Musonius' (*p. 271 Pe.*) inquit 'aeruscanti cuipiam id genus et philosophum sese ostentanti dari iussit mille nummum, et cum plerique dicerent nebulonem esse hominem malum et malitiosum et nulla re bona dignum, tum Musonium subridentem dixisse aiunt: *ἄξιος οὖν ἐστιν ἀργυρίου.* Sed hoc potius' inquit 'dolori mihi et aegritudini est, quod istiusmodi animalia spurca atque probra nomen usurpant sanctissimum et philosophi appellantur. Maiores autem mei Athenienses nomina iuvenum fortissimorum Harmodii et Aristogitonis, qui libertatis recuperandae gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne umquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt, quoniam nefas ducerent nomina libertati patriae devota servili contagio pollui.

---

3 Amm. XIV 7, 12 XVIII 8, 5 XXVII 1, 5 13 Aristot. apud Diog. L. V 1, 11 (21) 26 sqq. Liban. III p. 25, 1 R.

---

6 non *Π* ‖ 9 Int.] Q interibi ω ‖ 11 nullius BQ² ‖ 12 nisi] Q ac nisi ω | petat *s.* petierit *Sk.* ‖ 17 sectabatur Q ‖ 30 quom (*fere semper*) **N** ‖ 31 libertate patria *Π*

[redacted]



11 Cur ergo nos patimur nomen philosophiae inlustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere? Simili autem' inquit 'exemplo ex contraria specie antiquos Romanorum audio praenomina patriciorum quorundam male de republica meritorum et ob eam causam capite damnatorum censuisse, ne cui eiusdem gentis patricio inderentur, ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur.'

## III

Epistula Philippi regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

1 Philippus, Amyntae filius, terrae Macedoniae rex,
cuius virtute industriaque Macetae locupletissimo im-
perio aucti gentium nationumque multarum potiri
coeperant et cuius vim atque arma toti Graeciae
cavenda metuendaque inclitae illae Demosthenis
2 orationes contionesque vocificant, is Philippus, cum
in omni fere tempore negotiis belli victoriisque ad-
fectus exercitusque esset, a liberali tamen Musa et a
studiis humanitatis numquam afuit, quin lepide co-
3 miterque pleraque et faceret et diceret. Feruntur
adeo libri epistularum eius munditiae et venustatis et
prudentiae plenarum, velut sunt illae litterae, quibus
Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum
nuntiavit.
4 Ea epistula, quoniam curae diligentiaeque in libe-
rorum disciplinas hortamentum est, exscribenda visa

---

2 sqq. Cic. Philipp. I 13, 32 Liv. VI 20, 14 Quint. III 7, 20 Plut. quaest. R. 91 Dio Cass. fr. XXV 1 M. Paul. p. 125, 11; 151, 1 Plut. Cic. 49 Dio Cass. LI 19, 3 Suet. Tib. 1 Tac. a. III 17

---

2 teterrimis *Π* || 16 cau. met.] Q cauendam metuendamque (-daque B) *ω* || 19 musa] ς mensa *ω* || 27 scribenda *δ*

[redacted]



est ad commonendos parentum animos. Exponenda 5
est igitur ad hanc ferme sententiam:

'Philippus Aristoteli salutem dicit.

Filium mihi genitum scito. Quod equidem dis habeo gratiam, non proinde quia natus est, quam pro eo, quod nasci contigit temporibus vitae tuae. Spero enim fore, ut eductus eruditusque a te dignus exsistat et nobis et rerum istarum susceptione.'

Ipsius autem Philippi verba haec sunt: 6

Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν.

Ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. Πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς ἔχω χάριν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι· ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

## IV

**De barbararum gentium prodigiosis miraculis; deque diris et exitiosis effascinationibus; atque inibi de feminis repente versis in mares.**

Cum e Graecia in Italiam rediremus et Brundisium 1
iremus egressique e navi in terram in portu illo inclito spatiaremur, quem Q. Ennius *(215 M. 373 B.)* remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo 'praepetem' appellavit, fasces librorum venalium expositos vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros. 2
Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fa- 3
bularumque pleni, res inauditae, incredulae, scriptores veteres non parvae auctoritatis: Aristeas Proconnesius

---

21 Ad totum caput cfr. praeter Plin. VII 2, 9 sqq. Isid. XI 3

---

1 commouendos *ex* -oueri Q || 4 quo *Sarisb.* || 8 nostrarum *Sk.* *an* ipsarum? || 19 effacinominibus Z

[redacted]



et Isigonus Nicaeensis et Ctesias et Onesicritus
4 et Philostephanus et Hegesias; ipsa autem volu-
mina ex diutino situ squalebant et habitu aspectuque
5 taetro erant. Accessi tamen percontatusque pretium
sum et adductus mira atque insperata vilitate libros
plurimos aere pauco emo eosque omnis duabus proxi-
mis noctibus cursim transeo; atque in legendo carpsi
exinde quaedam et notavi mirabilia et scriptoribus
fere nostris intemptata eaque his commentariis aspersi,
ut, qui eos lectitabit, ne rudis omnino et ἀνήκοος inter
istiusmodi rerum auditiones reperiatur.

6 Erant igitur in illis libris scripta huiuscemodi:
Scythas illos penitissimos, qui sub ipsis septentrionibus
aetatem agunt, corporibus hominum vesci eiusque victus
alimento vitam ducere et ἀνθρωποφάγους nominari;
item esse homines sub eadem regione caeli unum
oculum in frontis medio habentes, qui appellantur
Arimaspi, qua fuisse facie Cyclopas poetae ferunt;
alios item esse homines apud eandem caeli plagam
singulariae velocitatis vestigia pedum habentes retro
porrecta, non, ut ceterorum hominum, prosum spectan-
tia; praeterea traditum esse memoratumque in ultima
quadam terra, quae 'Albania' dicitur, gigni homines,
qui in pueritia canescant et plus cernant oculis per
noctem quam interdiu; item esse compertum et credi-
tum Sauromatas, qui ultra Borysthenen fluvium longe
colunt, cibum capere semper diebus tertiis, medio abs-
tinere.

7 Id etiam in isdem libris scriptum offendimus, quod

---

1 ettesias **X** ecclesias *δ* || 2 Philost.] *cfr. Plin. VII 56, 207* polistephanus *sic fere ω* || 6 emi **Z** || 10 is ne *γ* | inter] in *γ unde* rapiatur *Gebhard* || 20 singularis **Q** | recto *Π***X**[1] || 21 prosum spectantia (betentia *Bergk*) *Hagen* prosprofium petet antispectancia *δ* prospectantia *γ* proversum patentia aut sp. *Gr.* pr. petentia et antispectantia *Hertz* || 24 puerta **BX***Π* | plures *γ* || 25 interdiu] **Q** *Plin.* inter diem *ω* || 26 ultra (ulta **BQ**) peraboris (perarb. **Z**) tenent fluuium *δ* || 29 hi(i)sdem *saepius* *Π***Z**

[redacted]



postea in libro quoque Plinii Secundi naturalis
historiae septimo *(2, 16)* legi, esse quasdam in terra
Africa hominum familias voce atque lingua effascinan-
tium, qui si impensius forte laudaverint pulchras ar- 8
bores, segetes laetiores, infantes amoeniores, egregios
equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur
repente haec omnia nulli aliae causae obnoxia. Oculis
quoque exitialem fascinationem fieri in isdem libris
scriptum est, traditurque esse homines in Illyriis, qui
interimant videndo, quos diutius irati viderint, eosque
ipsos mares feminasque, qui visu ita nocenti sunt,
pupillas in singulis oculis binas habere. Item esse 9
in montibus terrae Indiae homines caninis capitibus
et latrantibus, eosque vesci avium et ferarum venati-
bus; atque esse item alia aput ultimas orientis terras
miracula homines, qui 'monocoli' appellentur, singulis
cruribus saltuatim currentes, vivacissimae pernicitatis;
quosdam etiam esse nullis cervicibus oculos in hu-
meris habentes. Iam vero hoc egreditur omnem mo- 10
dum admirationis, quod idem illi scriptores gentem
esse aiunt aput extrema Indiae corporibus hirtis et
avium ritu plumantibus nullo cibatu vescentem, sed
spiritu florum naribus hausto victitantem; Pygmaeos
quoque haut longe ab his nasci, quorum qui longis-
simi sint, non longiores esse quam pedes duo et qua-
drantem.

Haec atque alia istiusmodi plura legimus; sed cum 11.12
ea scriberemus, tenuit nos non idoneae scripturae
taedium nihil ad ornandum iuvandumque usum vitae
pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miracu- 13
lorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, vir
in temporibus aetatis suae ingenii dignitatisque gratia
auctoritate magna praeditus, non audisse neque legisse,

4 impropensius **B** ‖ 6 optimas (obt. **Q**) ω *corr.* σ ‖ 7 nulle **B**[2] alii **Q** ‖ 11 ita] **Q** tam ω ‖ 14 latratibus *Π* lationibus **X**[1] latrantes *Eussner* ‖ 16 monoculi *δ Π* menocoli **X** monomeri **N**[2] *in mg.* appellantur **N** ‖ 17 saltatim *δ* ‖ 21 istis *Π* **X** ‖ 25 duos **Q**[1] **X**

[redacted]



sed scire sese atque vidisse in libro naturalis histo-
14 riae septimo *(4, 36)* scripsit. Verba igitur haec, quae infra posui, ipsius sunt ex eo libro sumpta, quae profecto faciunt, ut neque respuenda neque ridenda sit notissima illa veterum poetarum de Caenide et Caeneo
15 cantilena. Ex feminis inquit mutari in mares non esse fabulosum. Invenimus in annalibus Q. Licinio Crasso C. Cassio Longino consulibus Casini puerum factum ex virgine sub parentibus iussuque haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse a se Argis Arescontem, cui nomen Arescusae fuisset, nubsisse etiam, mox barbam et virilitatem provenisse uxoremque duxisse; eiusdem sortis et Zmyrnae puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossitium civem Thysdritanum, vivebatque, cum proderem haec.
16 Idem Plinius in eodem libro *(VII 3, 34)* verba haec scripsit: Gignuntur homines utriusque sexus, quos 'hermaphroditos' vocamus, olim 'androgynos' vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.

## V

Diversae nobilium philosophorum sententiae de genere ac natura voluptatis; verbaque Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

1 De voluptate veteres philosophi diversas sententias
2 dixerunt. Epicurus voluptatem summum bonum esse ponit; eam tamen ita definit *(fr. 68 Us.)*: *σαρκὸς εὐστα-*
3 *θὲς κατάστημα*; Antisthenes Socraticus summum

---

4 sint *Π* ‖ 6 cantilen(a)e *γ*Z ‖ 7 est *γ Plin.* | Q. *s.* q̃ *s.* que *ω* C. *codd. Plin.* P. *Pighius, del. JGr.* ‖ 8 C. *om. δ* | C. (*s.* c̃) asini *γ* ‖ 12 esse *om. Plin.* | arecusa QZ arescusa BZ² ‖ 13 fuisse *Plin.* ‖ 17 L.] *ut fere solet in praenominibus om. δ* | vivebatque — haec *om. Plin.* ‖ 20 hom.] et *Plin.*

[redacted]



malum dicit; eius namque hoc verbum est *(FPG II 286, 65)*: *μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην.* Speusippus 4
*(FPG III 92, 196)* vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala esse dicunt opposita inter sese, bonum tamen esse, quod utriusque medium foret.
Zeno *(p. 169 Pears.)* censuit voluptatem esse indiffe- 5
rens, id est neutrum, neque bonum neque malum, quod ipse Graeco vocabulo *ἀδιάφορον* appellavit. Critolaus 6
Peripateticus et malum esse voluptatem ait et multa alia mala parere ex sese, iniurias, desidias, obliviones, ignavias. Plato ante hos omnis ita varie et multi- 7
formiter de voluptate disseruit, ut cunctae istae sententiae, quas exposui, videantur ex sermonum eius fontibus profluxisse; nam proinde unaquaque utitur, ut et ipsius voluptatis natura fert, quae est multiplex, et causarum, quas tractat, rerumque, quas efficere volt, ratio desiderat. Taurus autem noster, quotiens facta 8
mentio Epicuri erat, in ore atque in lingua habebat verba haec Hieroclis Stoici, viri sancti et gravis: *Ἡδονὴ τέλος, πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστιν πρόνοια, οὐδὲ πόρνης δόγμα.*

## VI

Verbum, quod est ⟨ab⟩ 'ago' frequentativum, in syllaba prima quonam sit modulo pronuntiandum.

Ab eo, quod est 'ago' et 'egi', verba sunt, quae 1
appellant grammatici 'frequentativa', 'actito' et 'actitavi'. Haec quosdam non sane indoctos viros audio 2
ita pronuntiare, ut primam in his litteram corripiant, rationemque dicunt, quoniam in verbo principali, quod est 'ago', prima littera breviter pronuntiatur. Cur 3
igitur ab eo, quod est 'edo' et 'ungo', in quibus verbis

5 tamen esse] **Q** emesse **BZ** autem esse γ ‖ 13 exp.] **Q** seposui **BZ** supra posui γ | sermonibus δ ‖ 16 uolet δ uult γ ‖ 20 ΗΔΟΝΗϹ *fere* ω | ∂CTEN (∂CΓEN **B**) ΠPONOIX∂ OY∂E **BZ** ‖ 23 ab *add. Carrio* ⟨ab eo⟩ quod est ago σ ‖ 25 et om. **Z**

[redacted]



prima littera breviter dicitur, 'esito' et 'unctito', quae sunt eorum frequentativa, prima littera longa promimus et contra 'dictito' ab eo verbo, quod est 'dico', correpte dicimus? num ergo potius 'actito' et 'actitavi' producenda sunt? quoniam frequentativa ferme omnia eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia praeteriti temporis ex his verbis, unde ea profecta sunt, in eadem syllaba pronuntiantur, sicuti 'lego, lectus' facit 'lectito'; 'ungo, unctus' 'unctito'; 'scribo, scriptus' 'scriptito'; 'moveo, motus' 'motito'; 'pendeo, pensus' 'pensito'; 'edo, esus' 'esito'; 'dico' autem 'dictus' 'dictito' facit; 'gero, gestus' 'gestito'; 'veho, vectus' 'vectito'; 'rapio, raptus' 'raptito'; 'capio, captus' 'captito'; 'facio, factus' 'factito'. Sic igitur 'actito' producte in prima syllaba pronuntiandum, quoniam ex eo fit, quod est 'ago' et 'actus'.

## VII

De conversione foliorum in arbore olea brumali et solstitiali die; deque fidibus id temporis ictu alieno sonantibus.

1 Volgo et scriptum et creditum est folia olearum arborum brumali et solstitiali die converti et quae pars eorum fuerit inferior atque occultior, eam supra
2 fieri atque exponi ad oculos et ad solem. Quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est.
3 Sed de fidibus rarius dictu et mirabilius est; quam rem et alii docti viri et Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicrae historiae primo (*fr.*

5 sqq. GLK II (429, 21;) 501, 4; 546, 8 III 466, 16; 477, 26; 514, 7 V 376, 19 Anecd. H. 7, 16   20 sqq. Theoph. h. plant. I 10, 1 Varro r. r. I 46 Plin. II 41, 108 XVI 23, 87 XVIII 28, 265

2 primam litteram longam **QΠZ** || 4 cor(r)upte **δ** | prorsus *ex* portus **Q** || 8 sicut ille collectus **δ** *corr.* **B**[2] (**Q**[2]) || 14 actito] **γ** factito **δ** || 19 actu **Z** || 27 tranquillius **δX**[1]

[redacted]



*181 R.)* satis compertam esse satisque super ea constare adfirmat: nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

## VIII

Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere; deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententia.

Verum est profecto, quod observato rerum usu 1
sapientes viri dixere, multis egere, qui multa habeat,
magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna,
sed ex magna copia: multa enim desiderari ad multa,
quae habeas, tuenda. Quisquis igitur multa habens 2
cavere atque prospicere velit, ne quid egeat neve quid
desit, iactura opus esse, non quaestu, et minus habendum esse, ut minus desit.

Hanc sententiam memini a Favorino inter ingen- 3
tes omnium clamores detornatam inclusamque verbis his paucissimis *(fr. 81 Ma.)*: *Τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δεόμενον οὐκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι· οἷς γὰρ ἔχω προσδεόμενος, ἀφελὼν ὧν ἔχω, ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω.*

## IX

Quis modus sit vertendi verba in Graecis sententiis; deque his Homeri versibus, quos Vergilius vertisse aut bene apteque aut inprospere existimatus est.

Quando ex poematis Graecis vertendae imitandaeque 1
sunt insignes sententiae, non semper aiunt enitendum,

2 Non. III p. 215, 11 'nervia femini apud doctos lectum est saepe.' 17 Stob. fl. XLIX 48 II p. 297 M. 26 Cic. opt. gen. dic. V 14 fin. III 4, 15 Hor. a. p. 133

2 adfirmati nerui *δ* || 6 sententi(a)e BNΠZ || 16 deornatam B || 19 *οἷς ἄρα aut οἷσπερ HStephanus* || 22 gr(a)ecas sententias *ω corr. Hertz* verba in *del. Mms.* || 23 apte B || 24 in$^{\text{i}}$pe Q || 25 poematibus B | mutandaeque ς

[redacted]



ut omnia omnino verba in eum, in quem dicta sunt,
2 modum vertamus. Perdunt enim gratiam pleraque, si quasi invita et recusantia violentius transferantur.
3 Scite ergo et considerate Vergilius, cum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Parthenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorundam aliorum locos effingeret, partim reliquit, alia expressit.
4 Sicuti nuperrime aput mensam cum legerentur utraque simul Bucolica Theocriti et Vergilii, animadvertimus reliquisse Vergilium, quod Graecum quidem mire quam suave est, verti autem neque debuit
5 neque potuit. Sed enim, quod substituit pro eo, quod omiserat, non abest, quin iucundius lepidiusque sit *(Th. V 88 Verg. ecl. III 64)*:

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα
τὰς αἶγας παρελᾶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάζει, —

6 malo me Galatea petit, lasciva puella,
et fugit ad salices et se cupit ante videri.

7 Illud quoque alio in loco animadvertimus caute omissum, quod est in Graeco versu dulcissimum *(III 3)*:

Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε, βόσκε τὰς αἶγας
καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν
τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μή τυ κορύξῃ.

8 Quo enim pacto diceret: τὸ καλὸν πεφιλημένε, verba hercle non translaticia, sed cuiusdam nativae
9 dulcedinis? Hoc igitur reliquit et cetera vertit non

---

3 molestius *Π* ‖ 7 effingit (it *ex* et) **Q** ¦ partim] **Q** partem *ω* ¦ relinquit **Q** ‖ 11 tam mire **B** ‖ 12 sustinuit **B** ‖ 16 ΠΟΠΠΥΜΑΖΕΙ **N** *Π* ΝΟΝ **BZ** ‖ 22 ΠΕΦΙΛΙΝ(ΑΙΝ **Z**)ΜΕΝΕ **BZ** ‖ 26 ΚΑΝΩΝΑ (-ΟΝΑ *Π*) **N** *Π* ΚΑΛΑΝΩΝΑ **Z** ΚΑΙΑΛΝΩΝΑ **B** τι κορύψῃ *Theocr.*

[redacted]



festiviter, nisi quod caprum dixit, quem Theocritus ἐνόρχαν appellavit — auctore enim M. Varrone *(fr. 84 W.)* is demum Latine 'caper' dicitur, qui castratus est — *(ecl. IX 23)*:

Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas
et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
occursare capro, cornu ferit ille, caveto.

Et quoniam de transferendis sententiis loquor, memini audisse me ex Valerii Probi discipulis, docti hominis et in legendis pensitandisque veteribus scriptis bene callidi, solitum eum dicere nihil quicquam tam inprospere Vergilium *(A. I 498)* ex Homero vertisse quam versus hos amoenissimos, quos de Nausicaa Homerus fecit *(Od. VI 102)*:

*οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,*
*ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον*
*τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισιν·*
*τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,*
*ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ·*
*πασάων δ' ὕπερ ἥ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,*
*ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι, —*

qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
exercet Diana choros, quam mille secutae
hinc atque hinc glomerantur Oriades. illa pharetram

3 CGL V 275, 17 VI 176 10 cfr. Serv. A. I 497

1 capram B[1] || 2 M.] *om.* δ || 9 sent.] *om.* δ || 11 et intelligentis Π || 12 callidis δ || 14 nausica QN Π nausicara BZ || 17 ΠΕΡΑΜΗΓΕΤΟΝ (-ΗΤΟΝ B) BZ || 18 ωΚΕΑΙC ω || 20 ΑΙΡΟΝΝΟΜΟΙ PATR. Z) BZ | δέ τε] ΔΕ BZ || 22 ΗΤΕ BZ || 23 ΡΗΛΕΤΑΙΛΕΚΑΛΙΤΕΠΕ B ΡΗΑΕΤΜΑΕΚΑΛΙΤΕ Z *(alia omisi)* || 25 Quales Π

[redacted]



fert humero gradiensque deas supereminet omnis.
Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus.

14 Primum omnium id visum esse dicebant Probo, quod aput Homerum quidem virgo Nausicaa ludibunda inter familiares puellas in locis solis recte atque commode confertur cum Diana venante in iugis montium inter agrestes deas, nequaquam autem conveniens Vergilium fecisse, quoniam Dido in urbe media ingrediens inter Tyrios principes cultu atque incessu serio, instans operi, sicut ipse ait *(A. I 504)*, regnisque futuris, nihil eius similitudinis capere possit, 15 quae lusibus atque venatibus Dianae congruat; tum postea, quod Homerus studia atque oblectamenta in venando Dianae honeste aperteque dicit, Vergilius autem, cum de venatu deae nihil dixisset, pharetram tantum facit eam ferre in humero, tamquam sit onus et sarcina; atque illud impense Probum esse demiratum in Vergilio dicebant, quod Homerica quidem *Λητὼ* gaudium gaudeat genuinum et intimum atque in ipso penetrali cordis et animae vigens, siquidem non aliud est: *γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ*, ipse autem imitari ea volens gaudia fecerit pigra et levia et cunctantia et quasi in summo pectore supernantia; nescire enim sese, quid significaret aliud pertemptant; 16 praeter ista omnia florem ipsius totius loci Vergilium videri omisisse, quod hunc Homeri versum exigue secutus sit:

*ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,*

---

20 Ter. Andr. 964 Cat. LXI 117 Cic. ad fam. VIII 2, 1

---

1 dea **Q** || 4 o. diuisum **N*Π*** || 5 nausica *ω* || 9 egrediens **Z** || 13 congruit ***Π*** || 17 si o. et sarcinam **N*Π*** || 20 gaudio ***Π*** | gaudebat ***δ*** || 23 ea] hoc **N*Π*** | lenta *Daniel* || 24 supereminentia (-cia **Z**) ***δ*** || 25 significare ***δ***

[redacted]



...ndo nulla maior cumulatiorque pulcritudinis laus ...i potuerit, quam quod una inter omnis pulcras ex...eret, una facile et ex omnibus nosceretur. 17

X

...d Annaeus Cornutus versus Vergilii, quibus Veneris et Vul...ni concubitum pudice operteque dixit, reprehensione spurca ...t odiosa inquinavit.

Annianus poeta et plerique cum eo eiusdem 1
...ae viri summis adsiduisque laudibus hos Vergilii ...us ferebat, quibus Volcanum et Venerem iunctos ...tosque iure coniugii, rem lege naturae operiendam, ...cunda quadam translatione verborum, cum osten...et demonstraretque, protexit. Sic enim scripsit 2
...A. VIII 404):

ea verba locutus
optatos dedit amplexus placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

...mus autem difficile esse arbitrabantur in istiusmodi 3
... digerenda verbis uti uno atque altero brevi tenuique ... signo demonstrantibus, sicut Homerus dixerit ...Od. XI 245) *παρθενίην ζώνην* et (XXIII 296) *...κτροιο θεσμὸν* et (XI 246) *ἔργα φιλοτήσια*,
...t vero et tam evidentibus ac tamen non praetextatis, 4
...d puris honestisque verbis venerandum illud concubii ...udici secretum neminem quemquam alium dixisse.

Sed Annaeus Cornutus, homo sane pleraque 5
alia non indoctus neque inprudens, in secundo tamen

8 sqq. cfr. GLK I 275, 1; 460, 15 VI 467, 24 Serv. A. VIII 406 Isid. I 36, 15

2 poterit *δ* || 8 et *om.* BNΠ || 6 oporteque ΠZ oportuneque Q | 10 ferebant BZΠ || 11 iure] lege B || 19 in *om.* NΠ || 20 redi...renda Q reticenda N redigenda N[2]ω re dicenda *Carrio* | ut *δ* || ...3 ECMON BZ || 25 pluris Q[1]BZ | connubii B || 27 pluraque (*saepius*) Z

[redacted]



librorum, quos de figuris sententiarum conposuit, egregiam totius istius verecundiae laudem insulsa
6 nimis et odiosa scrutatione violavit. Nam cum genus hoc figurae probasset et satis circumspecte factos esse versus dixisset: 'membra' tamen inquit paulo incautius nominavit.

## XI

### De Valerio Corvino; et unde Corvinus.

1 De Maximo Valerio, qui Corvinus appellatus est ob auxilium propugnationemque corvi alitis, haut quis-
2 quam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit. Ea res prorsus miranda sic profecto est in libris anna-
3 libus *(Claud. Quadr. fr. 12 P.)* memorata: Adulescens tali genere editus L. Furio Claudio Appio consulibus
4 ⟨fit⟩ tribunus militaris. Atque in eo tempore. copiae Gallorum ingentes agrum Pomptinum insederant, instruebanturque acies a consulibus de vi ac multitudine
5 hostium satis agentibus. Dux interea Gallorum vasta et ardua proceritate armisque auro praefulgentibus grandia ingrediens et manu telum reciprocans incedebat perque contemptum et superbiam circumspiciens despiciensque omnia venire iubet et congredi, si quis pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet.
6 Tum Valerius tribunus ceteris inter metum pudoremque ambiguis impetrato prius a consulibus, ut in

9 sqq. Liv. VII 26 Flor. I 8 Eutr. II 6 Aur. Vict. v. ill. 29 Oros. III 6, 5 Quint. II 4, 18 Amm. XXIV 4, 5 Dion. Hal. exc. XV 1, 1 Appian. Celt. 10 Dio Cass. fr. 31 M. GLK IV 536, 14 Suid. s. v. *Κελτοὶ* et *ἀμύσσειν* 18 sq. Amm. XXV 10, 14 XVI 12, 24 20 Amm. XXII 14, 3 XXVI 7, 15 XXIX 5, 25; 2, 7

4 probasent satis *δ* ‖ 9 quin — sit *Mdg*. ‖ 12 admiranda N *Π* ‖ 13 memorati adolescentis $B^1$ ‖ 14 tali] Italo *ed. ant.* consulari *Mdg*. | L. *om.* *δ* ‖ 15 fit *add.* *ς* ‖ 16 promtinum *δ* ‖ 17 instruebatur *Sk*. ‖ 20 gradia *δ*

[redacted]



Gallum tam inmaniter adrogantem pugnare sese per-
mitterent, progreditur intrepide modesteque obviam;
et congrediuntur et consistunt, et conserebantur iam
manus. Atque ibi vis quaedam divina fit: corvus re- 7
pente inprovisus advolat et super galeam tribuni insistit
atque inde in adversari os atque oculos pugnare in-
cipit; insilibat, obturbabat et unguibus manum lania-
bat et prospectum alis arcebat atque, ubi satis saevierat,
revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus spectante 8
utroque exercitu et sua virtute nixus et opera alitis
propugnatus ducem hostium ferocissimum vicit inter-
fecitque atque ob hanc causam cognomen habuit Cor-
vinus. Id factum est annis quadringentis quinque post 9
Romam conditam.

Statuam Corvino isti divus Augustus in foro suo 10
statuendam curavit. In eius statuae capite corvi simu-
lacrum est rei pugnaeque, quam diximus, monimentum.

## XII

De verbis, quae in utramque partem significatione adversa et reciproca dicuntur.

Vt 'formidulosus' dici potest et qui formidat et 1
qui formidatur, ut 'invidiosus' et qui invidet et cui
invidetur, ut 'suspiciosus' et qui suspicatur et qui
suspectus est, ut 'ambitiosus' et qui ambit et qui
ambitur, ut item 'gratiosus' et qui adhibet gratias et
qui admittit, ut 'laboriosus' et qui laborat et qui
labori est, ut pleraque alia huiuscemodi in utramque

---

1 Amm. XXIX 1, 1; 2, 9  21 Donat. Ter. Eun. IV 6, 18 Serv. A. IV 72 Non. II p. 113, 4 Isid. X 102 CGL VI 463  22 CGL VI 602 (Quint. VI 2, 21 Isid. X 134 Anecd. H. 287, 13 schol. Luc. IX 505)  23 CGL VII 324  26 CGL VI 616

---

1 inaniter Q, *sed vd. Amm. l. l.* ‖ 6 aduersarios Q -iis BZ | cepit. Insibilat Π ‖ 7 malas *Kreyssig* ‖ 8 alias QNΠ ales N² | acerbat Q² ‖ 19 auersa δ

[redacted]



partem dicuntur, ita 'infestus' quoque ancipiti signi-
2 ficatione est. Nam et is 'infestus' appellatur, qui malum infert cuipiam, et contra, cui aliunde impendet malum, is quoque 'infestus' dicitur.

3 Sed quod prius posui, profecto exemplis non indiget: sic adeo multi locuntur, ut 'infestum' dicant inimicum atque adversum; alterum autem illud igno-
4 rabilius obscuriusque est. Quis enim e medio facile dixerit infestum esse, cui alter infestus est? Sed et veteres plerique ita dixerunt, et M. Tullius in oratione, quam pro Cn. Plancio scripsit, vocabulo hoc
5 sic usus est *(I 1)*: Dolebam, inquit iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio custo-
6 diaque texisset. Nos igitur de origine et ratione verbi quaerebamus atque ita in Nigidianis scriptum invenimus *(fr. 47 Sw.)*: 'Infestum' est a festinando dictum; nam qui instat inquit alicui eumque properans urget opprimereque eum studet festinatque, aut contra de cuius periculo et exitio festinatur, is uterque 'infestus' dicitur ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est.

7 Ne quis autem de 'suspicioso', quod supra posuimus, et de 'formiduloso' in eam partem, quae minus usitata est, exemplum requirat, de suspicioso aput M. Catonem de re Floria ita scriptum *(LVII 1 J.)*: Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locavisset, etsi famosus et

1 sqq. Non. II p. 129, 12 CGL VI 572 18 sqq. Non. I p. 51, 16 = CGL V 650, 54 27 sqq. Non. II p. 168, 22

10 M. *om.* δ ‖ 11 Cn.] go (*rasa* o Q) δ ‖ 18 est *om.* BNΠ ‖ 21 at NΠ | cuius *Mercerus* alicuius ω ‖ 23 eminentia Z ‖ 27 de] δ inueniet de NΠ ‖ 28 M. *om.* δ | Floriana *Non.* ‖ 29 si *Non.* | in corp. B ‖ 30 et sic *Cannegieter* | fam.] *Non.* famulosus ω

[redacted]



suspiciosus fuisset, vim in corpus liberum non
aecum censuere adferri. Suspiciosum enim Cato 8
hoc in loco suspectum significat, non suspicantem.
Formidulosum autem, qui formidetur, Sallustius in 9
Catilina ita dicit *(VII 5)*: Igitur talibus viris
non labor insolitus, non locus ullus asper aut
arduus erat, non armatus hostis formidulosus.

Item C. Calvus in poematis laboriosus dicit, 10
non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur *(fr. 2 B.)*:

durum inquit rus fugiet laboriosum.

Eadem ratione Laberius quoque in Sororibus *(v.* 11
*86 R.*[3]*)*:

ecastor inquit mustum somniculosum,

et Cinna in poematis *(fr. 2 B.)*: 12

somnículosam ut Poénus aspidém Psyllus.

'Metus' quoque et 'iniuria' atque alia quaedam id 13
genus sic utroqueversum dici possunt: nam 'metus
hostium' recte dicitur, et cum timent hostes et cum
timentur. Itaque Sallustius in historia prima 14
metum Pompei dixit, non quo Pompeius metueret,
quod est usitatius, sed quo metueretur. Verba haec
Sallusti sunt *(fr. I 53 M.)*: Id bellum excitabat
metus Pompei victoris Hiempsalem in regnum
restituentis. Item alio in loco *(fr. I 12 M.)*: Post- 15

---

4 Non. II p. 113, 5  8 Non. II p. 133, 21  12 Non. II p. 172, 25  17 Non. II p. 140, 28 Quint. VI 2, 21 (Serv. A. XI 357)

---

1 esset *Non.* ‖ 4 formidatur Z ‖ 8 C. *om.* δ *Non.* | Gallus *Non.* ‖ 11 fugi et (fugiet Z) δ fugi sed γ fugite (fugit et *unus*) *codd. Non., ubi* fugis et *vulgo* ‖ 12 soporibus δ ‖ 14 et castor Z | multum ω *Non.* (*Onions*) *corr. Mercerus* ‖ 16 Somniculosum X[1] | syllus δ ‖ 18 generis Π | utroque uersu γ ‖ 19 continentes (n *alt. in* m *corr.* Z[2]) h. BZ | continentur Q ‖ 20 in *om.* Q ‖ 22 quo *Hertz* quod ω quod de Pompeio *Non.* quod metuebatur *Eussner*

[redacted]



quam remoto metu Punico simultates exercere
16 vacuum fuit. 'Iniurias' itidem dicimus tam illorum,
qui patiuntur, quam qui faciunt, quarum dictionum
exempla sunt facilia inventu.
17 Illud etiam dictum a Vergilio eandem habet
formam communicatae ultro et citro significationis
*(A. II 436)*:

et vulnere inquit tardus Vlixi,

cum diceret vulnus, non quod accepisset Vlixes, sed
18 quod dedisset. 'Nescius' quoque dicitur tam is, qui
19 nescitur, quam qui nescit. Sed super eo, qui nescit,
frequens huius vocabuli usus est, infrequens autem
20 est de eo, quod nescitur. 'Ignarus' aeque utroque-
versum dicitur non tantum, qui ignorat, set ⟨et⟩, qui
21 ignoratur. Plautus in Rudente *(v. 275)*:

quae ín locis nésciis néscia spé sumus.

22 Sallustius *(hist. fr. I 103 M.)*: More humanae cu-
pidinis ignara visendi. Vergilius *(A. X 706)*:

ignarum Laurens habet ora Mimanta.

## XIII

Verba ex historia Claudi Quadrigari, quibus Manli Torquati, nobilis adulescentis, et hostis Galli provocantis pugnam depinxit.

1 Titus Manlius summo loco natus adprimeque no-
2 bilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Tor-

---

9 Serv. pl. II 529; 436 10 sqq. Serv. A. IV 72 X 706 Non. II p. 145, 7 CGL VI 736 13 sqq. Serv. A. (I 198) X 706 Non. II p. 129, 16 Isid. X 142 CGL VI 538 24 sqq. Liv. VI 42, 5 VII 9 Flor. I 8 Eutr. II 5 Aur. Vict. v. ill. 28 Amm. XXIV 4, 5 Oros. III 6, 2 GLK IV 536, 14 Cic. fin. I 7, 23 Tusc. IV 22, 49 al. Zonar. VII 24 Suid. s. v. *Τορκουᾶτος*

---

4 ineuentu *ΠZ* ‖ 10 ac dedisset *δ* ‖ 13 quoque *Π* ‖ 14 et *add.* *ς* ‖ 16 loco si nescis *Non.* | ne(s)cias pessimus *ω* *Non.* (-umus) ‖ 17 amore *Non.* ‖ 19 Ignarus (u *ex* iu X) *ΠX* ‖ 22 prouocalioris Z ‖ 25 Ei] et *γ*

tus. Causam cognomenti fuisse accepimus torquis 3
auro induvies, quam ex hoste, quem occiderat,
actam induit. Sed quis hostis et quid genus, 4
m formidandae vastitatis et quantum insolens pro-
tor et cuimodi fuerit pugna decertatum, Q. Clau-
s primo annalium purissime atque inlustrissime
plicique et incompta orationis antiquae suavitate
cripsit. Quem locum ex eo libro philosophus 5
vorinus cum legeret, non minoribus quati adficique
mum suum motibus pulsibusque dicebat, quam si
coram depugnantes eos spectaret. 6
Verba Q. Claudi, quibus pugna ista depicta est, 7
cripsi *(fr. 10[b] P.)*: Cum interim Gallus quidam
dus praeter scutum et gladios duos torque
que armillis decoratus processit, qui et viri-
us et magnitudine et adulescentia simulque
irtute ceteris antistabat. Is maxime proelio 8
ommoto atque utrisque summo studio pugnan-
ibus manu significare coepit utrisque, quie-
erent. Pugnae facta pausa est. Extemplo 9.10
ilentio facto cum voce maxima conclamat, si
uis secum depugnare vellet, uti prodiret.
emo audebat propter magnitudinem atque 11
manitatem facies. Deinde Gallus inridere 12
oepit atque linguam exertare. Id subito per- 13
olitum est cuidam Tito Manlio, summo ge-
ere gnato, tantum flagitium civitati adcidere,
tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, 14
rocessit neque passus est virtutem Romanam

4 Amm. XVI 12, 24 XXIV 4, 24 14 Amm. XXXI 16, 6
16 sq. Cic. de inv. II 1, 2 Amm. XIX 1, 7 XXI 6, 4

2 induuias *γ* | occideret **BZ** || 3 quid *γ* || 4 et quam f. *γ***B** ||
uimodo **X** cuiusmodi **B***Π* || 10 pulsibus **B***Π* || 13 descripsi *Π* ||
duo **NXZ** || 17 antistitabat **Q** || 19 manibus *δ* | utrique **N***Π*
iusque **X** || 20 *post* pugnae *dist. pars codd.*, *unde* pugna *Carrio* ||
conclamant *δ* || 24 faciei **BQ** || 25 l. ex.] **Q** lingua exerrare *ω* ||
accedere **Z** || 28 et ante **QZ** | exercitum **Q** : iudico **X**[1] ilico *Mms.*

[redacted]



ab Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri et
gladio Hispanico cinctus contra Gallum con-
15 stitit. Metu magno ea congressio in ipso
ponti utroque exercitu inspectante facta est.
16 Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua
disciplina scuto proiecto cantabundus; Man-
lius animo magis quam arte confisus scuto
scutum percussit atque statum Galli contur-
17 bavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto
constituere studet, Manlius iterum scuto
scutum percutit atque de loco hominem
iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gla-
dium successit atque Hispanico pectus hausit;
deinde continuo humerum dextrum eodem con-
cessu incidit neque recessit usquam, donec
subvertit, ne Gallus impetum icti haberet.
18 Vbi eum evertit, caput praecidit, torquem de-
traxit eamque sanguinulentam sibi in collum
19 inponit. Quo ex facto ipse posterique eius
Torquati sunt cognominati.
20 Ab hoc Tito Manlio, cuius hanc pugnam Qua-
drigarius descripsit, imperia et aspera et immitia
'Manliana' dicta sunt, quoniam postea bello adversum
Latinos cum esset consul, filium suum securi per-
cussit, qui speculatum ab eo missus, *** interdicto
hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.

17 sq. Non. III p. 228, 10  21 sqq. I 13, 7 Liv. VIII 7 Val. Max. II 7, 6 IX 3, 4 Flor. I 9, 2 Aur. Vict. l. l. Oros. III 9, 2 Cic. fin. I 7, 23 Sall. Cat. LII 30 Dion. Hal. VIII 79 (Frontin.) IV 1, 40 Plut. parall. 12 Dio Cass. fr. XXXII 7 M. Zonar. VII 26

2 spanico (spauico Q) δ | cinctus *om.* β || 3 Impetu *Peter; an* Motu? || 4 ponte QNX | exspectante X || 6 cunctabundus Π cautabundus ς || 8 perturbauit ΠX || 9 cum Z || 14 consensu δ concussu ς conisu *Mms.* || 16 ne — haberet *post* successit *(v. 13) transp. Scaliger* | icti] in ictu Q istius β *unde* ictuis *Lipsius* || 22 etiam asp. *Mms.* || 23 manliana] TY manlia ω || 25 ⟨** omisso⟩ interd. *Hertz* || 26 occidit Π

## XIV

**idem Quadrigarius 'huius facies' patrio casu probe et tine dixit; et quaedam alia adposita de similium vocabulum declinationibus.**

Quod autem supra *(13, 11)* scriptum est in Q. 1
udi verbis: Propter magnitudinem atque initatem facies, id nos aliquot veteribus libris ectis exploravimus atque ita esse, ut scriptum est, perimus. Sic enim pleraque aetas veterum de- 2
vit: 'haec facies, huius facies', quod nunc propter nem grammaticam 'faciei' dicitur. Corruptos n quosdam libros repperi, in quibus 'faciei' scrip est illo, quod ante scriptum erat, oblitterato.
Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca invenire 3
in eodem Claudi libro *(fr. 30 P.)* scriptum utrum facies et facii. Sed facies in ordinem scriptum et contra per i geminum facii, neque id abesse 4
uadam consuetudine prisca existimavimus; nam et eo, quod est 'hic dies', tam ⟨'huius dies', quam⟩ ius dii', et ab eo, quod est 'haec fames', ⟨tam ius famis',⟩ quam 'huius fami' dixerunt.
Q. Ennius in XVI. annali dies scripsit pro 'diei' 5
hoc versu *(433 M. 275 B.)*:

postremae longinqua dies quod fecerit aetas.

iceronem quoque adfirmat Caesellius in oratione, 6
m pro P. Sestio fecit *(XII 28)*, dies scripsisse

20 GLK I 55, 13 sed vd. I 40, 10; 547, 38 II 243, 12 III 475, IV 453, 6; 496, 5; 498, 23 V 175, 19 VII 238, 6 Anecd. H. 1, 27 Serv. A. I 636

2 ppe *Π* ‖ 3 adposuit Q ‖ 7 deterius *Π*X ‖ 10 nunc *om.* X ² ‖ 11 facie NO*Π* ‖ 14 etiam *om.* Q et O*Π* ‖ 15 utr. et *Π* ‖ faciei *ω* ¦ ordine *γ*Z ‖ 18 existimauerim *Π* ‖ 19 *et* 20 *suppl.* ris *(ed. Ascens.)* ‖ 22 Qd' QZ ¦ in *om.* B ‖ 24 Postrema *ω corr.* O² remanet *Vahlen* postremo *Bergk* ¦ quod f.] *δ* confecerit *(ex* rit O) *γ* ‖ 26 P.] *om.* *δ*

[redacted]



pro 'diei', quod ego inpensa opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Caesellius ait, scriptum
7 inveni. Verba sunt haec M. Tullii: Equites vero daturos illius dies poenas; quocirca factum hercle est, ut facile his credam, qui scripserunt idiographum librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est *(g. I 208)*:

libra dies somnique pares ubi fecerit horas,

id est 'libra diei somnique'.

8 Sed sicut hoc in loco dies a Vergilio scriptum videtur, ita in illo versu non dubium est, quin dii scripserit pro 'diei' *(A. I 636)*:

munera laetitiamque dii,

quod inperitiores 'dei' legunt ab insolentia scilicet
9 vocis istius abhorrentes. Sic autem 'dies, dii' a veteribus declinatum est, ut 'fames, fami', 'pernicies, pernicii', 'progenies, progenii', 'luxuries, luxurii', 'acies,
10 acii'. M. enim Cato in oratione, quam de bello Carthaginiensi composuit, ita scripsit *(XXXVII 1 J.)*: Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa.
11 Lucilius in XII. *(XII 6 M. 319 B.)*:

rugosum atque fami plenum.

12 Sisenna in historiarum libro VI. *(fr. 128 P.)*: Romanos inferendae pernicii causa venisse.
13 Pacuvius in Paulo *(1 p. 325 R.³)*:

patér supreme nóstrae progenií patris.

14 Cn. Matius in Iliadis XXI. *(fr. 7 B.)*:

altera pars acii vitassent fluminis undas.

---

8 sed vd. GLK I 126, 32 II 366, 13; 367, 6 IV 3, 15 V 555, 8 Serv. g. I 208 11 Serv. A. I 636 15 Serv. pl. A. I 636 23 Non. VIII p. 486, 27 25 Non. VIII p. 490, 4 28 [GLK II 366, 10 IV 3, 17 V 555, 9]

---

3 M. *om.* δ || 6 se *om.* ΠX || 8 fecerat Z | 24; 333, 11 pernici *codd. Non.* || 26 progenti QZ | prog., patres! *LMueller*

[redacted]



Idem Matius in XXIII. *(fr. 8 B.)*: 15

an maneat specii simulacrum in morte silentum.

C. Graccus de legibus promulgatis *($ORF^2$ p.* 16
*235)*: Ea luxurii causa aiunt institui; et ibidem 17
infra ita scriptum est: Non est ea luxuries, quae
necessario parentur vitae causa, per quod apparet 18
eum ab eo, quod est 'luxuries', 'luxurii' patrio casu
dixisse. M. quoque Tullius in oratione, qua Sex- 19
tum Roscium defendit, pernicii scriptum reliquit.
Verba haec sunt *(XLV 131)*: Quorum nihil per-
nicii causa divino consilio, sed vi ipsa et magni-
tudine rerum factum putamus. Aut 'facies' ergo 20
in casu patrio aut 'facii' Quadrigarium scripsisse
existimandum est; 'facie' autem in nullo veteri libro
scriptum repperi.

In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, 21
non 'faciei', uti nunc dicitur, sed 'facie' dixerunt.
Lucilius in saturis *(VII 9 M. 214 B.)*: 22

primum inquit facie quod honestae
† tantis accedit.

Lucilius in libro septimo *(VII 7 M. 213 B.)*: 23

qui te diligat, aetati facieque tuae se
fautorem ostendat, fore amicum polliceatur;

sunt tamen non pauci, qui utrobique 'facii' legant. 24
Sed C. Caesar in libro de analogia secundo *(II* 25
*p. 129 Di.)* 'huius die' et 'huius specie' dicendum putat.

---

9 Non. VIII p. 486, 25, sed vd. GLK I 31, 18; 69, 10; 547, 26 Anecd. H. 133, 7

---

1 XXIII *coll. Il. XXIII 103 Scaliger* XIII *ω* || 6 ⟨si⟩ quae *HMeyer* || 8 casui $X^1$ paac si $BQ^1Z$ || 12 ac *Non.* || 13 putem *Non.* || 14 causa *δ* || 15 ullo $B^2Z$ || 20 h. tantis] h. et Aetati *LMueller* h. et Annis *Baehrens* || 22 Idem Luc. *ς* || 23 (a)etatis *ω corr. ς* || 24 se (*om. ς*) fore *ω* || 26 C. *om. δ* || 27 diei *δ* | speciei **B**

[redacted]



26 Ego quoque in Iugurtha Sallustii *(XCVII 3)* summae fidei et reverendae vetustatis libro die casu patrio scriptum inveni. Verba haec ita erant: Vix decima parte die reliqua. Non enim puto argutiolam istam recipiendam, ut die dictum quasi 'ex die' existimemus.

## XV

De genere controversiae, quod Graece *ἄπορον* appellatur.

1 Cum Antonio Iuliano rhetore per feriarum tempus aestivarum decedere ex urbis aestu volentes Nea-
2 polim concesseramus. Atque ibi erat adulescens tunc quispiam ex ditioribus cum utriusque linguae magistris meditans et exercens ad causas Romae orandas eloquentiae Latinae facultatem; atque is rogat Iulianum,
3 uti sese audiat declamantem. It auditum Iulianus,
4 imusque nos cum eo simul. Introit adulescens et praefatur arrogantius et elatius, quam aetatem eius decebat, ac deinde iubet exponi controversias.
5 Aderat ibi nobiscum Iuliani sectator, iuvenis promptus et proficiens et offendens iam in eo, quod ille aput Iuliani aures in praecipiti stare et subitaria
6 dictione periculum sui facere audebat. Exponit igitur temptamenti gratia controversiam parum consistentem, quod genus Graeci *ἄπορον* vocant, Latine autem id
7 non nimis incommode 'inexplicabile' dici potest. Ea controversia fuit huiusmodi: 'De reo septem iudices cognoscant, eaque sententia sit rata, quam plures ex eo numero dixerint. Cum septem iudices cognovissent, duo censuerunt reum exsilio multandum, duo alii pe-

4 Amm. XXIV 2, 11 24 sq. CGL II 81, 50

1 sallustius X¹; *fort.* Sallusti in || 8 attopon δ -phon Q² ἀΤΤΟΡΟΝ *Π* || 11 conses(s)eramus BO¹Z || 16 Introiit QZ*Π* || 17 (a)etati ω *praeter* Q | ei X || 25 Ex O¹*Π*X

[redacted]



cunia, tres reliqui capite puniendum. Petitur ad sup- 8
plicium ex sententia trium iudicum et contradicit.'
Hac ille audita nec considerata neque aliis, ut 9
proponerentur, exspectatis incipit statim mira celeritate
in eandem hanc controversiam principia nescio quae
dicere et involucra sensuum verborumque volumina
vocumque turbas fundere ceteris omnibus ex cohorte
eius, qui audire eum soliti erant, clamore magno
exsultantibus, Iuliano autem male ac misere rubente
et sudante. Sed ubi deblateratis versuum multis mili- 10
bus finem aliquando fecit egressique inde sumus, amici
familiaresque eius Iulianum prosecuti, quidnam exi-
stimaret, percontati sunt. Atque ibi Iulianus festi- 11
vissime: 'nolite quaerere,' inquit 'quid sentiam; adule-
scens hic sine controversia disertus est'.

## XVI

Quod Plinium Secundum, non hominem indoctum, fugerit latueritque vitium argumenti, quod ἀντιστρέφον Graeci dicunt.

Plinius Secundus existimatus est esse aetatis 1
suae doctissimus. Is libros reliquit, quos studioso- 2
rum inscripsit, non medius fidius usquequaque asper-
nandos. In his libris multa varie ad oblectandas 3
eruditorum hominum aures ponit. Refert etiam ple- 4
rasque sententias, quas in declamandis controversiis
lepide arguteque dictas putat. Sicuti hanc quoque 5
sententiam ponit ex huiuscemodi controversia: 'Vir
fortis praemio, quod optaverit, donetur. Qui
fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matri-
monium et accepit. Is deinde, cuia uxor fuit,
fortiter fecit. Repetit eandem; contradicitur.'
Eleganter inquit et probabiliter ex parte po- 6
sterioris viri fortis uxorem sibi reddi postu-

---

3 Hac] ɤ Haec ω || 6 inuoluere Q || 14 quid s.] γ sentenciam δ || 17 hom. non σ | et latuerit Q || 21 scripsit δ | asper nendos Q || 28 eruditiorum Q[1] || 29 Is om. δ |

[redacted]



lantis hoc dictum est: 'Si placet lex, redde;
7 si non placet, redde'. Fugit autem Plinium sententiolam istam, quam putavit esse argutissimam, vitio non carere, quod Graece *ἀντιστρέφον* dicitur. Et est vitium insidiosum et sub falsa laudis specie latens; nihil enim minus converti ex contrario id ipsum adversus eundem potest atque ita a priore illo viro forte dici: 'Si placet lex, non reddo; si non placet, non reddo'.

3 argutissima **BZ** ‖ 5 ludi *LMueller* lemmatis *cod. Thysii* acuminis *Sk.* ‖ 8 forti **Q**²

*Post solitam subscriptionem codices* **BZOΠ** (*in mg.* **N**) *praebent hoc epigramma (Anth. lat. 904 R.):*

C. (C. *om.* **BZO**) Aurelii Romuli:

Cecropias noctes, doctorum exempla virorum,
Donat habere mihi nobilis Eustochius.
Vivat et aeternum laetus bona tempora ducat,
Qui (Cui *Π*) sic dilecto tanta docenda (fruenda *Buecheler*) dedit.

A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER DECIMVS

## I

Tertiumne consul an tertio dici oporteat; et quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos scriberet, quaestionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

Familiari meo cuipiam litteras Athenis Romam 1
misi. In his scriptum fuit me illi iam 'tertium' scrip- 2
sisse. Is ad me rescripsit petivitque, ut rationem dice- 3
rem, cur 'tertium' ac non 'tertio' scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque mihi videretur, facerem se certiorem, 'tertium'ne 'consul' et 'quartum' an 'tertio' et 'quarto' dicendum esset, quoniam Romae doctum virum dicere audisset 'tertio' et 'quarto consul', non 'tertium quartum'que; idque in principio libri ⟨III⟩ Coelium *(fr. 59 P.)* scripsisse et Quintum Claudium in libro undevicesimo *(fr. 82 P.)* C. Marium creatum 'septimo' consulem dixisse.
Ad haec ego rescripsi nihil amplius quam verba 4
M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius
cum Coelio doctioris, quibus verbis utrumque, de
quo ad me scripserat, decideretur; nam et Varro satis 5

3 Cn. *om.* δ ‖ 4 inscriberet N O Π ‖ 8 diceret B¹Z ‖ 10 quod X quidem Z ‖ 15 lib. III *Meltzer* libri ω ‖ 17 C. *om.* δ ‖ 19 M. om. Q ‖ 21 desideretur Z deiceretur X

[redacted]



aperte, quid dici oporteret, edocuit, et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere absens nolui.

6 Verba M. Varronis ex libro disciplinarum quinto haec sunt *(p. 202 Bip.)*: Aliud est 'quarto' praetorem fieri et aliud 'quartum', quod 'quarto' locum adsignificat ac tres ante factos, 'quartum' tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit *(326 M. 209 B.)*:

Quintus pater quartum fit consul,

et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet 'consul tertium' aut 'tertio', extremas litteras non scripsit.

7 Quod de Pompeio Varro breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius, Ciceronis libertus, in epistula quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum *(p. 12 L.)*: Cum Pompeius inquit aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores scriberentur, quaeri coeptum est, utrum 'consul tertio' inscribendum esset an 'tertium'. Eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos civitatis, cumque dissentiretur et pars 'tertio', alii 'tertium' scribendum contenderent, rogavit inquit Ciceronem Pompeius, ut, quod ei rectius videretur, scribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opinionem inprobasset, ipsos videretur inprobasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque 'tertium' neque 'tertio'

4 sqq. Non. V p. 435, 8 GLK V 517, 22

4 uerbum uarronis *δ* ‖ 6 et aliud] B et *ω* aliud *ut vid. Non.* | quod] et *vel om. Non.* | quartum *ut vid. Non.* ‖ 7 significat *Non. bis* | et *Non.* | quarto *Non.* ‖ 8 templum *Π*X ‖ 14 quodque de Z ‖ 17 Minervae *Scioppius* ‖ 18 uice *Π* ‖ 19 inscriberentur *N*O[2]*Π*X ‖ 20 terii (*hoc et* Z) scribendu Q[1] ‖ 22 exquisitum *Bes*

[redacted]



scriberetur, sed ad secundum usque t fierent
litterae, ut verbo non perscripto res quidem
demonstraretur, sed dictio tamen ambigua
verbi lateret.

Id autem, quod et Varro et Tiro dixerunt, in 8
eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam cum 9
multis annis postea scaena, quae prociderat, refecta
esset, numerus tertii consulatus non uti initio primoribus litteris, sed tribus tantum lineolis incisis significatus est.

In M. autem Catonis quarta origine ita per- 10
scriptum est *(fr. 84 P.)*: Carthaginienses sextum de foedere decessere. Id verbum significat quinquiens ante eos fecisse contra foedus et tum sextum.
Graeci quoque in significandis huiuscemodi rerum 11
numeris τρίτον καὶ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo, quod Latine dicitur: 'tertium quartumque'.

## II

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

Aristoteles philosophus memoriae tradidit mu- 1
lierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam eumque esse finem dixit multiiugae hominum partionis neque plures umquam simul genitos compertum, hunc
autem numerum ait esse rarissimum. Sed et divo 2
Augusto imperante, qui temporum eius historiam scripserunt, ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt eosque pauculos dies vixisse; matrem quoque eorum non multo,

20 Arist. hist. an. VII 4 p. 584, 29 an. gen. IV 4 p. 770, 34 fr. 284 VR. apud Strab. XV 1, 22 p. 695 Plin. VII 3, 33 Solin. I 51 Dig. V 4, 3 XLVI 3, 36 Lydus mens. IV 57 (89)

1 t] γ tercium δ || 11 scriptum. O ΠX || 13 decernere *codd. Nonii II p. 100, 13* || 16 καὶ *om.* Q 7 BΠZ || 22 particionis B portationis X

[redacted]



postquam peperit, mortuam, monumentumque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, inque eo scriptum esse numerum puerperii eius, de quo diximus.

## III

**Locorum quorundam inlustrium conlatio, contentioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.**

1 Fortis ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior ampliorque esse M. Tullio, ferri id
2 qui potest? Legebamus adeo nuper orationem Gracchi de legibus promulgatis, in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani, quanta maxima invidia potest, conqueritur.
3 Verba haec sunt, quae super ea re fecit *(ORF*$^{2}$ *p. 235)*: Nuper Teanum Sidicinum consul venit. Vxor eius dixit se in balneis virilibus lavari velle. Quaestori Sidicino M. Mario datum est negotium, uti balneis exigerentur, qui lavabantur. Vxor renuntiat viro parum cito sibi balneas traditas esse et parum lautas fuisse. Idcirco palus destitutus est in foro, eoque adductus suae civitatis nobilissimus homo M. Marius. Vestimenta detracta sunt, virgis caesus est. Caleni, ubi id audierunt, edixerunt, ne quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob eandem causam praetor noster quaestores arripi iussit: alter

1 pepererit *Hertz* | eius X || 3 qua X$^{2}$ || 6 *et* 7 C. *om.* δ | 9 seuior acriorque Z || 10 in oratione Z || 11 M.] *om.* QB in Z | 12 italicis *om.* B alicis QZ || 17 eius dixisse (is *in ras.* Q) δ *corr.* Q$^{2}$ edixit (dixit N) se (se *om.* X) γ || 18 Sid. M.] *Mms.* sidicino (-icioni OX$^{2}$ -ici omi X) a m. γ sidicinam δ || 19 exirent Q$^{2}$ || 22 paulus δ | deductus *Π* || 23 me marius δ || 25 Caleni—341, 2 *om.* δ | calenilibi γ

[redacted]



se de muro deiecit, alter prensus et virgis
caesus est.
In tam atroci re ac tam misera atque maesta in- 4
iuriae publicae contestatione ecquid est, quod aut
ampliter insigniterque aut lacrimose atque miseranter
aut multa copiosaque invidia gravique et penetrabili
querimonia dixerit? brevitas sane et venustas et mun-
dities orationis est, qualis haberi ferme in comoediarum
festivitatibus solet.
Item Gracchus alio in loco ita dicit *($ORF^2$ p. 236)*: 5
Quanta libido quantaque intemperantia sit ho-
minum adulescentium, unum exemplum vobis
ostendam. His annis paucis ex Asia missus est,
qui per id tempus magistratum non ceperat,
homo adulescens pro legato. Is in lectica fere-
batur. Ei obviam bubulcus de plebe Venusina
advenit et per iocum, cum ignoraret, qui ferre-
tur, rogavit, num mortuum ferrent. Vbi id
audivit, lecticam iussit deponi, struppis, quibus
lectica deligata erat, usque adeo verberari ius-
sit, dum animam efflavit.
Haec quidem oratio super tam violento atque cru- 6
deli facinore nihil profecto abest a cotidianis sermoni-
bus. At cum in simili causa aput M. Tullium cives 7
Romani, innocentes viri, contra ius contraque leges
virgis caeduntur aut supplicio extremo necantur, quae
ibi tunc miseratio? quae comploratio? quae totius rei
sub oculos subiectio? quod et quale invidiae atque
acerbitatis fretum effervescit? animum hercle meum, 8
cum illa M. Ciceronis lego, imago quaedam et sonus
verberum et vocum et eiulationum circumplectitur;

---

4 eoquid Q etquid BNO$^1$X || 6 grauiterque Q grauitque Z grauioque X | penetralia X || 11 que *om.* B || 13 his] *an* abhinc? *vd. 1 10, 2* | in Asiam *Lipsius* Venusiam *Jordan* || 17 quid *Π* || 18 non $Q^1X^1$ dum BZ || 19 stuppis (suppis B) *ω corr. Scioppius* || 24 M. *om.* *δ* || 27 rei. p. *Π* || 28 oculis $Q^2$*Π* || 29 cretum $Q^1$BZ || 31 uerberum] O uerborum *ω* | circumflectitur *δ*

[redacted]



9 velut sunt ista, quae de C. Verre dicit, quae nos, ut
in praesens potuimus, quantum memoria subpeditabat,
adscripsimus *(V 62, 161)*: Ipse inflammatus scelere
et furore in forum venit. Ardebant oculi, toto
ex ore crudelitas eminebat. Exspectabant om-
nes, quo tandem progressurus aut quidnam
acturus esset, cum repente hominem proripi
atque in foro medio nudari ac deligari et virgas
10 expediri iubet. Iam haec medius fidius sola verba:
nudari ac deligari et virgas expediri iubet tanti
motus horrorisque sunt, ut non narrari, quae gesta
sunt, sed rem geri prosus videas.

11 Gracchus autem non querentis neque implorantis,
sed nuntiantis vicem: palus inquit in foro desti-
tutus est, vestimenta detracta sunt, virgis
12 caesus est. Sed enim M. Cicero praeclare cum
diutina repraesentatione non 'caesus est', sed *(V 62,
162)*: caedebatur inquit virgis in medio foro
Messanae civis Romanus, cum interea nullus
gemitus, nulla vox illius miseri inter dolorem
strepitumque plagarum audiebatur, nisi haec:
'civis Romanus sum!' Hac commemoratione
civitatis omnia verbera depulsurum cruciatum-
13 que a corpore deiecturum arbitrabatur. Com-
plorationem deinde tam acerbae rei et odium in Verrem
detestationemque aput civis Romanos inpense atque
acriter atque inflammanter facit, cum haec dicit *(V 62,
163)*: O nomen dulce libertatis! o ius eximium
nostrae civitatis! o lex Porcia legesque Sem-
proniae! o graviter desiderata et aliquando
reddita plebi Romanae tribunicia potestas!

---

1 dicit *om.* δ || 2 praesenti *Π* || 3 inflammatur **QZ** || 5 crudelitatis **BZ** || 7 proripitur *rasis* tur **Q** proripiat **BZ** || 8 uirgis (-es **Z**) δ || 10 uirgis **Q** uirga **BZ** || 14 paulus δ || 21 strep. (scr. **BZ**) δ *Mart. Cap. V 517* crepitumque γ *Cic.* || 22 sum a (sum ma **Z**) δ | Hac se *Cic.* || 24 diiecturum (uecturum **Q**) ω || 26 incense γ || 28 eximiae *Π*

[redacted]



Hucine tandem haec omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces ac secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur? Quid? cum ignes ardentesque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non leniebat, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu gemituque maximo commovebare?

Haec M. Tullius atrociter, graviter, apte copiose- 14
que miseratus est. Sed si quis est tam agresti aure 15
ac tam hispida, quem lux ista et amoenitas orationis verborumque modificatio parum delectat, amat autem priora idcirco, quod incompta et brevia et non operosa, sed nativa quadam suavitate sunt quodque in his umbra et color quasi opacae vetustatis est, is, si quid iudicii habet, consideret in causa pari M. Catonis, antiquioris hominis, orationem, ad cuius vim et copiam Gracchus nec adspiravit. Intelleget, opinor, Cato- 16
nem contentum eloquentia aetatis suae non fuisse et id iam tum facere voluisse, quod Cicero postea perfecit. In eo namque libro, qui de falsis pugnis 17
inscriptus est, ita de Q. Thermo conquestus est *(IX J.)*: Dixit a decemviris parum bene sibi cibaria curata esse. Iussit vestimenta detrahi atque flagro caedi. Decemviros Bruttiani verberavere, videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est facere; eane fieri bonis, bono genere gnatis,

---

1 huccine Q huic(c)ine ω | autem X | haec *om. Cic.* || 2 Rom. *om.* δ | pop. R. in] appin (-un Q) δ || 3 pop. R.] p δ || 4 falces Q habere δ || 6 et mou. QZ et adm. B² || 8 inhibebat *Cic.* || 11 grauiterque BX || 17 calor Z squalor *Btl.* | opicae *Markland* || 24 dequ(a)e termo (ter m. X) ᵀ (t)ernio QZ || 31 ignatis BZ

[redacted]



boni consultis? ubi societas? ubi fides maiorum? Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus te facere ausum esse? Set quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audivi! Servi iniurias nimis aegre ferunt: quid illos, bono genere gnatos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuisse atque habituros, dum vivent?

18 Quod Cato dixit: Bruttiani verberavere, ne
19 qui fortasse de Bruttianis requirat, id significat: Cum Hannibal Poenus cum exercitu in Italia esset et aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset, primi totius Italiae Bruttii ad Hannibalem desciverunt. Id Romani aegre passi, postquam Hannibal Italia decessit superatique Poeni sunt, Bruttios ignominiae causa non milites scribebant nec pro sociis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere et praeministrare servorum vicem iusserunt. Itaque hi sequebantur magistratus, tamquam in scaenicis fabulis qui dicebantur 'lorarii', et quos erant iussi, vinciebant aut verberabant; quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt 'Bruttiani'.

---

2 sqq. Non. II p. 187, 24 13 sqq. Paul. p. 31, 12 CGL VI 153 Strab. V 4, 13 p. 251 Appian. Hannib. 61 Fulgent. serm. ant. p. 566 M. 23 CGL VI 655

---

1 consulitis σ consuetis *Mms.* ‖ 2 eos] eis *Non.* vis *Perottus* ‖ 3 carnificans *Non.* ‖ 6 esses et δ ‖ 8 nimias *Mms.* ‖ 12 ne quis *Π* neque QZ ‖ 13 forte *Π* ‖ 20 abeuntibus *Π* ‖ 21 uice Q | itaque insequebantur X ‖ 23 lolarii δ *cfr. Schoell, Plaut. Capt. praef. XII* ‖ 24 q. ante Z

[redacted]



## IV

**od P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiva esse, sed naturalia.**

Nomina verbaque non positu fortuito, sed quadam 1
i et ratione naturae facta esse P. Nigidius in gram-
aticis commentariis docet, rem sane in philoso-
hiae discertationibus celebrem. Quaeri enim solitum 2
ut philosophos, φύσει τὰ ὀνόματα sint ἢ θέσει. In 3
m rem multa argumenta dicit, cur videri possint verba
e naturalia magis quam arbitraria. Ex quibus hoc
um est lepidum et festivum (*fr. 41 Sw.*): 'Vos' inquit 4
m dicimus, motu quodam oris conveniente
m ipsius verbi demonstratione utimur et
beas sensim primores emovemus ac spiritum
que animam porro versum et ad eos, quibus-
m sermocinamur, intendimus. At contra cum
icimus 'nos', neque profuso intentoque flatu
ocis neque proiectis labris pronuntiamus,
ed et spiritum et labeas quasi intra nosmet
psos coercemus. Hoc idem fit et in eo, quod
icimus 'tu', 'ego' et 'tibi' et 'mihi'. Nam sicuti,
um adnuimus et abnuimus, motus quidam ille
vel capitis vel oculorum a natura rei, quam
significat, non abhorret, ita in his vocibus
quasi gestus quidam oris et spiritus naturalis
est. Eadem ratio est in Graecis quoque voci-
bus, quam esse in nostris animadvertimus.

---

26 Chrysipp. ap. Galen. V p. 216 K.

---

7 diserationibus **X** dissert. σ disceptationibus *Mercklin, sed* *id. Goetz, Archiv f. Lex. II 347* ‖ 8 TdO (Gr. **Q**) nominata sunt (sint **B**) δ ‖ 9 d. cur] dr **BZ** dñr **Q** ‖ 10 natura (*ex* natu **Q**) alia δ ‖ 11 inq.] enim *Π* ‖ 14 labas γ ‖ 16 quibus conserm. (cums. **Z**) **BZ** cum *om.* **X** ‖ 19 labas γ ‖ 21 tu *om.* **Z** tum **QB** tu et *Π* ‖ 24 id iam hi(i)s (iambis **B**) δ ita iam his *Hertz*

[redacted]



## V

**'Avarus' simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.**

1 'Avarus' non simplex vocabulum, sed iunctum
copulatumque esse P. Nigidius dicit in commentariorum undetricesimo *(fr. 42 Sw.)*. Avarus enim
inquit appellatur, qui avidus aeris est. Sed in
2 ea copula e littera inquit detrita est. Item *(fr.
44 Sw.)* locupletem dictum ait ex conpositis vocibus,
qui pleraque loca, hoc est, qui multas possessiones
teneret.
3 Sed probabilius id firmiusque est, quod de locuplete dixit. Nam de 'avaro' ambigitur: cur enim non
videri possit ab uno solum verbo inclinatum, quod
est 'aveo', eademque esse fictura, qua est 'amarus', de
quo nihil dici potest, quin duplex non sit?

## VI

**Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appi Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.**

1 Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores
publice vindicatum est; ita enim debere esse visa est
2 Romanae disciplinae dignitas inviolabilis. Appi namque illius Caeci filia a ludis, quos spectaverat, exiens
turba undique confluentis fluctuantisque populi iactata
est. Atque inde egressa, cum se male habitam diceret:

---

6 Gl. Reiff. 21 9 Cic. de re p. II 9, 16 (= Non. I p. 42, 22 Isid. X 155 diff. 137; 166) Ov. f. V 281 Paul. p. 119, 2 Quint. V 10, 55 Plin. XVIII 3, 11 GLK VII 525, 4 Anecd. H. 277, 19 schol. Ter. heaut. II 3, 17 p. 116 Schl. Gl. Reiff. 22 CGL VI 653 13 sqq. Non. V p. 442, 10 Isid. X 9 23 sqq. Liv. epit. 19 Val. Max. VIII 1 damn. 4 Suet. Tib. 2

---

5 P.] p **Q** *om.* ω ‖ 7 appellatus **NO** ‖ 8 e *om.* δ ‖ 15 auet **Q** abeo ω | figura *Vogel* ‖ 18 Cecilie mul. δ ‖ 20 pet. ⟨antiquitus⟩ *Eussner* ‖ 25 doleret *puto*

[redacted]



'quid me nunc factum esset' inquit 'quantoque artius
pressiusque conflictata essem, si P. Claudius, frater
meus, navali proelio classem navium cum ingenti
civium numero non perdidisset? certe quidem maiore
nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam'
inquit 'reviviscat frater aliamque classem in Siciliam
ducat atque istam multitudinem perditum eat, quae
me nunc male miseram convexavit!' Ob haec mulieris 3
verba tam inproba ac tam incivilia C. Fundanius et
Tiberius Sempronius, aediles plebei, multam dixerunt
ei aeris gravis viginti quinque milia. Id factum esse 4
dicit Capito Ateius in commentario de iudiciis
publicis *(fr. 2 H. et Br.)* bello Poenico primo Fabio
Licino Otacilio Crasso consulibus.

## VII

Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

Omnium fluminum, quae in maria, qua imperium 1
Romanum est, fluunt, quam Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν
appellant, maximum esse Nilum consentitur. Proxima
magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius *(hist.
fr. III 80 M.)*. Varro *(ant. hum. XIII fr. 6 Mi.)* autem 2
cum de parte orbis, quae Europa dicitur, dissereret,
in tribus primis eius terrae fluminibus Rodanum esse
ponit, per quod videtur eum facere Histro aemulum.
Histros enim quoque in Europa fluit.

---

2 P. *om.* *δ* ‖ 10 plebe ī *δ* plebe *γ* ‖ 14 licinio *δ* *Π* X | et Otacilio *Carrio* et t. acilio N *Π* et t̄ acilio (teracilio Q) *ω* | et crasso X ‖ 16 intra *Mercerus* ‖ 27 histrus *γ* | fuit ZX

[redacted]



## VIII

Inter ignominias militares, quibus milites coercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiuscemodi castigationis.

1 Fuit haec quoque antiquitus militaris animadversio iubere ignominiae causa militi venam solvi et sanguinem
2 dimitti. Cuius rei ratio in litteris veteribus, quas equidem invenire potui, non exstat; sed opinor factum hoc primitus in militibus stupentis animi et a naturali habitu declinatis, ut non tam poena quam medicina
3 videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinem, quasi minus sani viderentur omnes, qui delinquerent.

## IX

Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit, quaeque earum instructionum sint vocabula.

1 Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: 'frons', 'subsidia', 'cuneus', 'orbis',
2 'globus', 'forfices', 'serra', 'alae', 'turres'. Haec et quaedam item alia invenire est in libris eorum, qui
3 de militari disciplina scripserunt. Tralata autem sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur, earumque rerum in acie instruenda sui cuiusque vocabuli imagines ostenduntur.

---

5 sqq. Cato de re mil. fr. 15 J. apud (Frontin.) IV 1, 16 7 Amm. XVI 7, 8 18 Cato de re mil. fr. 11 J. (Veget. III 19 al. Isid. IX 3 Fest. et CGL s. vv.)

---

2 exercebantur **Q** || 3 dem. ω *praeter* **Z** || 6 ueniam **BZ*Π*X**¹ || 9 a *om.* **Q** || 10 declinantis **QNO**² ***Π***¹ || 20 ita **Q**

[redacted]



## X

**Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani anulum hoc digito gestaverint, qui est in manu sinistra minimo proximus.**

Veteres Graecos anulum habuisse in digito acce- 1
pimus sinistrae manus, qui minimo est proximus.
Romanos quoque homines aiunt sic plerumque anulis
usitatos. Causam esse huius rei Apion in libris 2
Aegyptiacis *(FHG III 511)* hanc dicit, quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit, quas Graeci ἀνατομὰς appellant, repertum est nervum quendam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire; propterea non inscitum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi conexus esse cum principatu cordis videretur.

## XI

**Verbum 'mature' quid significet quaeque vocis eius ratio sit; et quod eo verbo volgus hominum inproprie utitur; atque inibi, quod 'praecox' declinatum 'praecocis' facit, non 'praecoquis'.**

'Mature' nunc significat 'propere' et 'cito' contra 1
ipsius verbi sententiam; aliud enim est 'mature', quam
dicitur. Propterea P. Nigidius, homo in omnium 2
bonarum artium disciplinis egregius *(fr. 48 Sw.)*: 'mature' inquit est, quod neque citius est neque serius, sed medium quiddam et temperatum est.

---

5 sqq. Plin. XXXIII 1, 24 Macr. VII 13, 7; 11; 14 Isid. XIX 32, 2 Plut. quaest. conv. IV 8 p. 672 C 22 sqq. Serv. (pl.) g. I 260 (Gellio laudato) A. I 137 Non. I p. 51, 18 Macr. VI 8, 7 (GLK I 204, 25)

---

3 hoc] δ in eo γ || 5 accipimus **BZNO**[1]*Π* || 6 in imo **O** || 7 plerique **BZ** || 14 institutum **X**[2] || 15 quasi et quasi **NO** || 19 utatur *Hertz* || 20 facit] **Z** faciat ω || 26 est *alt.* om. Macr.

[redacted]



3 Bene atque proprie P. Nigidius. Nam et in frugibus et in pomis 'matura' dicuntur, quae neque cruda et inmitia sunt neque caduca et decocta, sed 4 tempore suo adulta maturataque. Quoniam autem id, quod non segniter fiebat, 'mature' fieri dicebatur, progressa plurimum verbi significatione non iam, quod non segnius, sed quod festinantius fit, id fieri 'mature' dicitur, quando ea, quae praeter sui temporis modum properata sunt, 'inmatura' verius dicantur.

5 Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divos Augustus duobus Graecis verbis elegantissime exprimebat. Nam et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum esse aiunt: σπεῦδε βραδέως, per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae tarditas, ex quibus duobus contrariis fit maturitas. 6 Vergilius quoque, si quis animum adtendat, duo ista verba 'properare' et 'maturare' tamquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus *(g. I 259)*:

frigidus agricolam si quando continet imber,
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
maturare datur.

7 Elegantissime duo verba ista divisit; namque in praeparatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam otium est, 'maturari' potest, per serenas, quoniam tempus instat, 'properari' necessum est.

8 Cum significandum autem est, coactius quid factum et festinantius, tum rectius 'praemature' factum id

---

13 Suet. Aug. 25

---

3 et nimium cocta s. t. s. temperate adulta (mat. *om.*) *Macr.* || 6 significatione] **Q** -atio stet (et **Z²**) **BZ** -atio est et **γ** || 7 festinatius **Q¹NOX** || 9 properati **B** praeparata **Q** || 15 industria ce//////leritatis **X** || 20 agricolas *Macr.* || 25 quando **O²** quom (*ut semper*) **N** || 26 ex necessitate otium *Macr.* || 29 festinatius **γZ**

[redacted]



dicitur quam 'mature', sicuti Afranius dixit in togata, cui Titulus nomen est *(v. 335 R.³)*:

ádpetis dominátum demens praémature praécocem,

in quo versu animadvertendum est, quod praecocem inquit, non 'praecoquem'; est enim casus eius rectus non 'praecoquis', sed 'praecox'. 9

## XII

De portentis fabularum, quae Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert; et ibidem de simulacro volucri columbae.

Librum esse Democriti, nobilissimi philosopho- 1
rum, de vi et natura chamaeleontis eumque se legisse Plinius Secundus in naturalis historiae vicesimo octavo *(XXVIII 8, 112)* refert multaque vana atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit, ex quibus pauca haec inviti meminimus, quia pertaesum est: accipitrem avium rapidissimum a 2
chamaeleonte humi reptante, si eum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram ceterisque avibus laniandum sponte sua obiicere sese et dedere. Item aliud ultra humanam fidem: caput et collum 3
chamaeleontis si uratur ligno, quod appellatur 'robur', imbres et tonitrus fieri derepente, idque ipsum usu venire, si iecur eiusdem animalis in summis tegulis uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitavi, — 4
ita est deridiculae vanitatis — nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere, quid de istiusmodi admirationum fallaci inlecebra sentiremus, qua plerumque

2 titulus Omen *Janus* || 3 demens] ueteris *Macr. P unde* Veneris *Ribb.* || 7 praecocis *ω* || 9 portensis BZ || 10 et *om. γ* || 14 naturali QZ | historia B *unde* vicesima octava *Gr.* || 18 auem *Π* || 20 animalibus *Plin.* || 22 [illegible] *Plin.* || 26 utatur Q || 29 pleraque X

... in medio palam
posse.

6 His portentis atque praes
scriptis non dignum esse cog
7 vel illud quale est, quod id
libro *(X 49, 137)* Democri
aves quasdam esse certis vo
confuso sanguine gigni serp
linguas avium et conloquia in

8 Multa autem videntur ab
lertibus huiuscemodi comment
data nobilitatis auctoritatisque
9 Sed id, quod Archytam Pyth
esse atque fecisse traditur, n
neque tamen vanum aeque
plerique nobilium Graecorum
phus, memoriarum veterum ex
tissime scripserunt simulacrum
Archyta ratione quadam d
factum volasse; ita erat scilicet
10 et aura spiritus inclusa atque c
hercle super re tam abhorrenti

[redacted]



rba ponere *(fr. 62 Ma.)*: Ἀρχύτας Ταραντῖνος τα ... λα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησεν περιστερὰν ... λίνην πετομένην· ὁπότε καθίσειεν, οὐκέτι ... ίστατο. μέχρι γὰρ τούτου ***.

## XIII

**'Cum partim hominum' qua ratione veteres dixerint.**

'Partim hominum venerunt' plerumque dicitur. 1
...d significat 'pars hominum venit', id est quidam ...mines. Nam 'partim' hoc in loco adverbium est ...que in casus inclinatur, sicuti 'cum partim hominum' ... potest, id est cum quibusdam hominibus et quasi ...m quadam parte hominum. M. Cato in oratione 2
...re Floria ita scripsit *(LVII 2 J.)*: Ibi pro scorto ...it, in cubiculum subrectitavit e convivio. ...m partim illorum iam saepe ad eundem ...odum erat. Imperitiores autem 'cum parti' legunt. 3
...nquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum ...si adverbium.
Sed Q. Claudius in vicesimo primo annali 4
...r. 87 P.)* insolentius paulo hac figura est ita usus: ...nim cum partim copiis hominum adulescen...tum placentem sibi. Itemque Claudi in vice...simo tertio annali verba haec sunt *(fr. 89 P.)*: Sed ...circo me fecisse, quod utrum neglegentia ...artim magistratum an avaritia an calamitate ...opuli Romani evenisse dicam, nescio.

---

1 τὰ *om.* γ ‖ 3 ΔΠΟΤΕ γ (*om.* δ) ⟨ἦν⟩ ὁπότε *Jacobi* ἥτις ...οτε σ | ΚΔΘΗCΕΙΕΝ (ΚΔΘΕC. **ΠX**) γ ‖ 4 μ. γ. τ. *del. Hertz* | ...0 sic vel *Eussner* ‖ 13 scribit **Π** ‖ 14 subreptitavit *edd. vett.* ‖ ...6 erant *Duebner* | partim **QBΠX** ‖ 20 ac **BZ** ea **Q** ‖ 21 cor...m **Q** ‖ 22 placent(i)um *Lion* ‖ 22 Item Q. (**N**) σ ‖ 25 magistra...tum **Q**

[redacted]



## XIV

'Iniuria mihi factum itur' quali verborum ordine Cato dixerit.

1 Audio 'illi iniuriam factum iri', audio 'contumeliam dictum iri' vulgo quoque ita dici, vulgo et istam esse verborum figuram iam in medio loquendi usu, idcir-
2 coque exemplis supersedeo. Sed 'contumelia illi' vel 'iniuria factum itur' paulo est remotius, exemplum
3 igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Cassium *(LIV J.)*: Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius fidius
4 miserear, Quirites. Sicut autem 'contumeliam factum iri' significat iri ad contumeliam faciendam, id est operam dari, quo fiat, ita 'contumelia mihi factum itur' casu tantum inmutato idem dicit.

## XV

De flaminis Dialis deque flaminicae caerimonis; verbaque ex edicto praetoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad iurandum neque virgines Vestae neque Dialem.

1 Caerimoniae impositae flamini Diali multae, item castus multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt *(fr. 19; 24; 35; 46 RPeter)*, item in Fabii Pictoris librorum primo
2 *(fr. 3 H. et Br.)* scriptos legimus. Vnde haec ferme
3 sunt, quae commeminimus: Equo Dialem flaminem

---

25 Paul. p. 81, 17 Plin. XXVIII 9, 146 Plut. quaest. R. 40 Serv. pl. A. VIII 552

---

2 qua verb. ratione *Vogel* ‖ 4 vulgo *alt. om.* T *del.* Q² ‖ 5 usu] TYQ² usus ω ‖ 8 contra concasium atque uenilita δ ‖ 11 fidius *om.* δ ‖ 13 facturi BZO¹ΠX ‖ 14 fiat contumelia (cont. *om.* B) mihi (ita N mihi. ita O) ω *corr. Carrio* ‖ 15 casum (casuum Q) t. inmutatio id est (idem Q²) δ ‖ 17 flaminee Q flamini B ‖ 21 qui] quae X quo OZ ‖ 22 composita Q

[redacted]



vehi religio est; ⟨item religio est⟩ classem procinctam 4
extra pomerium, id est exercitum armatum, videre;
idcirco rarenter flamen Dialis creatus consul est, cum
bella consulibus mandabantur; item iurare Dialem fas 5
numquam est; item anulo uti nisi pervio cassoque fas 6
non est. Ignem e 'flaminia', id est flaminis Dialis 7
domo, nisi sacrum efferri ius non est. Vinctum, si 8
aedes eius introierit, solvi necessum est et vincula
per impluvium in tegulas subduci atque inde foras in
viam demitti. Nodum in apice neque in cinctu neque 9
in alia parte ullum habet. Si quis ad verberandum 10
ducatur, si ad pedes eius supplex procubuerit, eo die
verberari piaculum est. Capillum Dialis, nisi qui liber 11
homo est, non detonset. Capram et carnem incoctam 12
et hederam et fabam neque tangere Diali mos est neque nominare. Propagines e vitibus altius praetentas 13
non succedit. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui 14
circumlitos esse oportet et de eo lecto trinoctium continuum non decubat neque in eo lecto cubare alium
fas est. Apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum

1 Fest. p. 249, 22 4 Paul. p. 104, 11 Plut. l. l. 44 Liv. XXXI 50, 6 (CIL XII 6038, 7) 5 Paul. p. 82, 19 6 Paul. p. 106, 4; 89, 10 Serv. pl. A. II 57 VIII 363 8 Plut. l. l. 111 Serv. pl. A. II 57 10 Paul. p. 82, 19 11 Plut. l. l. 111 Serv. pl. A. III 607 13 (Serv. A. I 448) 14 sq. Plut. l. l. 111: 110: 112 Paul. p. 82, 18; 87, 13 Plin. XVIII 12, 119 schol. Ter. Eun. II 3, 90 p. 76 Schl. 16 Plut. l. l. 112 18 Plut. l. l. 40 Tac. a. III 71 (Liv. V 52, 13)

1 it. r. est *add. Hertz* non uidere religio est *in r. 2* **TY** || 2 id. e. e. arm. *del. Hertz* || 5 uti nisi] utinis ***Π*** uti (ut **Z**) in (. ' **Q**) his *δ* || 7 in sacrum *Lipsius* | effer(r)iri **NO**¹***Π***¹**XZ** || 10 dimitti *ω* | nondum **N**¹***Π*** non **OX** | nisi apice *Bongars.* || 11 in alia] **Q** in alia in **BZ** alia in *γ* | ullam **O*Π*X** ulla **QB** | habeto *et* esto (*v. 13*) *Heinsius* || 14 ⟨et canem⟩ et c. *Leo* || 16 praetentus **BZNO*Π*** || 17 succedest **N** succidet **QO*Π*X** | luto] *vd. Frazer, Class. Rev. II 322* || 19 alium] **XO**³ ne alium *ω* *unde erat, cum supplebam* ne ⟨flaminum quidem⟩ alium || 20 est. Apud] est. Apud neque apud *ω* neque apud eum alium *Mms.* (*'expectares* alium eum' *Her*

[redacted]



15 strue atque ferto oportet. Vnguium Dialis et capilli
segmina subter arborem felicem terra operiuntur.
16.17 Dialis cotidie feriatus est. Sine apice sub divo esse
licitum non est; sub tecto uti liceret, non pridem a
pontificibus constitutum Masurius Sabinus *(fr. 28 H.*
18 *memor. 16 Br.)* scripsit et alia quaedam remissa, gratiaque aliquot caerimoniarum facta dicitur.
19 Farinam fermento inbutam adtingere ei fas non
20 est. Tunica intima nisi in locis tectis non exuit se,
ne sub caelo tamquam sub oculis Iovis nudus sit.
21 Super flaminem Dialem in convivio, nisi rex sacri-
22 ficulus, haut quisquam alius accumbit. Vxorem si
23 amisit, flamonio decedit. Matrimonium flaminis nisi
24 morte dirimi ius non est. Locum, in quo bustum est,
25 numquam ingreditur, mortuum numquam attingit; funus
tamen exsequi non est religio.
26 Eaedem ferme caerimoniae sunt flaminicae Dialis;
27 ⟨alias⟩ seorsum aiunt observitare, veluti est, quod
28 venenato operitur, et quod in rica surculum de arbore

---

3 Plut. l. l. 40 Varro l. l. V 15, 84 Serv. pl. A. I 305 VIII 552; 664 (= Isid. VII 12, 18) Appian. b. c. I 65 schol. Luc. I 604 6 Tac. a. III 71 IV 16 8 Plut. l. l. 109 Serv. pl. I 179 9 Plut. l. l. 40 11 Fest. p. 185, 22 12 sq. Plut. l. l. 50 (ex Ateio) Paul. p. 89, 13 Trogus apud GLK II 149, 6 Serv. pl. A. IV 29 (Tertull. de exh. cast. 13 Hieron. ep. 123, 8 adv. Iovin. I 49) 14 Serv. A. VI 176 XI 76 Dio Cass. LIV 28, 4 CIL XII 6038, 7 19 Paul. p. 89, 13; 92, 16 Serv. pl. A. IV 137 XII 602

---

2 felicem] siliquas **O**[3] || 3 fertatus *ω* sertatus **TY** *corr. Turnebus* || 4 esset **BZ** | subiecto *δ* | utiliter et *ω corr. Gr.* || 6 scripsit talia **OX** || 8 ei] et **BZ** || 9 tunica] **Q** -am *ω* **TY** | intimam **BN**[2]*Π***XTY** | exuisse (-usisse **X** -uise **Q**) *ω corr.* **Q**[2] exuit **TY** || 10 ne] **TY** *om. ω* || 12 aut *δ***O***Π***X** | occumbit **BZ** decumbit **TY** | 13 amiserit **B** | flamunio (a *ex* u **X**) **OX** flamynio **Z** flam(m)inio *ω* | 14 quo b.] **Q** qui b. *Π* quibus tum *ω* || 15 finis **X** funis **BZ** | 17 flaminicas (-nias *Π* flammiucas **Q**) d. (diales *Π*) seorsum *ω corr. Huschke* quas flaminicas *σ* || 19 bene nato *ω corr. Fruter.* | in rita (*s.* inrita) *ω*

[redacted]



felici habet, et quod scalas, ⟨nisi⟩ quae Graecae appel- 29
lantur, escendere ei plus tribus gradibus religiosum
est atque etiam, cum it ad Argeos, quod neque comit 30
caput neque capillum depectit.
Verba praetoris ex edicto perpetuo de flamine 31
Diali et de sacerdote Vestae adscripsi *(FIR p. 197)*: Sacerdotem Vestalem et flaminem Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam.
Verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum 32
super flamine Diali haec sunt *(fr. 4 p. CXIII M.)*: Is solum album habet galerum, vel quod maximus, vel quod Iovi immolata hostia alba id fieri oporteat.

## XVI

Quos errores Iulius Hyginus in sexto Vergilii animadverterit in Romana historia erratos.

Reprehendit Hyginus *(fr. 4 p. 25 Bu.)* Vergilium 1
correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro
sexto *(v. 365)* scriptum est. Palinurus est aput in- 2
feros petens ab Aenea, ut suum corpus requirendum et sepeliendum curet. Is hoc dicit:

eripe me his, invicte, malis, aut tu mihi terram
inice, namque potes, portusque require Velinos.

Quo inquit modo aut Palinurus novisse et no- 3

1 Serv. pl. A. IV 646  3 Plut. l. l. 86 Ov. f. III 397 VI 226 sqq.  11 Paul. p. 10, 12 Serv. pl. A. II 683 Isid. XIX 30, 5  17 sqq. Serv. A. VI 359 GLK I 443, 29

1 felici] silica σ | nisi *add. Scaliger* | appellatur **ON**[1]**XZ** quae graece κλίμακες appellantur (-atur **O**[3]) **N**[2]**O**[3] || 2 eascendere **X** eas escendere (asc. **Q**[2]**B**) ω ēasēs. scandere *Π* || 7 sacerdotalem **Q** || 8 cogat **N** || 11 solus σ || 12 ⟨de⟩ Iovi *Boot* | albato fieri γ id *del. Carrio* || 15 anim 17 Reprehendet **BZO**[1] || 18 fuisset **BZ** || 22 flammi

[redacted]



minare potuit portus Velinos aut Aeneas ex
eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum,
a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit,
Servio Tullio Romae regnante post annum
amplius sescentesimum, quam Aeneas in Ita-
liam venit, conditum in agro Lucano et eo
4 nomine appellatum est? Nam qui ab Harpalo
inquit regis Cyri praefecto ex terra Phocide
fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam con-
5 diderunt. Inscitissime igitur petit, ut Aeneas
portum Velinum requirat, cum id nomen eo
6 tempore fuerit nusquam gentium. Neque si-
mile inquit illud videri debet, quod est in primo
carmine *(I 2)*:

Italiam fato profugus Lavinaque venit
litora,

7 et aeque in sexto libro *(VI 17)*:

Chalcidicaque levis tandem superastitit arce,

8 quoniam poetae ipsi quaedam *κατὰ πρόληψιν*
historiae dicere ex sua persona concedi solet,
quae facta ipse postea scire potuit, sicut Ver-
gilius scivit de Lavinio oppido et de colonia
9 Chalcidicensi. Sed Palinuros qui potuit inquit
scire ea, quae post annos sescentos facta sunt,
nisi quis eum divinasse aput inferos putat,
10 proinde ut animae defunctorum solent? Sed
et si ita accipias, quamquam non ita dicitur,
Aeneas tamen, qui non divinabat, quo pacto

7 sqq. Amm. XV 9, 7 19 Serv. A. I 2 GLK I 443, 29

1 aut] et **NO¹Z** || 12 fuerit] *Π* fuit *ω* || 15 lauiniaque **O***Π* ||
20 historia *δ***NX** | ducere **X** adicere *Π* || 21 scire] *Π* sciri *ω* |
22 lauino **B** || 23 c(h)alc(h)idinensi (alch. **Z**) *ω* | id inquit **NO***Π* |
25 nisi] non **Z**

[redacted]



potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc, sicut diximus, nullum usquam fuit?

Item hoc quoque in eodem libro reprehendit et 11
correcturum fuisse Vergilium putat, nisi mori occupasset. Nam cum Thesea inquit inter eos nomi- 12
nasset, qui ad inferos adissent ac redissent, dixissetque *(A. VI 122)*:

> quid Thesea, magnum
> quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove summo est,

postea tamen infert *(VI 617)*:

> sedet aeternumque sedebit
> infelix Theseus.

Qui autem inquit fieri potest, ut aeternum aput 13
inferos sedeat, quem supra cum is nominat, qui descenderint illuc atque inde rursum evaserint, praesertim cum ita sit fabula de Theseo, atque si Hercules eum evellerit e petra et in lucem ad superos eduxerit?

Item in his versibus errasse Vergilium dicit *(A.* 14
*VI 838)*:

> eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas
> ipsumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
> ultus avos Troiae, templa intemerata Minervae.

Confudit inquit et personas diversas et tem- 15
pora. Nam neque eodem tempore neque per eosdem homines cum Achaeis et cum Pyrro

3 sqq. Serv. A. VI 617    20 sqq. Serv. A. VI 839

4 esse Qγ | mors γ || 7 dixisset δ || 9 mihi *plerique codd.* || 15 his QΠX² | commemorat Π || 18 de ZΠ || 20 uerbis X || 25 et temerata *Verg.* || 27 tempore QO¹ || 29 pyrre X pyrr italiam Q

16 bellatum est. Pyrrus enim, quem dicit A
ciden, de Epiro in Italiam transgressus c
Romanis depugnavit adversus Manium Curi
17 in eo bello ducem. Argivum autem bellum,
est Achaicum, multis post annis a L. Mum
18 imperatore gestum est. Potest igitur in
medius eximi versus, qui de Pyrro inport
inmissus est, quem Vergilius procul dubio
empturus inquit fuit.

## XVII

Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus l
nibus oculorum sese privaverit; et super ea re versus Lab
pure admodum et venuste facti.

1 Democritum philosophum in monumentis hi
riae Graecae scriptum est, virum praeter alios ve
randum auctoritateque antiqua praeditum, lumini
oculorum sua sponte se privasse, quia existim
cogitationes commentationesque animi sui in cont
plandis naturae rationibus vegetiores et exactiores f
si eas videndi inlecebris et oculorum impedime
2 liberasset. Id factum eius modumque ipsum, quo c
citatem facile sollertia subtilissima conscivit, Laber
poeta in mimo, quem scripsit Restionem, vers

---

14 sqq. Vinc. Bell. spec. doctr. IV 176 'Vnde de Demo
philosopho refert A. Gellius in libro noctium Atticarum, q
natione Abderites fuerit et ditissimus, qui omne patrimon
suum relinquens suis civibus Athenas profectus est et
oculos sibi eruit scilicet impedimenta bonorum studiorum,
vegetatiores cogitationes haberet. Laberius tamen dicit e
oculos sibi eruisse, ne videret bene esse malis civibus.' Cic.
V 29, 87 Tusc. V 39, 114 Plut. de curios. 12 p. 521 D (Tert
apol. 46)

---

1 cum **X** | (a)eacidem **Q** -ida **BZ** -id(a)e *γ* || 2 de epyro
pyrro *Π* et e pirro (epyrro **Q**) *δ* dea e pyro **X** || 3 manlium
9 i. f.] esset *Π* || 17 quia] qu(a)e *δ* qua **NO**[1]**Q**[2] || 19 uegeta
res **X** || 23 inscripsit *σ* | rectiorem (rett. **X**) *Π***X** restitionem

satis munde atque graphice factis descripsit, sam voluntariae caecitatis finxit aliam vertitque rem, quam tum agebat, non inconcinniter. im persona, quae hoc aput Laberium dicit, 3
avari et parci sumptum plurimum asotiamque entis viri deplorantis. Versus Laberiani sunt 4
.3):

ócritus Abderítes physicus phílosophus
eúm constituit cóntra exortum Hyperíonis,
ós effodere ut pósset splendore aéreo.
rádiis solis áciem effodit lúminis,
's bene esse né videret cívibus.
;go fulgentis spléndorem pecúniae
éluciﬁcare éxitum aetatí meae,
n ré bona videam ésse nequam fílium.

## XVIII

de Artemisia; deque eo certamine, quod aput Mausoli :rum a scriptoribus inclutis decertatum est.

emisia Mausolum virum amasse fertur supra 1
amorum fabulas ultraque affectionis humanae
Mausolus autem fuit, ut M. Tullius *(Tusc.* 2
*II 31, 75)* ait, rex terrae Cariae, ut quidam arum historiarum scriptores, provinciae :tus, *σατράπην* Graeci vocant. Is Mausolus, ubi 3

---

sq. Non. II p. 106, 17 20 sqq. Val. Max. IV 6 ext. 1
sc. III 31, 75)

---

;ratifice **Q** || 2 causam] acies cum **Q** ciuis con **B** || 3 quan-
1 **ΠX** || 5 asoticonque **δ** || 6 viri *del. Jordan* filii σ severe
:vide plor. *Bothe* || 13 ciuilibus **δ** || 14 ego] ito *codd. Non.*
to *ibi* σ | fulgenti (flulgentis **X**) splendore (spend. **BZ**)
ni(a)e uelo (petunia euolo **X**) ω fulgenti(s) splendore p.
m. || 15 el.] *Non.* lucificare ω ludif. **TY** | aetatis *Non.* ||
uideam **X** | quam **δ** || 24 provinciae *Lipsius* prouinciae
ω pr. Cariae *Thysius*

[redacted]



fato perfunctus inter lamenta et manus uxoris funere magnifico sepultus est, Artemisia, luctu atque desiderio mariti flagrans uxor, ossa cineremque eius mixta odoribus contusaque in faciem pulveris aquae indidit ebibitque multaque alia violenti amoris indicia fecisse
4 dicitur. Molita quoque est ingenti impetu operis conservandae mariti memoriae sepulcrum illud memoratissimum dignatumque numerari inter septem
5 omnium terrarum spectacula. Id monumentum Artemisia cum dis manibus sacris Mausoli dicaret, agona, id est certamen laudibus eius dicundis, facit ponitque praemia pecuniae aliarumque rerum bonarum amplis-
6 sima. Ad eas laudes decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua praestabili, Theopompus, Theodectes, Naucrates; sunt etiam, qui Isocratem ipsum cum his certavisse memoriae mandaverint. Sed eo certamine vicisse Theopompum iudicatum est. Is fuit Isocratis discipulus.

7 Exstat nunc quoque Theodecti tragoedia, quae inscribitur Mausolus; in qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in exemplis *(fr. 1 P.)* refert.

## XIX

Non purgari neque levari peccatum, cum praetenditur peccatorum, quae alii quoque peccaverunt, similitudo; atque inibi verba ex oratione super ea re Demosthenis.

1 Incessebat quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi obiurgatione adulescentem a rhetoribus et a facundiae studio ad disciplinas philosophiae transgressum, quod factum quiddam esse ab eo diceret

13 Suid. s. v. Ἰσοκράτης Ἀμ.

1 et naenias *Markland* || 8 dignumque Q || 10 sacrum *Mss. del. Jordan* || 11 id e. c. *del. Carrio* || 15 naucrites ω *corr. Valesius* | socratem (sacr. Z) ω *corr.* N² || 16 mandauerunt *Π* || 18 socratis Q || 23 lauari *Π* || 26 Incessabat XZ || 29 quidam (quidem QO²) ω *corr.* σ quid quidam *Hertz*

[redacted]



inhoneste et improbe. At ille non ibat infitias fecisse,
sed id solitum esse fieri defendebat turpitudinemque
delicti exemplorum usu et consuetudinis venia depre-
cabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis 2
genere inritatior: 'homo' inquit 'stulte et nihili, si te
a malis exemplis auctoritates et rationes philosophiae
non abducunt, ne illius quidem Demosthenis vestri
sententia tibi in mentem venit, quae, quia lepidis et
venustis vocum modis vincta est, quasi quaedam can-
tilena rhetorica facilius adhaerere memoriae tuae potuit?
Nam si me' inquit 'non fallit, quod quidem in primori 3
pueritia legerim, verba haec sunt Demosthenis ad-
versus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum
peccatis alienis exemptum purgatumque ibat (*adv. Androt. 7 p. 595*): *Σὺ δὴ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει γίγνεσθαι· οὐ γάρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο· ὥσπερ γάρ, εἴ τις ἑάλω, σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἐὰν σὺ νῦν δίκην δῷς, ἄλλος οὐ γράψει.*' Sic Taurus omni suasionum 4
admonitionumque genere utens sectatores suos ad rationes bonae inculpataeque indolis ducebat.

## XX

Quid sit 'rogatio', quid 'lex', quid 'plebisscitum', quid 'privilegium'; et quantum ista omnia differant.

Quaeri audio, quid 'lex' sit, quid 'plebisscitum', quid 1
'rogatio', quid 'privilegium'. Ateius Capito, publici 2

12 sqq. Amm. XXX 1, 23 28 sqq. Fest. p. 266, 2

2 est **BZO**[1] *Π* || 7 neque illius *Π* || 8 sententiae **NOX**[1] | 9 uicta **BZ** iuncta *Π* || 15 ΓΕΤΟΝΕ ΟΥΤΟ **BZ** ΓΕΤΟΝ. ΕΥΤΟ **N** ΟΥΤΩ **U** || 16 ΥΤΟR **N** ΥΓΟR **Z** || 19 ΚΑΝ **NZ** (= ω) || 20 *ἐκείνων προιήλω, σὺ τάδ' Dem.* | ΚΟΥΚ **NZ** || 21 ΑΚΗΝΑΩCΑΛΛΩC-ΡΟΥ **NZ** *ἀλ-ς ἄλλος οὐ σ* || 23 rati **B**) ω

[redacted]



privatique iuris peritissimus, quid 'lex' esset, hisce verbis definivit *(fr. 22 H. coniect. fr. 13 Br.)*: Lex inquit est generale iussum populi aut plebis rogante
3 magistratu. Ea definitio si probe facta est, neque de imperio Cn. Pompei neque de reditu M. Ciceronis neque de caede P. Clodi quaestio neque alia id genus
4 populi plebisve iussa 'leges' vocari possunt. Non sunt enim generalia iussa neque de universis civibus, sed de singulis concepta; quocirca 'privilegia' potius vocari debent, quia veteres 'priva' dixerunt, quae nos 'singula' dicimus. Quo verbo Lucilius in primo satirarum libro usus est *(I 34 M. 30 B.)*:

abdomina thynni
advenientibus priva dabo cephalaeaque acarnae.

5 'Plebem' autem Capito *(fr. 23 H. 14 Br.)* in eadem definitione seorsum a populo divisit, quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque eius ordines contineantur, 'plebes' vero ea dicatur, in qua gentes civium
6 patriciae non insunt. 'Plebisscitum' igitur est secundum eum Capitonem lex, quam plebes, non populus, accipit.

7 Sed totius huius rei iurisque, sive cum populus sive cum plebs rogatur, ⟨sive quod ad singulos⟩ sive quod ad universos pertinet, caput ipsum et origo et
8 quasi fons 'rogatio' est. Ista enim omnia vocabula censentur continenturque 'rogationis' principali genere

---

2 Inst. I 2, 4 Gl. Reiff. 23 (Fest. p. 266, 5 Isid. II 10, 1) 9 sq. Paul. p. 226, 6 Fest. p. 205, 21 CGL VII 131 Gl. Reiff. 26 (Cic. pro dom. XVII 43 leg. III 19, 44) Acro Hor. s. II 5, 11 ep. I 1, 93 Lydus mens. I 21 (23) 10 sqq. Non. II p. 159, 29 I p. 35, 21 CGL IV 273, 7 V 646, 12 16 sqq. Gai. I 3 Inst. I 2, 4 Isid. IX 4, 5 V 11 Gl. Reiff. 24 sq.

---

4 magistratus **NOX** *Π*² || 14 auenientibus *γ* **Q**² a uenentibus **QZ** a uenantibus **B** | carne *δ* || 24 plebis *γ* | *suppl. Gr.* || 26 frons *δ*

[redacted]



et nomine; nam nisi populus aut plebs rogetur, nul-
lum plebis aut populi iussum fieri potest.
Sed quamquam haec ita sunt, in veteribus tamen 9
scriptis non magnam vocabulorum istorum differentiam
esse animadvertimus. Nam et plebisscita et privi-
legia translaticio nomine 'legis' appellaverunt eadem-
que omnia confuso et indistincto vocabulo 'rogationes'
dixerunt. Sallustius quoque proprietatum in verbis 10
retinentissimus consuetudini concessit et privilegium,
quod de Cn. Pompei reditu ferebatur, legem appella-
vit. Verba ex secunda eius historia haec sunt *(fr.
II 21 M.)*: Nam Sullam consulem de reditu eius
legem ferentem ex conposito tr. pl. C. Herennius
prohibuerat.

## XXI

Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis 'novissime' et 'novissimus' observantissime ⟨uti⟩ vitarit.

Non paucis verbis, quorum frequens usus est nunc 1
et fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est,
quod ea non probaret; velut est et 'novissimus' et
'novissime'. Nam cum et M. Cato *(fr. inc. 51 J.)* et 2
Sallustius *(Cat. XXXIII 2 Jug. X 2 XIX 7 al.)* et
alii quoque aetatis eiusdem verbo isto promisce usi-
tati sint, multi etiam non indocti viri in libris id suis
scripserint, abstinuisse eo tamen tamquam non Latino
videtur, quoniam, qui doctissimus eorum temporum
fuerat, L. Aelius Stilo *(p. 37, 21 Me.)* ut novo et
inprobo verbo uti vitaverat.
Propterea, quid M. quoque Varro de ista voce
existimaverit, verbis ipsius Varronis ex libro de
lingua Latina ad Ciceronem sexto *(7, 59)* demon-

---

1 Nam si δ | plebes X || 6 translaticiomine B translatio (-cio Q) n. QZ translato n. γ *corr. JGr.* | leges γ || 12 Nam illam sillam Q || 16 M. *om.* δ Π | et — uitarit] est BZ est usus (usus *in ras. m. 2*) Q || 17 uti *add.* σ *ex v. 28* || 24 sunt Q

[redacted]



strandum putavi. Quod 'extremum' inquit dicebatur, dici 'novissimum' coeptum vulgo, quod mea memoria ut Aelius, sic senes aliquot, quod nimium novum verbum esset, vitabant; cuius origo, ut a 'vetere' 'vetustius' ac 'veterrimum', sic a 'novo' declinatum 'novius' et 'novissimum'.

## XXII

**Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsae philosophiae probris, quibus philosophos temere incessunt, qui emolumenta verae philosophiae ignorant.**

1 Plato, veritatis homo amicissimus eiusque omnibus exhibendae promptissimus, quae omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui obtentu philosophiae nominis inutile otium et linguae vitaeque tenebras secuntur, ex persona quidem non gravi neque idonea,
2 vere tamen ingenueque dixit. Nam etsi Callicles, quem dicere haec facit, verae philosophiae ignarus inhonesta indignaque in philosophos confert, proinde tamen accipienda sunt, quae dicuntur, ut nos non sensim moneri intellegamus, ne ipsi quoque culpationes huiuscemodi mereamur neve inerti inanique desidia cultum et studium philosophiae mentiamur.
3 Verba ipsa super hac re Platonis ex libro, qui appellatur Gorgias, scripsi, quoniam vertere ea consilium non fuit, cum ad proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare ac multo minus
4 etiam mea *(Gorg. 40 p. 484 C)*: **Φιλοσοφία γάρ τοί**

1 Tiro apud GLK I 207, 30

3 aliquot] *β Varro* (*ubi* quod *post* verbum) alii **ω** ‖ 4 esset *om.* *δ* ‖ 13 in desinens istas (istos **X²**) *ω corr.* **N²** ‖ 14 nominum **Z** (*deest in* **Q**) nomine *γ unde* obtento *Carrio* ‖ 17 qu(a)e **BZN¹O** | 18 dignaque *ω corr.* **B²N²** ‖ 19 nos non] **X** nos **QN²O²** non **ω** | sensum **Z** ‖ 20 moueri **B¹Z** ‖ 23 supra **X** ‖ 24 *fort.* **ascripsi** | 25 proprietates qu(a)e **BZOX** ‖ 27 me(a)e **ω** | *Graeca praeter pauca om. ω praebent ς partim*

[redacted]



ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἐάν τις αὐτοῦ με-
τρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω
τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώ-
πων. Ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ καὶ πόρρω 5
τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον
γεγονέναι ἐστίν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν
μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσε-
σθαι ἄνδρα. Καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γί- 6
γνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ τῶν λόγων,
οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις
τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν
ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων,
καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι
γίγνονται. Ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν 7
ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίγνονται,
ὥσπερ γε, οἶμαι, οἱ πολιτικοί, ἐπειδὰν αὖ εἰς
τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους,
καταγέλαστοί εἰσι. (8. 9)
Paulo post addit haec: Ἀλλ', οἶμαι, τὸ ὀρθότα- 10
τόν ἐστιν ἀμφοτέρων μετασχεῖν. Φιλοσοφίας
μέν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ
οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν
δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος ἔτι φιλοσοφῇ,
καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται,
καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλο- 11
σοφοῦντας ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ
παίζοντας. Ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω, ᾧ ἔτι 12
προσήκει διαλέγεσθαι οὕτω, ψελλιζόμενον καὶ
παῖζον, χαίρω τε, καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ
ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ·
ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω, 13
πικρόν τί μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι καὶ ἀνιᾷ μου
τὰ ὦτα καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι· ὅταν 14
δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου ἢ παίζοντα
ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἄνανδρον καὶ

---

19 Paulo — haec] B *om.* ω Et infra de iisdem ς

[redacted]



15 πληγῶν ἄξιον. Ταὐτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω
16 καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. Περὶ νέῳ μὲν
γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν ἄγαμαι καὶ πρέ-
πειν μοι δοκεῖ καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι
τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα
ἀνελεύθερον καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα
ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ οὔτε γενναίου πράγματος·
17 ὅταν δὲ ⟨δὴ⟩ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα
καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη
18 δεῖσθαι, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ. Ὃ γὰρ
νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ,
κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι φεύ-
γοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγοράς, ἐν
αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς (*Hom. Il. IX 441*) τοὺς ἄνδρας
ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι, καταδεδυκότι δὲ τὸν
λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων, ἐν γωνίᾳ
τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ
(19—23) καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι.

24 Haec Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non proba, set cum sensus tamen intellegentiaeque communis fide et cum quadam indissimulabili veritate disseruit, non de illa scilicet philosophia, quae virtutum omnium disciplina est quaeque in publicis simul et privatis officiis excellit civitatesque et rempublicam, si nihil prohibeat, constanter, fortiter et perite administrat, sed de ista futtili atque puerili meditatione argutiarum nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente, in qua id genus homines consenescunt male feriati, quos philosophos esse et vulgus putat et is putabat, ex cuius persona haec dicta sunt.

---

29 Hor. c. IV 6, 14

---

20 probas sed **X** probasset *δ Π* | sensu ω *corr. Salmas.* s. t. intellegentiaque c. vitae *Vassis* || 21 fidem **QZ** || 24 et *prius*] in **Q** || 25 et fort. et *γ* || 28 promouentem (-ndam **X**) qua ω *corr. Carrio*

## XXIII

...ba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu et ...oribus; atque inibi, quod fuerit ius marito in adulterio ...uxorem deprehensam necare.

Qui de victu atque cultu populi Romani 1
...ipserunt, mulieres Romae atque in Latio aetatem
...temias egisse, hoc est vino semper, quod 'temetum'
...ca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt, institu-
...que, ut cognatis osculum ferrent deprehendendi
...a, ut odor indicium faceret, si bibissent. Bibere 2
...tem solitas ferunt loream, passum, murrinam et
...e id genus sapiant potu dulcia. Atque haec qui-
... in his, quibus dixi, libris pervulgata sunt; sed 3
...arcus Cato non solum existimatas, set et multatas
...oque a iudice mulieres refert non minus, si vinum
...se, quam si probrum et adulterium admisissent.
Verba Marci Catonis adscripsi ex oratione, 4
...ae inscribitur de dote, in qua id quoque scriptum
...t in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis
...care (*LXVIII 1; 2 J.*): Vir inquit cum divortium
...cit, mulieri iudex pro censore est, imperium,
...uod videtur, habet, si quid perverse taetre
...e factum est a muliere; multitatur, si vinum

6 sqq. Cic. de re p. IV 6, 17 Dionys. Hal. II 25 Val Max. II ...5 VI 3, 9 Serv. A. I 737 Isid. XX 3, 2 7 Quint. I 7, 9 ...nat. Ter. Andr. I 4, 2 Eun. IV 3, 13 Acro et Porph. Hor. ep. I ..., 7 II 2, 163 Isid. X 11 CGL VI 9 Fest. p. 364, 30 Non. I p. 5, 5 ...d. X 271 CGL VII 337 8 sq. Polyb. VI 2, 5 sqq. H. Plin. XIV ..., 89 sq. Plut. quaest. R. 6 Tertull. apol. 6 11 Paul. p. 144, 9 Plin. XIV 13, 93 Non. XVII p. 551, 7 sqq. CGL VI 720 VII 52

2 M. *om.* QZ || 3 ibi BZ || 8 appellatur X || 9 deprehendi Q ...prehendendi ω || 12 aepiant (expiant Q) ω *corr.* X² exstant *JGr.* ... existimat Q -matus BZN¹ | et *om.* γ || 16 quasi BZ || 17 ex-...statioñ B -acioñ Z -acionum Q || 18 scr.] X inscriptum ω ; ...9 uxoris γBZ || 20 *sqq. distinctionem corr. Goettling* || 21 facit ...X || 23 multiatur BZ mulcititur Q multatur γ *corr.* Hertz

[redacted]



bibit; si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. De iure autem occidendi ita scriptum: In adulterio uxorem tuam si prehendisses, sine iudicio inpune necares; illa te, si adulterares sive tu adulterarere, digito non auderet contingere, neque ius est.

## XXIV

'Die pristini', 'die crastini' et 'die quarti' et 'die quinti', qui elegantius locuti sint, dixisse, non ut ea nunc volgo dicuntur.

1 'Die quarto' et 'die quinto', quod Graeci εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio, et, qui aliter dicit, pro rudi atque indocto despicitur. Sed Marci Tullii aetas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt: 'diequinte' enim et 'diequinti' pro adverbio copulate dictum est secunda
2 in eo syllaba correpta. Divus etiam Augustus, linguae Latinae non nescius munditiarumque patris sui in sermonibus sectator, in epistulis (*p. 145 W.*) plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est.
3 Satis autem erit perpetuae veterum consuetudinis demonstrandae gratia verba sollemnia praetoris ponere, quibus more maiorum ferias concipere solet, quae appellantur Compitalia. Ea verba haec sunt: Dienoni populo Romano Quiritibus Compitalia erunt;

---

4 Stob. flor. LXXXV 19 (III p. 146, 20 M.)  5 cfr. Otto, Sprichw. p. 115  11 sqq. Macr. I 4, 20 sqq. GLK I 81, 29 CGL VI 327 (de quarte)

---

2 De uiro X | occ.] σ dicendi ω || 3 deprehendisses (repr. B) B Π || 5 adulteriare (-erare X -erare uelles X²) ω *corr. Salmas.* || 9 sunt N¹Z || 14 marco (M. N Π) tullio ω *corr.* Q²X² (N²) | etate Q²N² || 15 eum Π || 16 copulata edictum δ -ate ita dictum X | est et γ || 18 que *om.* B¹O Π X || 19 pluris fariam significacionum QZ || 21 Satis *Acidalius* h̄ Q ius N is ω || 25 p. R.] post Kl. *pars codd. Macr.*

[redacted]



quando concepta fuerint, nefas. Dienoni prae-
tor dicit, non 'die nono'.
Neque praetor solum, sed pleraque omnis vetustas 4
sic locuta est. Venit ecce illius versus Pomponiani 5
in mentem, qui est ex atellania, quae Mevia in-
scribitur *(v. 77 R.$^3$)*:

díes hic sextus, cúm nihil egi: díequarte
moriár fame.

Suppetit etiam Coelianum illud ex libro historia- 6
rum secundo *(fr. 25 P.)*: Si vis mihi equitatum
dare et ipse cum cetero exercitu me sequi, die-
quinti Romae in Capitolium curabo tibi cena
sit cocta. Et historiam autem et verbum hoc sump- 7
sit Coelius ex origine ‹IV.› M. Catonis, in qua ita
scriptum est *(fr. 86 P.)*: Igitur dictatorem Cartha-
giniensium magister equitum monuit: 'Mitte
mecum Romam equitatum; diequinti in Capi-
tolio tibi cena cocta erit'.
Extremam istius vocis syllabam tum per e tum 8
per i scriptam legi; nam sane quam consuetum is
veteribus fuerit litteris is plerumque uti indifferenter,
sicuti 'praefiscine' et 'praefiscini', 'proclivi' et 'proclive'
atque alia item multa hoc genus varie dixerunt: 'die
pristini' quoque eodem modo dicebatur, quod signi-
ficabat 'die pristino', id est priore, quod vulgo 'pridie'
dicitur, converso compositionis ordine, quasi 'pristino

10 sqq. Liv. XXII 51, 2 Val. Max. IX 5 ext. 3 Flor. I 22, 18 Plut. Fab. 17 22 GLK I 212, 9; 13 Non. II p. 153, 11

1 coepta *Mms.* | fuerit ω ‖ 5 atelliani (-iana **Q**) **Q** *Π***X** | Maebia inscr. *Macr.* metui a(d)scribitur ω ‖ 7 sextust *Fleckeisen* tertius *Scriverius* | edi *Pontanus* ‖ 8 emoriar *Scioppius* ‖ 10 si quis m. eq. daret (dari et *Π*) ipse γ (*Macr.*) ‖ 11 exercitum (tu **B**) est qui δ | sequi voles *ut vid. Macr.* ‖ 12 roma δ Romai *Peter* | capitolio c. t. cenam coctam *Macr.* ‖ 14 IV. *add. Hertz* (*Gr.*) originibus Marci *Macr.* | qua] **Q** quo ω ‖ 20 his $O^2X^2$ id *Dziatzko* ‖ 21 his *Π***X**

[redacted]



die'. Atque item simili figura 'die crastini' dicebatur,
9 id erat 'crastino die'. Sacerdotes quoque populi Romani, cum condicunt in diem tertium, 'die perendini'
10 dicunt. Sed ut plerique 'die pristini', ita M. Cato in oratione contra Furium *(XIX 7 J.)* die proximi dixit; ⟨die⟩ quarto autem Cn. Matius, homo impense doctus, in mimiambis pro eo dicit, quod 'nudius quartus' nos dicimus, in his versibus *(fr. 11 B.)*:

> nuper die quarto, ut recordor, et certe
> aquarium urceum unicum domi fregit.

Hoc igitur intererit, ut 'die quarto' quidem de praeterito dicamus, 'diequarte' autem de futuro.

## XXV

**Telorum et iaculorum gladiorumque atque inibi navium quoque vocabula, quae scripta in veterum libris reperiuntur.**

1 Telorum, iaculorum gladiorumque vocabula, quae in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum genera et nomina libitum forte nobis est sedentibus in reda conquirere, ne quid aliarum ineptiarum vacan-
2 tem stupentemque animum occuparet. Quae tum igitur suppetierant, haec sunt: hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gaesa, lancea, spari, rumices, trifaces, tragulae, frameae, mesanculae, cateiae, rumpiae,

---

4 Non. l. l. 11 Macr. l. l. Non. V p. 441, 8 'die quarte ('quarta' codd.) et die quarto hoc differre prudentes volunt, quorum tamen auctoritas in obscuro est, ut sit die quarto temporis praeteriti, die quarte ('quarta' codd.) futuri' (CGL VI 327) 16 sqq. Non. XIX p. 552 sqq. Isid. XVIII 5 sqq. Fest. et CGL s. vv.

---

1 idem *ω corr.* $X^2$ ‖ 3 diem *ω corr. Sk.* ‖ 6 die *suppl. σ* | 12 die quarto $Q^1$ die quarta **BZ**, *vd. Non.* ‖ 19 neque idem (id $Q^2$ *ex* item **X**) aliarum . . . occupare *ω corr. Hertz* ne q. malarum *Sk.* iisque (inque *Lipsius*) vicem . . . occupare *Carrio; possis* neque ludo merarum (vanarum *al.*) in. *ut VII 13, 7* ‖ 22 g(a)es(a)ea *ω praeter* **N** | rumigestri faces *sic fere ω* ‖ 23 mesancyla *Turnebus*

[redacted]



scorpii, sibones, siciles, veruta, enses, sicae, machaerae, spathae, lingulae, pugiones, clunacula.

De lingula, quoniam est minus frequens, admo- 3
nendum existimo lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naevius in tragoedia Hesiona. Versum Naevi apposui *(fr. 1 R.*[3]*)*:

né mihi gerere mórem videar língua, verum língula.

Item rumpia genus teli est Thraecae nationis, posi- 4
tumque hoc vocabulum in Quinti Enni annalium XIV *(fr. VIII M. 266 B.)*.

Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, ap- 5
pellationes hae sunt: gauli, corbitae, caudicae, longae, hippagines, cercuri, celoces vel, ut Graeci dicunt, κέλητες, lembi, oriae, lenunculi, actuariae, quas Graeci ἱστιοκώπους vocant vel ἐπακτρίδας, prosumiae vel geseoretae vel oriolae, stlattae, scaphae, pontones, † vetutiae, mydia, phaseli, parones, myoparones, lintres, caupuli, camarae, placidae, cydarum, ratariae, catascopium.

---

5 sq. Varro l. l. VII 6, 107 14 sqq. Non. XIII p. 532 sqq. Isid. XIX 1 Fest. et CGL s. vv.

---

1 scorpis ω | sibynae *Turnebus* | uer(r)utenses ω || 6 ne huius BZ || 8 ne mihi *Sverdsioeus* sine mi(c)hi ω | Martem *Palmer* | uidetur δ | uerum lingua QZ || 10 rupia ω | thracae O*Π*X trahece δ || 14 haec X | coruitae ω || 15 c(a)eletis ω || 16 l(a)enui oxi(a)e ω *corr. Carrio* | renunculi ω *corr. Brodaeus* || 17 (h)istoopus (istocopus X[2]) ω *corr. Scheffer* ἱστοπόδας *Carrio* | epicaridas ω *corr. Scheffer* ἐπιβάτιδας *Salmas.* || 18 orioles catt(a)e ω *corr. Turnebus* sclattae *Sk.* || 19 uetutiae NO*Π* ueiucie B ueuitie Z uetitie X ueintie Q acatia *Turnebus* venetiae *Heraeus* | m(o)edia ω *corr. Heraeus* hemioliae *Turnebus* schediae *Gr.* || 20 caupulica mar(a)e ω | cydr(i)arum δ

## XXVI

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod transfretationem 'transgressum' dixerit, et 'transgressos', qui transfretassent.

1 Asinio Pollioni in quadam epistula, quam ad
Plancum scripsit, et quibusdam aliis C. Sallustio
iniquis dignum nota visum est, quod in primo historiarum maris transitum transmissumque navibus factum transgressum appellavit eosque, qui fretum
transmiserant, quos 'transfretasse' dici solitum est,
2 transgressos dixit. Verba ipsa Sallusti posui (*hist. fr. I 104 M.*): Itaque Sertorius levi praesidio relicto in Mauretania nanctus obscuram noctem
aestu secundo furtim aut celeritate vitare
3 proelium in transgressu conatus est. Ac deinde
infra ita scripsit (*fr. I 105 M.*): Transgressos omnis
recipit mons praeceptus a Lusitanis.
4 Hoc igitur et minus proprie et ἀπερισκέπτως et
nullo gravi auctore dictum aiunt. Nam 'transgressus' inquit a transgrediendo dicitur, idque
ipsum ab ingressu et a pedum gradu appella-
5 tum. Idcirco verbum 'transgredi' convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus, sed his solis, qui gradiuntur et pedibus iter
emetiuntur. Propterea negant aput scriptorem idoneum aut navium 'transgressum' reperiri posse aut
pro transfretatione 'transgressum'.
6 Sed quaero ego, cur non, sicuti 'cursus' navium
recte dici solent, ita 'transgressus' etiam navibus factus dici possit? praesertim cum brevitas tam angusti

5 sqq. Non. VI p. 452, 28 — 28 Serv. (pl.) A. I 157; 534 VI 194

2 qui *Π* ‖ 6 plancium **BZ** | salustio///ĩquis **Q** sal(l)usti(i) in. *ω* ‖ 11 ista **X** | posui] **XO²** posuit *ω* ‖ 14 furtiua autem *β* | ac *Ursinus* abiit (*deleto* est) *Lipsius* ‖ 15 Ac *om.* **Q** ac inde quin *Non.* ‖ 17 mons Balleia *Serv. A. I 518* ‖ 20 dicuntur **QZNO¹** *Π* ‖ 29 solet *St.*

[redacted]



fretus, qui terram Africam Hispaniamque interfluit,
elegantissime 'transgressionis' vocabulo, quasi pauco-
rum graduum spatium, definita sit. Qui auctoritatem 7
autem requirunt et negant dictum 'ingredi' 'trans-
gredi've in navigantibus, volo uti respondeant, quantum
existiment interesse 'ingredi' atque 'ambulare'. Atqui 8
Cato in libro de re rustica *(I 3)*: fundus inquit
eo in loco habendus est, ut et oppidum prope
amplum sit et mare aut amnis, qua naves am-
bulant.

Appetitas porro huiuscemodi translationes habi- 9
tasque esse pro honestamentis orationis Lucretius
quoque testimonium in hac eadem voce dicit. In
quarto enim libro clamorem per arterias et per
fauces gradientem dicit, quod est nimio confidentius,
quam illud de navibus Sallustianum. Versus Lu-
creti hi sunt *(IV 526)*:

praeterea radit vox fauces saepe, facitque
asperiora foras gradiens arteria clamor.

Propterea Sallustius in eodem libro non eos 10
solum, qui navibus veherentur, sed et scaphas quo-
que nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis
posui *(hist. I 98 M.)*: Earum aliae paululum pro-
gressae nimio simul et incerto onere, cum pa-
vor corpora agitaverat, deprimebantur.

## XXVII

Historia de populo Romano deque populo Poenico, quod pari propemodum vigore fuerint aemuli.

In litteris veteribus memoria exstat, quod par 1
quondam fuit vigor et acritudo amplitudoque populi

1 fretu BZ freti ω *corr. Gr.* ‖ 6 interesse inter ingr. et Π | at quin BZ atque OΠX At. M. N ‖ 7 tito Q tito liuio Q² | fundus — ut et *non apud Cat. exstant* ‖ 8 validum prope *Cato* ‖ 9 naue B ‖ 18 tradit (tradidit Z) ω pauit *Non.* ‖ 19 aspera *Non.* ‖ 20 eo OΠX¹ eum Z ‖ 23 paulum nimio progr. inter cum sicco onere *codd. Non.* ‖ 29 libris X

[redacted]



2 Romani atque Poeni; neque inmerito aestimatum: cum aliis quidem populis de uniuscuiusque republica, cum Poenis autem de omnium terrarum imperio decertatum.

3 Eius rei specimen est in illo utriusque populi verbo factum: Q. Fabius, imperator Romanus, dedit ad Carthaginienses epistulam. Ibi scriptum fuit populum Romanum misisse ad eos hastam et caduceum, signa duo belli aut pacis, ex quis, utrum vellent, eligerent; quod elegissent, id unum ut esse missum existimarent.

4 Carthaginienses responderunt neutrum sese eligere, sed posse, qui adtulissent, utrum mallent, relinquere; quod reliquissent, id sibi pro electo futurum.

5 M. autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesserulas, in quarum altera caduceum, in altera hastae simulacra fuerint incisa.

## XXVIII

De aetatium finibus pueritiae, iuventae, senectae, ex Tuberonis historia sumptum.

1 Tubero in historiarum primo *(fr. 4 P.)* scripsit Servium Tullium regem, populi Romani cum illas quinque classes ⟨seniorum et⟩ iuniorum census faciendi gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septem decem, atque inde ab anno septimo decimo, quo idoneos iam esse reipublicae arbitraretur, milites scripsisse, eosque ad annum qua-

6 sqq. Zonar. VIII 18 (= Dio Cass. I p. 179 M.) [Polyb. III 33 Liv. XXI 18 Sil. II 380 Flor. I 22, 7 Appian. Hiber. 13 Dio Cass. fr. LIV 10 M.] 14 Dig. I 2, 2, 37

5 diverbio *dubitanter Vogel* || 6 factumque q. ω *corr.* $Q^2$ ; ad *om.* δ *add.* $Q^2$ || 7 ubi OX || 10 id σ ad ω || 13 electo] Q lecto N $O^2$ lectos ω || 15 missam Q || 16 fuerint] Π fuerunt ω || 19 etatum Q || 21 K. tubero γ *Unger, Fleckeis. ann. 143, 320* || 22 romanique $B^1$Z || 23 s. et *add.* *Thysius* iun. *del. Lipsius* || 26 quod X qui Z

ximum sextum 'iuniores' supraque eum annum
eres' appellasse.

am rem propterea notavi, ut discrimina, quae 2
int iudicio moribusque maiorum pueritiae, iuven-
senectae, ex ista censione Servi Tulli, prudentis-
regis, noscerentur.

## XXIX

particula 'atque' non complexiva tantum sit, sed vim
eat plusculam variamque.

'Atque' particula a grammaticis quidem coniunctio 1
dicitur conexiva. Et plerumque sane coniungit
a et conectit; sed interdum alias quasdam pote-
s habet non satis notas nisi in veterum littera-
tractatione atque cura exercitis. Nam et pro 2
erbio valet, cum dicimus 'aliter ego feci atque tu',
nificatur enim 'aliter quam tu', et, si gemina fiat,
et incenditque rem, de qua agitur, ut animadverti-
s in Q. Enni annalibus, nisi memoria in hoc
u labor *(519 M. 341 B.)*:

tque atque accedit muros Romana iuventus;

significationi contrarium est, quod itidem a vete- 3
s dictum est 'deque'.

Et praeterea pro alio quoque adverbio dicitur, id 4
'statim', quod in his Vergili versibus *** exi-

---

10 sqq. Non. XII p. 530, 3 — 15 l. l. Serv. pl. A. IV 424
K III 94, 10; 115, 15; 333, 6 — 23 sqq. l. l. Serv. pl. g. I 203
IV 424

---

3 notauit *ω praeter* X || 11 coniungitur BZ || 15 feci vel lo-
tus sum *Non.* || 16 significat γ || 17 intenditque B² || 19 *sq.* labat
que accedit Q laboratque acc. X¹ || 20 atque (*semel*) accendit
de ascendit *ibi σ*) *codd. Non.* || 24 statim] γB factum QZ |
*nam hic statuit Hertz* (*supplens* significatur, ubi) statim,
uod ego ideo adnoto,⟩ quod *Sk.* statim, factum (*rel. codd.*)
od in h. V. v. existimatur, ⟨ubi⟩ obscure ... posita est ego

atque illum in p

1 ista *om.* Q

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM

## LIBRI XX

POST MARTINVM HERTZ

EDIDIT

CAROLVS HOSIVS

VOLVMEN ALTERVM

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMIII



## A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER VNDECIMVS

## I

De origine vocabuli terrae Italiae; deque ea multa, quae 'suprema' appellatur deque eius nominis ratione ac de lege Aternia; et quibus verbis antiquitus multa minima dici solita sit.

Timaeus in historiis, quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit *(FHG I 195 M.)*, et M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum (X *fr. 1 Mi.)* terram Italiam de Graeco vocabulo appellatam scripserunt, quoniam boves Graeca vetere lingua ἰταλοὶ vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra gigni pascique solita sint complurima. 1

Coniectare autem possumus ob eandem causam, quod Italia tunc esset armentosissima, multam, quae appellatur 'suprema', institutam in dies singulos duarum ovium, boum triginta, pro copia scilicet boum proque ovium penuria. Sed cum eiusmodi multa pe- 2

6 sqq. Varro r. r. II 1, 9; 5, 3 Paul. p. 106, 7 Colum. VI pr. 7 Serv. pl. A. I 533 Gl. Reiff. 27 10 Varro l. l. V 19, 96 16 sqq. Fest. p. 213, 21; 237, 16 Paul. p. 144, 4 Dionys. Hal. X 50

4 paternia γ paterna B patīua Z ‖ 11 italoe ω | sint *Lion* sunt *om.* Z ‖ 16 sing. dies γ dies *del. Carrio* viros *Cuiacius* reos Gr.

[redacted]



coris armentique a magistratibus dicta erat, adigebantur boves ovesque alias pretii parvi, alias maioris, eaque res faciebat inaequalem multae poenitionem. Idcirco postea lege Aternia constituti sunt in oves
3 singulas aeris deni, in boves aeris centeni. 'Minima'
autem multa est ovis unius. 'Suprema' multa est eius numeri, cuius diximus, ultra quem multam dicere in dies singulos ius non est, et propterea 'suprema' appellatur, id est summa et maxima.

4 Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more maiorum multa dicitur vel minima vel suprema, observari solet, ut oves genere virili appellentur; atque ita M. Varro verba haec legitima, quibus minima multa diceretur, concepit *(XXIII fr. 2 Mi.)*: M. Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico; ac nisi eo genere diceretur, negaverunt iustam videri multam.

5 Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro in uno vicesimo rerum humanarum *(XXI fr. 1 Mi.)* non Latinum, sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum novicia κατὰ ἀντίφρασιν, ut quaedam alia, hoc quoque
6 dici tradiderunt. Cum autem usus et mos sermonum
is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sunt: 'multam dixit' et 'multa dicta est', non

---

4 Fest. p. 202, 11; 237, 19 Paul. p. 24, 12; 144, 5 12 sqq. Non. III p. 216, 25 Fest. p. 286, 18 Paul. p. 195, 5 19 sqq. Varro apud Fest. p. 142, 21 22 sq. Varro l. l. VII 3, 29 Fest. p. 326, 3 Strab. V 3, 1 p. 228; 4, 12 p. 250

---

1 adiebantur δ adiebant Q[2] adigebant X[2] addicebantur *Gr.* || 3 pensionem *Otho* || 4 paternia X || 5 (a)eris scient enim δ | 6 multa *alt.*] ita δ || 7 quam X | multa δ || 15 terentius (u *ex* a) X || 16 excitatus est eum ego unum *codd. Non.* || 20 undeuicesimo X[2] || 25 sermonum misit δ || 27 sint QBNOX[2]

abs re putavi notare, quod M. Cato aliter dixit. in quarto originum verba haec sunt *(fr. 82 P.)*: rator noster, si quis extra ordinem de- tum ivit, ei multam facit. Potest autem 7 consulta elegantia mutasse verbum, cum in et in exercitu multa fieret, non in comitio, nec pulum diceretur.

II

'elegantia' apud antiquiores non de amoeniore ingenio, de nitidiore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio batur.

legans' homo non dicebatur cum laude, set id 1 verbum ad aetatem M. Catonis vitii, non laudis Est namque hoc animadvertere cum in quibus- 2 aliis tum in libro Catonis, qui inscriptus est ien de moribus. Ex quo libro verba haec sunt *J. et B.)*: Avaritiam omnia vitia habere pu- nt: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, us qui habebatur, is laudabatur; ex quibus 3 apparet 'elegantem' dictum antiquitus non ab ii elegantia, sed qui nimis lecto amoenoque cultu que esset.

ostea 'elegans' reprehendi quidem desiit, sed laude 4 dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatis- Sic M. Tullius L. Crasso et Q. Scaevolae non m elegantiam, sed multa parsimonia mixtam laudi *(Brut. XL 148)*: Crassus inquit erat parcissi-

sqq. Gl. Reiff. 28  12 sqq. Non. VI p. 465, 10 (Donat. Eun. III 1, 18; 5, 18 CGL VI 380)  17 cfr. Otto, Sprichw. p. 51

abs] Q ab *ω* ‖ 5 uitasse NOX | cum magistris X ‖ 17 aua- ] Q *Non.* -tia *ω* | putant *Non.* ‖ 18 cuppes *Gr.* | vinosus ius ‖ 19 invidus *Gr.* incitus *Mdg.* inquinatus *LMueller* l. in X que *ω* | ⟨avarus⟩ laud. *LMueller* is audiebat *Baehrens* ‖ 21 l(a)eto *Π*X[1] ‖ 26 multam *ω* *corr.* O[2] oniam Q[2]O[1] | mixta BZNO*Π*

[redacted]



mus elegantium, Scaevola parcorum elegantissimus.

5 Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise commeminimus *(fr. 2 J. et B.)*: Vestiri inquit in foro honeste mos erat, domi, quod satis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poeticae artis honos non erat. Si quis in ea re studebat aut sese ad convivia adplicabat, 'crassator' vocabatur.
6 Illa quoque ex eodem libro praeclarae veritatis sententia est *(fr. 3 J. et B.)*: Nam vita inquit humana prope uti ferrum est. Si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen robigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio.

## III

Qualis quantaque sit 'pro' particulae varietas; deque exemplis eius varietatis.

1 Quando ab arbitriis negotiisque otium est et motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur, quaerere nonnumquam aput memet ipsum soleo res eiusmodi parvas quidem minutasque et hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda et ad scientiam linguae Latinae cumprimis necessarias: velut est, quod forte nuper in Praenestino recessu vespertina ambulatione solus ambulans considerabam, qualis quantaque esset particularum quarundam in oratione Latina varietas. Quod

---

6 Plin. IX 17, 67

---

8 quid $O\Pi^1$ qui $X^2$ | quis ei re *LMueller* | ludebat *Baehrens* || 13 se/// exerc. X in exerc. O || 20 arbitris ω *praeter* X || 21 nectamur $O^1\Pi X^1$ || 25 ad sciendam (asc. Q) δ *unde* ad sciendum *Lion* || 27 secessu *Juretus*

[redacted]



genus est praepositio 'pro'. Aliter enim dici videbam 2
'pontifices pro conlegio decrevisse', aliter 'quempiam
testem introductum pro testimonio dixisse', aliter M.
Catonem in originum quarto *(fr. 91 P.)*: proelium
factum depugnatumque pro castris scripsisse et
item in quinto *(fr. 96 P.)*: urbes insulasque omnis
pro agro Illyrio esse, aliter etiam dici 'pro aede
Castoris', aliter 'pro rostris', aliter 'pro tribunali',
aliter 'pro contione' atque aliter 'tribunum plebis pro
potestate intercessisse'. Sed has omnes dictiones qui 3
aut omnino similes et pares aut usquequaque diversas
existimaret, errare arbitrabar; nam varietatem istam
eiusdem quidem fontis et capitis, non eiusdem tamen
esse finis putabam. Quod profecto facile intelleget, 4
si quis adhibeat ad meditationem suam intentionem
et habeat veteris orationis usum atque notitiam celebriorem.

## IV

Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi aemulatus sit.

Euripidis versus sunt in Hecuba verbis, sen- 1
tentia, brevitate insignes inlustresque; Hecuba est ad 2
Vlixen dicens *(v. 293)*:

*τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν*
*νικᾷ· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν*
*κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.*

Hos versus Q. Ennius, cum eam tragoediam verteret, 3

---

1 sqq. Fest. p. 229, 4; 11 GLK I 234, 31; 414, 23 III 49, 5 VII 283, 3; 307, 18; 416, 23  7 l. l. Fest. p. 226, 3; 246, 33 (234, 10) GLK VII 417, 5; 501, 28

---

7 est esse δ | aliter — 8 tribunali *om.* δ || 12 nam *om.* δ || 13 eiusdemque q. OΠX | eiusdem *om.* δ | tam BZ || 19 erupidi OX euripidis $\Pi^1$ erupidie multatus δ || 21 breuitates δ || 23 KάKOC ω | TON ω || 24 NICά ΠX *πείθει* et *πείσει* codd. Eur.

[redacted]



non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt *(v. 165 R.*[3]*)*:

> haéc tu etsi pervérse dices, fácile Achivos fléxeris;
> nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
> éadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé valet.

4 Bene, sicuti dixi, Ennius; sed ignobiles tamen et opulenti *ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων* satisfacere sententiae non videntur; nam neque omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι*, neque omnes opulenti *εὐδοξοῦσιν*.

## V

De Pyrronis philosophis quaedam deque Academicis strictim notata; deque inter eos differentia.

1 Quos Pyrronios philosophos vocamus, hi Graeco
2 cognomento *σκεπτικοὶ* appellantur; id ferme significat
3 quasi 'quaesitores' et 'consideratores'. Nihil enim
decernunt, nihil constituunt, sed in quaerendo semper
considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum, de
4 quo decerni constituique possit. Ac ne videre quoque
plane quicquam neque audire sese putant, sed ita pati adficique, quasi videant vel audiant, eaque ipsa, quae adfectiones istas in sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint, cunctantur atque insistunt, omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis veri atque falsi ita inprensibilem videri aiunt, ut, quisquis homo

16 sqq. Diog. L. IX 11 (61)

3 Haec tametsi X || 5 cum opul. ω *corr. Porson* namque op. cum *Scaliger* | par. et *Π* || 7 d. atque eadem *Π* || 9 dixit B*Π* || 12 ἀΔΟξΟΥC ω *corr.* ς | neque — εὐδ.] ς *om.* ω || 14 philosophis] Q -phi ω || 16 p(h)yrr(h)onis *s.* pirr(h)onis ω *corr.* ς || 17 scepticoe N sceptic(a)e ω || 23 que *om.* Q || 26 uarietatemque *Π* || 27 inpres(s)ibilem δ inpensibilem γ *corr. Carrio*

[redacted]



est non praeceps neque iudicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiae istius Pyrronem esse usum tradunt: *οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐθετέρως.* Indicia enim rei cuiusque et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi, idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur. Super qua re Favorinus quoque 5
*(p. 88 Ma.)* subtilissime argutissimeque decem libros composuit, quos *Πυρρωνείων τρόπων* inscribit.

Vetus autem quaestio et a multis scriptoribus 6
Graecis tractata, an quid et quantum Pyrronios et Academicos philosophos intersit. Vtrique enim *σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ἀπορητικοὶ* dicuntur, quoniam utrique nihil adfirmant nihilque comprehendi putant. Sed ex omnibus rebus proinde visa dicunt fieri, quas *φαντασίας* appellant, non ut rerum ipsarum natura est, sed ut adfectio animi corporisve est eorum, ad quos ea visa perveniunt. Itaque omnes omnino res, 7
quae sensus hominum movent, *τῶν πρός τι* esse dicunt. Id verbum significat nihil esse quicquam, quod ex sese constet, nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri taliaque videri, qualis sit eorum species, dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur, non apud sese, unde profecta sunt. Cum haec autem 8
consimiliter tam Pyrronii dicant quam Academici, differre tamen inter sese et propter alia quaedam et

13 Diog. L. IX 11, 8 (69) 15 sq. XIX 1, 15 Cic. acad. I 11, 40 II 6, 18 Quint. VI 2, 29 XII 10, 6 Amm. XIV 11, 18 Macr. somn. I 3, 2; 7 CGL II 209, 54

2 philosophi **OΠX** ‖ 4 cuique **X** ‖ 8 subtilissimeque **OX** ‖ 9 quos *om.* **δ** | ΠΥΡΡΩΝΙΩΝ **ω** ‖ 11 inquit et (et *in* ē *corr.*) **O** inquit ē et **X** | ⟨inter⟩ Pyrr. *edd. vett.; mallem* Pyrr. ⟨inter⟩ ‖ 13 ΕΦΕΚΤΙΚΟΥ ἀΠΟΡΗΤΙΚΟΥ *fere* **OΠX** ΕΙΕΚΤΙΚΟΙ ΑΤΙΟΡΗΤΙΚΟΙ *fere* **BZ** ‖ 16 ut *om.* **γZ** ‖ 19 omnium **OX** ‖ 22 aliaque **δ** ‖ 23 uideri esse **γ** ‖ 24 cernantur *Sk.* ‖ 25 se secunde **BZ** ‖ 26 pyrronis (pirr.) **BZ**

[redacted]



vel maxime propterea existimati sunt, quod Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendi quasi comprehendunt et nihil posse decerni quasi decernunt, Pyrronii ne id quidem ullo pacto verum videri dicunt, quod nihil esse verum videtur.

## VI

Quod mulieres Romae per Herculem non iuraverint neque viri per Castorem.

1 In veteribus scriptis neque mulieres Romanae per
2 Herculem deiurant neque viri per Castorem. Sed cur
illae non iuraverint Herculem, non obscurum est, nam
3 Herculaneo sacrificio abstinent. Cur autem viri Ca-
storem iurantes non appellaverint, non facile dictu est.
Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos
quidem scriptores aut 'mehercle' feminam dicere aut
4 'mecastor' virum; 'edepol' autem, quod iusiurandum
per Pollucem est, et viro et feminae commune est.
5 Sed M. Varro *(p. 375 Bip.)* adseverat antiquissimos
viros neque per Castorem neque per Pollucem deiurare
solitos, sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum
6 ex initiis Eleusinis acceptum; paulatim tamen inscitia
antiquitatis viros dicere 'edepol' coepisse factumque
esse ita dicendi morem, sed 'mecastor' a viro dici in
nullo vetere scripto inveniri.

## VII

Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis minime utendum.

1 Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque aut
insolentibus novitatisque durae et inlepidae par esse
delictum videtur. Sed molestius equidem culpatiusque

9 sq. GLK I 198, 17 Donat. Ter. Andr. III 2, 6

4 facto *δ* || 11 per herc. *Π* || 12 ipsi uiri **Z** || 13 dictu] **N** dictum *ω* || 14 est inu. **Q** || 20 solito **BZ** || 21 tamen] cum **Z**

[redacted]



esse arbitror verba nova, incognita, inaudita dicere
quam involgata et sordentia. Nova autem videri dico 2
etiam ea, quae sunt inusitata et desita, etsi sunt ve-
tusta. Est adeo id vitium plerumque serae eruditionis, 3
quam Graeci ὀψιμαθίαν appellant, ut, quod numquam
didiceris, diu ignoraveris, cum id scire aliquando coe-
peris, magni facias quo in loco cumque et quacumque
in re dicere. Veluti Romae nobis praesentibus vetus
celebratusque homo in causis, sed repentina et quasi
tumultuaria doctrina praeditus, cum apud praefectum
urbi verba faceret et dicere vellet inopi quendam
miseroque victu vivere et furfureum panem esitare
vinumque eructum et fetidum potare, 'hic' inquit
'eques Romanus apludam edit et flocces bibit'. Aspe- 4
xerunt omnes, qui aderant, alius alium, primo tristio-
res turbato et requirente voltu, quidnam illud utrius-
que verbi foret; post deinde, quasi nescio quid Tusce
aut Gallice dixisset, universi riserunt. Legerat autem 5
ille apludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse
idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est, quae
Astraba (*v. 14 G.*) inscripta est, positum esse. Item 6
flocces audierat prisca voce significare vini faecem e
vinaceis expressam, sicuti fraces oleis, idque aput
Caecilium in Polumenis (*v. 190 R.*[3]) legerat, eaque
sibi duo verba ad orationum ornamenta servaverat.

Alter quoque a lectionibus id genus paucis apiro- 7
calus, cum adversarius causam differri postularet: 'rogo,

---

19 Non. II p. 69, 24 'apludas frumenti furfures dicunt rustici veteres. hoc in antiquis invenitur, quorum in dubio est auctoritas; quamquam et Plautus eqs.' Paul. p. 10, 14 CGL VI 80 (Plin. XVIII 10, 99) 22 Non. II p. 114, 14 CGL V 641, 71

---

2 uulgata *Π* || 3 tametsi *γ* | sint **Z** || 5 numq.] antequam *Casaubonus* || 11 urbis **Q** | inopia **O** || 14 aplude edit (-dae dd **B**) **QB** apludae dauit *fere ω corr.* **N**[2] || 15 primum **Z** || 16 et turb. (esturb. **B**) et **BZ** || 19 ille apud etiam **Q** | furfureum **Q**[1] -rum **O**[1] || 22 significari *δ* | e uini (*tum lac.* **Z**) expr. *δ* || 23 ⟨ex⟩ ol. *Hertz* || 27 aduersariis *ΠZ*

[redacted]



praetor,' inquit 'subveni, succurre! quonam usque nos
bovinator hic demoratur?' atque id voce magna ter
8 quaterve inclamavit: 'bovinator est'. Commurmuratio
fieri coepta est a plerisque, qui aderant, quasi mon-
9 strum verbi admirantibus. At ille iactans et gestiens:
'non enim Lucilium' inquit 'legistis, qui tergiversatorem bovinatorem dicit?' Est autem in Lucili XI. versus hic *(XI 27 M. 300 B.)*:

si tricosus bovinatorque ore improbus duro.

## VIII

Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino, qui homo Romanus Graeca oratione res Romanas venia sibi ante eius imperitiae petita composuit.

1 Iuste venusteque admodum reprehendisse dicitur
2 Aulum Albinum M. Cato. Albinus, qui cum
L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca
3 scriptitavit. In eius historiae principio *(fr. 1 P.)*
scriptum est ad hanc sententiam: neminem suscensere
sibi convenire, si quid in his libris parum composite
aut minus eleganter tum scriptum foret; 'nam sum'
inquit 'homo Romanus natus in Latio, Graeca oratio
a nobis alienissima est', ideoque veniam gratiamque
malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit.
4 Ea cum legisset M. Cato: 'Ne tu,' inquit 'Aule, ni-
mium nugator es, cum maluisti culpam deprecari,

6 sqq. Non. II p. 79, 26 CGL VI 150 (Paul. p. 30, 12) 14 sqq. Macr. pr. 13 Polyb. XXXIX 12 H. Plut. Cat. 12 apophth. Cat. 29 15 Cic. Brut. XXI 81

3 Cum (Tum X) murm. *ΠX* || 7 lucilii (XI. *om.* X) *ΠX* lucilio (XI. *om.*) *δ* || 8 *sq.* hic stric(h)osus *ω corr. Lachmann* hic: sit tr. *Dziatzko* hic sitricosus *Non.* hic: est tricosus *Sk.* 9 bouiatorque *codd. Non.* || 11 dixerit Q || 17 primo *Macr.* || 19 in illis *Macr.* || 20 tum *om.* *γ Macr.* conscriptum *Halm* || 21 romanus roma Q roma romanus B²Z | in *om.* Q | et eloquium Graecum a n. alienissimum *Macr.* || 23 erraticum Z || 24 Ea *Macr.* eam *ω*

[redacted]



quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut
cum inprudentes erravimus aut cum compulsi pecca-
vimus. † Tibi,' inquit 'oro te, quis perpulit, ut id
committeres, quod, priusquam faceres, peteres, ut igno-
sceretur?' Scriptum hoc est in libro Corneli Ne- 5
potis de inlustribus viris XIII. *(fr. 15 P.)*.

## IX

**Historia de legatis Mileti ac Demosthene rhetore in libris Critolai reperta.**

Critolaus *(FHG IV 373)* scripsit legatos Mileto 1
publicae rei causa venisse Athenas, fortasse an dixerit
auxilii petendi gratia. Tum qui pro sese verba face-
rent, quos visum erat advocavisse, advocatos, uti erat
mandatum, verba pro Milesiis ad populum fecisse,
Demosthenen Milesiorum postulatis acriter respon-
disse, neque Milesios auxilio dignos neque ex republica
id esse contendisse. Rem in posterum diem prolatam.
Legatos ad Demosthenen venisse magnoque opere
orasse, uti contra ne diceret; eum pecuniam petivisse
et, quantam petiverat, abstulisse. Postridie cum res
agi denuo coepta esset, Demosthenen lana multa
collum cervicesque circumvolutum ad populum prod-
isse et dixisse se synanchen pati; eo contra Milesios
loqui non quire. Tum e populo unum exclamasse
non synanchen, quod Demosthenes pateretur, sed
argyranchen esse.

Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus 2

---

10 sqq. Plut. Dem. 25 Pollux VII 104 27 sqq. vit. Demosth. p. 848 B. (= p. 289 West.)

---

2 aut cum noxam imperio compellentis admisimus *Macr.* || 3 te, i., oro quis *Macr.* Tu tibi (sc. veniam petis)? *Vogel; an* Dic, inquit? || 6 uiris] N²Π libris ω Π² | XIIII X *om.* δ || 8 milesiis (-sii a Π) dem. ω *corr. Mms.* Milesiis ac *Hertz* || 11 fort. — gratia *del. Hertz* dixerit *del. Scaliger* || 15 respondidisse δ || 20 Postr.] N post pridi(a)e ω

[redacted]



refert, non id postea concelavit, quin gloriae quoque hoc sibi adsignavit. Nam cum interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus 'talentum' respondisset: 'at ego plus' inquit 'accepi, ut tacerem'.

## X

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni, adtribuit; verbaque ipsius C. Gracchi relata.

1 Quod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam dissuasit, in De-
2 maden contulit verbis hisce *(ORF[2] p. 242)*: Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, etsi quaeritis, neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire. Omnes nos, qui verba facimus, aliquid petimus, neque ullius rei causa quisquam ad vos prodit, nisi ut aliquid auferat.
3 Ego ipse, qui aput vos verba facio, ut vectigalia vestra augeatis, quo facilius vestra commoda et rempublicam administrare possitis, non gratis prodeo; verum peto a vobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque
4 honorem. Qui prodeunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem a vobis, verum a Nicomede pecuniam; qui suadent, ut accipiatis, hi quoque petunt non a vobis bonam existimationem, verum a Mitridate rei familiari suae pretium et praemium; qui autem ex eodem loco atque ordine tacent, hi vel acerrimi sunt; nam ab omnibus pretium accipiunt et

3 auctorem **ΠX** | quanto **BZ** || 5 ac lego **B[1]Z** || 10 superiori **B[1]** || 12 auferam **Q[1]** aufegam **O[1]ΠX[1]** Saufeiam *Gr.* | 14 utier, si *Mdg.* | 25 suscipiatis **Π** || 28 rei] ei **Q** (**Z**) | familiaris *ω* *corr. Mdg.* | 30 tacent] *ς* placent *ω* pertacent *JGr.* | sacerrimi *Bernays* | 31 non **QZ** | praemium **Π**

[redacted]



nis fallunt. Vos, cum putatis eos ab his 5 ius remotos esse, inpertitis bonam existi- tionem; legationes autem a regibus, cum 6 itant eos sua causa reticere, sumptus atque cunias maximas praebent, item uti in terra raecia, quo in tempore Graecus tragoedus loriae sibi ducebat talentum magnum ob unam bulam datum esse, homo eloquentissimus vitatis suae Demades ei respondisse dicitur: Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum uaesisti? ego, ut tacerem, decem talenta a ge accepi.' Item nunc isti pretia maxima ob cendum accipiunt.

XI

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit 'mentiri' et 'mendacium dicere'.

Verba sunt ipsa haec P. Nigidii, hominis in 1
tudiis bonarum artium praecellentis, quem M. Cicero ngenii doctrinarumque nomine summe reveritus est fr. 49 Sw.): Inter mendacium dicere et mentiri istat. Qui mentitur, ipse non fallitur, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item hoc addidit: Qui mentitur, inquit fallit, 2
quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est. Item hoc quoque 3
uper eadem re dicit: Vir bonus inquit praestare debet, ne mentiatur, prudens, ne mendacium dicat; alterum incidit in hominem, alterum

---

17 sqq. Non. V p. 441, 11 Gl. Reiff. 29 (Isid. diff. 220; 381)

---

1 computatis O *ΠX* ‖ 2 inperitis *δ Π* ‖ 3 computant B O[1] *ΠX* | item uti] *δ* uti ut (ut *eras.* X) *γ* ‖ 6 Graecus *om.* *γ* ‖ 12 Item . Idem n. isti: pr.) *Seyffert* Idem *ω* | magna Z ‖ 18 artium *om.* *δ* | summe ueritatis B ‖ 21 non falsus *Non.* ‖ 27 d. et ne *Non.* ‖ indicet in homine *codd. Nonii*

[redacted]



4 non. Varie me hercule et lepide Nigidius tot sen-
tentias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret,
disparavit.

## XII

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

1 Chrysippus *(p. 254 Bag.)* ait omne verbum am-
biguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura
2 accipi possunt. Diodorus autem, cui Crono cogno-
mentum fuit: 'nullum' inquit 'verbum est ambiguum,
nec quisquam ambiguum dicit aut sentit, nec aliud
dici videri debet, quam quod se dicere sentit is, qui
3 dicit. At cum ego' inquit 'aliud sensi, tu aliud acce-
pisti, obscure magis dictum videri potest quam am-
bigue; ambigui enim verbi natura illa esse debuit, ut,
qui id diceret, duo vel plura diceret. Nemo autem
duo vel plura dicit, qui se sensit unum dicere.'

## XIII

Quid Titus Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimarit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

1 Apud Titum Castricium, disciplinae rhetoricae
doctorem, gravi atque firmo iudicio virum, legebatur
2 oratio C. Gracchi in P. Popilium. In eius orationis
principio conlocata verba sunt accuratius modulatius-
3 que, quam veterum oratorum consuetudo fert. Ea
verba sicuti dixi conposita haec sunt *(ORF$^2$ p. 238)*:
Quae vos cupide per hosce annos adpetistis at-
que voluistis, ea, si temere repudiaritis, abesse

8 Quint. VII 9, 1

1 pnigidius Q || 10 cirono *ς* || 14 sensisti (ti *ex* tis Z) al. *ς* || 17 quid dic. QNO$^1$X || 25 P. *om.* *ς* || 26 collata Q

ea potest, quin aut olim cupide adpetisse aut
nc temere repudiasse dicamini.
Cursus igitur hic et sonus rotundae volubilisque 4
ntentiae eximie nos et unice delectabat, tanto id
gis, quod iam tunc C. Graccho, viro inlustri et
ro, eiusmodi compositionem fuisse cordi videbamus.
enim, cum eadem ipsa verba saepius petentibus 5
is lectitarentur, admoniti a Castricio sumus, ut
sideraremus, quae vis quodve emolumentum eius
ntentiae foret, neque pateremur, ut aures nostrae
adentis apte orationis modis eblanditae animum quo-
e nobis voluptate inani perfunderent.
Cumque nos admonitione ista adtentiores fecisset:
picite' inquit 'penitus, quid efficiant verba haec,
atque mihi, quaeso, aliqui vestrum, an sit ulla
husce sententiae gravitas aut gratia: Quae vos
pide per hosce annos adpetistis atque volu-
tis, ea, si temere repudiaritis, abesse non
test, quin aut olim cupide adpetisse aut nunc
mere repudiasse dicamini. Cui enim omnium 6
minum in mentem non venit id profecto usu venire,
, quod cupide adpetieris, cupide adpetisse et, quod
mere repudiaveris, temere repudiasse dicaris? At si, 7
inor,' inquit 'ita scriptum esset: "Quae vos per hosce
nos adpetistis atque voluistis, ea nunc si repudia-
is, abesse non potest, quin aut olim cupide adpetisse
t nunc temere repudiasse dicamini", si ita' inquit 8
ceretur, gravior scilicet solidiorque fieret sententia
acciperet aliquid iustae in audiendo expectationis;
nc autem verba haec cupide et temere, in quibus 9
rbis omne momentum rei est, non in concludenda
ntentia tantum dicuntur, sed supra quoque nondum
siderata ponuntur, et quae nasci oririque ex ipsa
rei conceptione debebant, ante omnino, quam res po-

9 consideremus BZ || 14 quae faciant B qui deficiant Z ||
15 dicantque BZ | insit QBO[1] || 19 aut nunc] et quod Z

[redacted]



stulat, dicuntur. Nam qui ita dicit: 'si hoc feceris, cupide fecisse diceris', rem dicit sensus alicuius ratione conlectam et consertam; qui vero ita dicit: 'si cupide feceris, cupide fecisse diceris', non longe secus dicit, atque si diceret: 'si cupide feceris, cupide feceris'.

10 Haec ego' inquit 'admonui, non ut C. Gracche vitio darem — dii enim mentem meliorem mihi! nam, si quicquam in tam fortis facundiae viro vitii vel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas eius exhausit et vetustas consumpsit —, sed uti caveretis, ne vos facile praestringeret modulatus aliqui currentis facundiae sonitus atque ut vim ipsam rerum virtutemque verborum prius pensitaretis et, si quidem gravis atque integra et sincera sententia diceretur, tum, si ita videretur, gressibus quoque ipsis orationis et gestibus plauderetis, si vero frigidi et leves et futtiles sensus in verba apte numeroseque posita includerentur, non esse id secus crederetis, quam cum homines insigni deformitate ac facie deridicula imitantur histriones et gestiunt.

## XIV

Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio circa vini usum.

1 Simplicissima suavitate et rei et orationis L. Piso Frugi usus est in primo annali, cum de Romuli
2 regis vita atque victu scriberet. Ea verba, quae scripsit, haec sunt *(fr. 8 P.)*: Eundem Romulum dicunt ad cenam vocatum ibi non multum bi-

6 (Non. I p. 39, 19 'lectum est autem et 'vitium dare' . . sed hoc in incertae auctoritatis scriptoribus invenitur')

3 consertam] Q consectam Z confectam *ω* ‖ 6 uitium ς (*Non.*) ‖ 10 consumit Z ‖ 11 perstringeret B *Π* | aliquis QO² ‖ 12 uim in (Q¹?) B | iparum Z ‖ 13 pensitare Q -ita B ‖ 14 dicere *δ* | cum si i. uidetur sensibus X ‖ 15 oratoris *Eussner* ‖ 19 ad facienda ridicula *ω* *corr. mg. cod. Thys.* ‖ 22 *lemma om. ω add.* X² ‖ 24 de *om.* O¹ *Π*X ‖ 25 uitam a. uictum *Π* uictus X²

[redacted]



se, quia postridie negotium haberet. Ei ant: 'Romule, si istud omnes homines faciant, am vilius sit'. His respondit: 'immo vero am, si, quantum quisque volet, bibat; nam bibi, quantum volui'.

## XV

'ludibundo' et 'errabundo' atque id genus verborum prouctionibus; et quod Laberius sic 'amorabundam' dixit, ut itur 'ludibunda' et 'errabunda'; atque inibi, quod Sisenna r huiuscemodi verbum nova figura usus est.

1 Laberius in Lacu Averno mulierem amantem bo inusitatius ficto (*v. 57 R.*[3]) amorabundam dixit.
2 verbum Caesellius Vindex in commentario tionum antiquarum ea figura scriptum dixit, 'ludibunda' et 'ridibunda' et 'errabunda' dicitur ens et ridens et errans.
3 Terentius autem Scau-, divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobiimus, inter alia, quae de Caeselli erroribus conuit, in hoc quoque verbo errasse eum scripsit (*fr.* K), quod idem esse putaverit 'ludens' et 'ludibunda', ens' et 'ridibunda', 'errans' et 'errabunda'. Nam dibunda' inquit et 'ridibunda' et 'errabunda' dicitur, quae ludentem vel ridentem vel ertem agit aut simulat.
4 Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Caellium in eo reprehenderet, non hercle reperiebamus. n est enim dubium, quin haec genere ipso dumat idem significent, quod ea demonstrant, a quibus

15 Serv. pl. ecl. VI 58 Non. II 103, 10 = CGL V 640, 71 sqq. GLK I 402, 30 II 137, 16 (Serv. A. VI 732 X 341 Isid. 181 CGL IV 366, 13)

2 istuc γZ || 3 Is X || 4 quis O | bibit n. e. bibam (bi *ss.*) X | electionum δ | ea] QZ ex ω ex ea Q² | dictum scripsit *JGr.* || et rid.] *Π om.* ω || 18 alia] Z illa ω

[redacted]



producuntur. Quid esset autem ludentem agere vel imitari, non intellegere videri maluimus quam insimulare eum tamquam ipsum minus intellegentem.

5 Quin magis Scaurum oportuit commentaria Caeselli criminantem hoc ab eo praeteritum requirere, quod non dixerit, an quid et quantulum differret a 'ludibundo' 'ludens' et 'ridibundo' 'ridens' et 'errabundo' 'errans' ceteraque, quae horum sunt similia, an a principalibus verbis paulum aliquid distarent, et quam omnino vim haberet particula haec extrema eiusmodi

6 vocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figurae tractatu, sicuti requiri solet in 'vinulento' et 'lutulento' et 'turbulento', vacuane et inanis sit istaec productio, cuiusmodi sunt, quae *παραγωγὰς* Graeci dicunt, an extrema illa particula habeat aliquid suae propriae significationis.

7 Cum reprehensionem autem illam Scauri notaremus, in memoriam nobis rediit, quod Sisenna in quarto historiarum *(fr. 55 P.)* eiusdem figurae verbo ita usus est. Populabundus inquit agros ad oppidum pervenit, quod scilicet significat 'cum agros popularetur', non, ut Scaurus in consimilibus verbis ait, 'cum populantem ageret' vel 'cum imitaretur'.

8 Sed inquirentibus nobis, quaenam ratio et origo esset huiuscemodi figurae 'populabundus' et 'errabundus' et 'laetabundus' et 'ludibundus' multorumque aliorum id genus verborum, *εὐεπιβόλως* hercle Apollinaris noster videri sibi ait particulam istam postremam, in quam verba talia exeunt, vim et copiam et

---

18 Non. VII p. 471, 28 'Sisenna hist. lib. IV: protinus agros populabundos ad Nuceriam ('Numeriam' codd.) convertit'

---

6 differet **NOX**[1] -erre **Z** || 7 et rid. rid.] **X** *om.* **ω** || 8 que *om.* **Q**[1] quae *om. rell.* | sunt *om.* **NOΠ** || 13 et lut. *om.* **δ** | 14 istec **N** ista et **δ** ista haec **OΠX** | ΠΑΡΑΤΩΓΑ **BZ** || 26 multorum (et m. **Q**[2]) **Q** || 28 extremam **Π**

[redacted]



quasi abundantiam rei, cuius id verbum esset, demonstrare, ut 'laetabundus' is dicatur, qui abunde laetus sit, et 'errabundus', qui longo atque abundanti errore sit, ceteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio haec et extremitas largam et fluentem vim et copiam declararet.

## XVI

**Quod Graecorum verborum quorundam difficillima est in Latinam linguam mutatio, velut quod Graece dicitur πολυπραγμοσύνη.**

Adiecimus saepe animum ad vocabula rerum non 1
paucissima, quae neque singulis verbis, ut a Graecis,
neque, si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam
dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione
possunt, quam Graeci ea dicunt privis vocibus. Nuper 2
etiam cum adlatus esset ad nos Plutarchi liber et
eius libri indicem legissemus, qui erat περὶ πολυπραγμοσύνης, percontanti cuipiam, qui et litterarum
et vocum Graecarum expers fuit, cuiusnam liber et
qua de re scriptus esset, nomen quidem scriptoris
statim diximus, rem, de qua scriptum fuit, dicturi
haesimus. Ac tum quidem primo, quia non satis 3
commode opinabar interpretaturum esse, si dicerem
librum scriptum 'de negotiositate', aliud institui aput
me exquirere, quod, ut dicitur, verbum de verbo expressum esset. Nihil erat prorsus, quod aut memi- 4
nissem legere me aut, si etiam vellem fingere, quod
non insigniter asperum absurdumque esset, si ex multitudine et negotio verbum unum compingerem, sicuti

---

25 Ter. Ad. prol. 11, cfr. Otto, Sprichw. p. 367

---

1 esset et BZ | demonstraret ut O[1] *Π* ‖ 3 sit] est B[1] ‖ 5 afluentem *Eussner* ‖ 6 declaret B ‖ 9 ΠΟΝΠΡΑΧΜѠCYNE BZ *om.* *ω* ‖ 15 prius *δ* ‖ 16 ablatus Q[1] | fuisset *Π* ‖ 21 scriptus *JGr.* ‖ 23 interpretatorum BZ | ⟨me⟩ esse *Hertz* ‖ 28 ⟨velut⟩ si *Sk.*

[redacted]



'multiiuga' dicimus et 'multicolora' et 'multiformia'.
5 Sed non minus inlepide ita diceretur, quam si interpretari voce una velis πολυφιλίαν aut πολυτροπίαν
6 aut πολυσαρκίαν. Quamobrem, cum diutule tacitus in cogitando fuissem, respondi tandem non videri mihi significari eam rem posse uno nomine et idcirco iuncta oratione, quid vellet Graecum id verbum, pararam dicere.

'Ad multas igitur res adgressio earumque omnium rerum actio πολυπραγμοσύνη' inquam 'Graece dicitur, de qua hunc librum conpositum esse inscriptio ista
7 indicat.' Tum ille opicus verbis meis inchoatis et inconditis adductus virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus: 'hortatur' inquit 'nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia capessenda et ad res obeundas plurimas cum industria et celeritate nomenque ipsius virtutis, de qua locuturus esset, libro ipsi, sicuti
8 dicis, non incommode praescripsit.' 'Minime' inquam 'vero; neque enim ista omnino virtus est, cuius Graeco nomine argumentum hoc libri demonstratur, neque id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio aut Plutarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro, quam potest maxime, a varia promiscaque et non necessaria rerum cuiuscemodi plurimarum et cogi-
9 tatione et petitione. Sed huius' inquam 'tui erroris culpam esse intellego in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Graecis perfectissime verbo uno et planissime dicitur.'

4 Macr. VII 11, 3

4 ΠΟΛΥϹΑΡΤΔΚΙΔΝ BZ || 6 et *om.* Q | 7 parabam *Sk.* || 14 ratus *Btl.* iratus QZ Tratus B *om.* γ | orator B | nos] *om.* O uos δ || 15 ad resoluendas B || 20 argumento (Q) BZ | 23 a uaria] ς auaritia (s. -cia) ω || 24 cuicemodi X[1] eiuscemodi ς

[redacted]



## XVII

**Quid significet in veteribus praetorum edictis: 'qui flumina retanda publice redempta habent'.**

Edicta veterum praetorum sedentibus forte 1
nobis in bibliotheca templi Traiani et aliud quid
quaerentibus cum in manus incidissent, legere atque
cognoscere libitum est. Tum in quodam edicto 2
antiquiore ita scriptum invenimus: Qui flumina
retanda publice redempta habent, si quis eorum
ad me eductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex
lege locationis facere oportuerit, non fecisse.
Retanda igitur quid esset, quaerebatur. 3
Dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus 4
in libro se Gavi de origine vocabulorum VII.
*(fr. 7 L.)* legisse 'retas' vocari arbores, quae aut ripis
fluminum eminerent aut in alveis eorum extarent,
appellatasque esse a retibus, quod praetereuntes naves
inpedirent et quasi inretirent; idcircoque sese arbitrari
'retanda' flumina locari solita esse, id est purganda,
ne quid aut morae aut periculi navibus in ea virgulta
incidentibus fieret.

## XVIII

**Qua poena Draco Atheniensis in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures adfecerit, et qua postea Solon, et qua item decemviri nostri, qui duodecim tabulas scripserunt; atque inibi adscriptum, quod aput Aegyptios furta licita et permissa sunt, aput Lacedaemonios autem cum studio quoque adfectata et pro exercitio utili celebrata; ac praeterea M. Catonis de poeniendis furtis digna memoria sententia.**

Draco Atheniensis vir bonus multaque esse pruden- 1
tia existimatus est iurisque divini et humani peritus

---

15 Fest. p. 273, 34

---

2 qui *Carrio* quod *ω* ‖ 3 reptanda *ω corr.* *Π*[2] ‖ 5 qui **X** ‖ 6 requirentibus *γ* ‖ 10 fuerat **BZ** ‖ 12 reptanda **Z** ‖ 14 gaii **Q**[2] gabii *Π* | VII. *om.* *δ* ‖ 15 refertas *δ* | aut *om.* **B** aut ex **NO***Π***X**[2] ‖ 18 esse *δ* ‖ 19 uocari **Q** lotam *ex* rotam **Z** ‖ 24 et *alt.*] ei **Q**[1]**BZ** ‖ 29 **M.** *om.* *δ*

2 fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterent
3 primus omnium tulit. In illis legibus furem cu
modicumque furti supplicio capitis poeniendum
4 et alia pleraque nimis severe censuit sanxitque. I
igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbi
non decreto iussoque, set tacito inlitteratoque A
5 niensium consensu oblitteratae sunt. Postea leg
aliis mitioribus a Solone compositis usi sunt. Is So
e septem illis inclutis sapientibus fuit. Is sua l
in fures non, ut Draco antea, mortis, sed dupli po
vindicandum existimavit.

6 Decemviri autem nostri, qui post reges exac
leges, quibus populus Romanus uteretur, in XII ta
lis scripserunt, neque pari severitate in poeniendis o
nium generum furibus neque remissa nimis leni
7 usi sunt. Nam (*VIII 13 sqq.*) furem, qui manif
furto prensus esset, tum demum occidi permiseru
si aut, cum faceret furtum, nox esset, aut inter
8 telo se, cum prenderetur, defenderet. Ex ceteris aut
manifestis furibus liberos verberari addicique iusser
ei, cui furtum factum esset, si modo id luci fecis
neque se telo defendissent; servos item furti manif
prensos verberibus adfici et e saxo praecipitari, 
pueros inpuberes praetoris arbitratu verberari voluer
9 noxiamque ab his factam sarciri. Ea quoque fu
quae per lancem liciumque concepta essent, proi
ac si manifesta forent, vindicaverunt.

2 Plut. Solon. 17 12 sqq. Gai. III 183 sqq. Paul. s
II 31 Inst. IV 1 Dig. XLVII 2 Leg. coll. 7 (Non. IV p. 310.
16 sqq. l. l. XX 1, 7 Cic. pro Tull. 47 sqq. pro Mil. III 9 Qu
V 10, 88: 14, 18 VII 6, 8 Dig. IX 2, 4, 1 19 sqq. l. l. (
IV 111 26 l. l. (Paul. p. 117, 2)

2 furum **OX** || 5 itaque *Π* || 8 a solonibus **X** || 10 du
**Q**[2] *Π***X**[2] || 14 puniendis itaque omnium *δ* *unde* aeque (*prae*
*rim* adaeque o. *Schoell* utique o. *HJMueller* || 16 *malim* (
man. *vel* manifesti furti || 21 modum **OX** nondum **X**[2] | lucri
25 noxamque **QB**

[redacted]



Sed nunc a lege illa decemvirali discessum est. 10
Nam si qui super manifesto furto iure et ordine ex-
periri velit, actio in quadruplum datur. Manifestum 11
autem furtum est, ut ait Masurius *(fr. 7 H. iur. civ.*
*126 Br.)*, quod deprehenditur, dum fit. Faciendi
finis est, cum perlatum est, quo ferri coeperat.
Furti concepti, item oblati, tripli poena est. 12
Sed quod sit 'oblatum', quod 'conceptum' et plera-
que alia ad eam rem ex egregiis veterum moribus
accepta neque inutilia cognitu neque iniucunda, qui
legere volet, inveniet Sabini librum, cui titulus est
de furtis. In quo *(fr. 7 H. 3—5 Br.)* id quoque scrip- 13
tum est, quod volgo inopinatum est, non hominum
tantum neque rerum moventium, quae auferri occulte
et subripi possunt, sed fundi quoque et aedium fieri
furtum; condemnatum quoque furti colonum, qui fundo,
quem conduxerat, vendito possessione eius dominum
intervertisset. Atque id etiam, quod magis inopinabile 14
est, Sabinus dicit furem esse hominis iudicatum, qui,
cum fugitivus praeter oculos forte domini iret, obtentu
togae tamquam se amiciens, ne videretur a domino,
obstitisset.
Aliis deinde furtis omnibus, quae *(VIII 16)* 'nec 15
manifesta' appellantur, poenam imposuerunt dupli. Id 16
etiam memini legere me in libro Aristonis iurecon-
sulti, hautquaquam indocti viri, *(fr. 1 H. II 2 p. 393 Br.)*
aput veteres Aegyptios, quod genus hominum constat
et in artibus reperiendis sollertes extitisse et in cogni-
tione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita
et inpunita.

---

1 sqq. l. l. Gai. IV 111; 173 Serv. A. VIII 205 14 sqq. Gai. II 51 Dig. XLI 3, 38 27 Diod. I 80

---

1 decessum (dic. Q) QZ || 2 quis O || 6 est *alt. om.* BZ || 7 triplici Q || 9 eam] eandem B || 14 quo O[1]X[2] | offerri ΠX efferri O[1] | 20 fugitibus ω *praeter* Q || 22 abstitisset δ || 28 cogitatione δ || 30 poenita N

[redacted]



17 Aput Lacedaemonios quoque, sobrios illos et acres
viros, cuius rei non adeo ut Aegyptiis fides longinqua
est, non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus
legibusque eorum memorias condiderunt, ius atque
usum fuisse furandi dicunt, idque a iuventute
eorum non ad turpia lucra neque ad sumptum libidini
praebendum comparandamve opulentiam, sed pro exercitio
disciplinaque rei bellicae factitatum, quod et
furandi sollertia et adsuetudo acueret firmaretque animos
adulescentium et ad insidiarum astus et ad vigilandi
tolerantiam et ad obrependi celeritatem.
18 Sed enim M. Cato in oratione, quam de praeda
militibus dividenda scripsit, vehementibus et inlustribus
verbis de inpunitate peculatus atque licentia
conqueritur. Ea verba, quoniam nobis inpense placuerant,
adscripsimus *(LXX 1 J.)*: Fures inquit privatorum
furtorum in nervo atque in compedibus
aetatem agunt, fures publici in auro atque in
purpura.
19 Quam caste autem ac religiose a prudentissimis
viris, quid esset 'furtum', definitum sit, praetereundum
non puto, ne quis eum solum esse furem putet, qui
20 occulte tollit aut clam subripit. Verba sunt Sabini
ex libro iuris civilis secundo *(fr. 2 H. 113 Br.)*:
Qui alienam rem adtrectavit, cum id se invito
domino facere iudicare deberet, furti tenetur.
21 Item alio capite *(fr. 3 H. 119 Br.)*: Qui alienum tacens
lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur,
sive scit, cuius sit, sive nescit.
22 Haec quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus

---

27 Dig. XLVII 2, 43, 4

---

2 aegyptiorum $X^2$ || 6 ad *prius*] ob O ΠX || 7 exercitioque $X^1$ | 8 et] $N^2X$ ex ω ea *Mdg.* haec *Hertz* || 10 et *om.* Q | ad *om.* BZ astus] O (?) actus ω || 11 ad obr.] δ ob rependi N $O^2$ ob repetendi O ΠX || 15 placuerunt OX || 18 publice X *unde* rei publicae *Boot* || 20 prudentibus B || 27 al. quid iacens *Dig.* || 30 que Z

it de rebus furti faciendi causa adtrectatis. Sed 23
nisse debemus secundum ea, quae supra scripsi,
a sine ulla quoque adtrectatione fieri posse sola
atque animo, ut furtum fiat, adnitente. Quo- 24
ne id quidem Sabinus *(fr. 4 H. 127 Br.)* dubi-
e ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui
suo, uti furtum faceret, imperavit.

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER DVODECIMVS

## I

Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili feminae, uti liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

1 Nuntiatum quondam est Favorino philosopho nobis praesentibus uxorem auditoris sectatorisque sui paululum ante enixam auctumque eum esse nato filio.
2 'Eamus' inquit 'et puerum visum et patri gratulatum.'
3 Is erat loci senatorii ex familia nobiliore. Imus una, qui tum aderamus, prosecutique eum sumus ad domum,
4 quo pergebat, et cum eo simul introgressi sumus. Tum in primis aedibus complexus hominem congratulatusque adsedit. Atque ubi percontatus est, quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent, puellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit, fabulari instituit prolixius et: 'nihil' inquit
5 'dubito, quin filium lacte suo nutritura sit.' Sed cum mater puellae parcendum esse ei diceret adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo tulisset, munus quoque nutricationis grave ac difficile

3 habitarum **BZ** aliarum **Q** ‖ 4 sibi suo *δ* sibi *om.* *Π* ‖ 8 puer̂ /// /// **Q** puer $X^1$ puerperam **NO** *Π* ‖ 9 Is enim *Π* ‖ 13 ubi] *Π* *om.* **N** ibi *ω* ‖ 17 cum *om.* *δ* ‖ 20 minus $B^1ZX^1$

[redacted]



accederet, 'oro te,' inquit 'mulier, sine eam totam inte-
gram matrem esse filii sui. Quod est enim hoc contra 6
naturam inperfectum atque dimidiatum matris genus
peperisse ac statim a sese abiecisse? aluisse in utero
sanguine suo nescio quid, quod non videret, non alere
nunc suo lacte, quod videat, iam viventem, iam hominem,
iam matris officia inplorantem? An tu quoque' inquit 7
'putas naturam feminis mammarum ubera quasi quos-
dam venustiores naevulos non liberum alendorum, sed
ornandi pectoris causa dedisse? Sic enim, quod a 8
vobis scilicet abest, pleraeque istae prodigiosae mulieres
fontem illum sanctissimum corporis, generis humani
educatorem, arefacere et extinguere cum periculo quo-
que aversi corruptique lactis laborant, tamquam pulcri-
tudinis sibi insignia devenustet, quod quidem faciunt
eadem vecordia, qua quibusdam commenticiis fraudibus
nituntur, ut fetus quoque ipsi in corpore suo concepti
aboriantur, ne aequor illud ventris inrugetur ac de
gravitate oneris et labore partus fatiscat. Quod cum 9
sit publica detestatione communique odio dignum in
ipsis hominem primordiis, dum fingitur, dum anima-
tur, inter ipsas artificis naturae manus interfectum ire,
quantulum hinc abest iam perfectum, iam genitum,
iam filium proprii atque consueti atque cogniti san-
guinis alimonia privare?
"Sed nihil interest," — hoc enim dicitur — "dum 10
alatur et vivat, cuius id lacte fiat." Cur igitur iste, qui 11
hoc dicit, si in capessendis naturae sensibus tam obsur-
duit, non id quoque nihil interesse putat, cuius in cor-

18 Ov. am. II 14, 7 22 Ov. m. XV 218

1 accideret δ ‖ 8 libera **BZ** ‖ 9 torulos *Stephanus* ‖ 12 frontem **X**[1] fecerunt **Q** (**B**) *om.* **Z** | sanctissimi ω *corr.* ς ‖ 13 per.] p (*lacuna rel.* **B**) **QB** *om. lac. rel.* **Z** ‖ 15 deueniunt **Q** de'mit (tat *ss.*) **B** de (*lac. rel.*) **Z** ‖ 17 contempti **Z** ‖ 18 abortiantur **B** | necor **QB** uecor **Z** | ac ne *Mdg.* ‖ 23 hinc ad bestiam **B**[1] ‖ 27 et cuius **BZ** ‖ 28 obsorduit (-buit **Z**) **BZ**

pore cuiusque ex sanguine concretus homo et coalitus
12 sit? an quia spiritu multo et calore exalbuit, non idem
13 sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? nonne
hac quoque in re sollertia naturae evidens est, quod,
postquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne
corpus hominis finxit, adventante iam partus tempore
in supernas se partis perfert, ad fovenda vitae atque
lucis rudimenta praesto est et recens natis notum et
14 familiarem victum offert? Quamobrem non frustra
creditum est, sicuti valeat ad fingendas corporis atque
animi similitudines vis et natura seminis, non secus
ad eandem rem lactis quoque ingenia et proprietates
15 valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animadversum. Nam si ovium lacte
haedi aut caprarum agni alantur, constat ferme in his
lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem.
16 In arboribus etiam et frugibus maior plerumque vis
et potestas est ad earum indolem vel detrectandam
vel augendam aquarum atque terrarum, quae alunt,
quam ipsius, quod iacitur, seminis, ac saepe videas
arborem laetam et nitentem in locum alium transpo-
17 sitam deterioris terrae suco deperisse. Quae, malum,
igitur ratio est nobilitatem istam nati modo hominis
corpusque et animum bene ingeniatis primordiis inchoatum insitivo degenerique alimento lactis alieni
corrumpere? praesertim si ista, quam ad praebendum
lactem adhibebitis, aut serva aut servilis est et, ut
plerumque solet, externae et barbarae nationis est, si
inproba, si informis, si inpudica, si temulenta est;
nam plerumque sine discrimine, quaecumque id tem-
18 poris lactans est, adhiberi solet. Patiemurne igitur

3 sqq. Macr. V 11, 14 sqq. 22 sq. XIII 12, 8 XV 31, 4
Cic. off. II 15, 53 Liv. V 54, 6 24 Plaut. Mil. 781

1 quo alitus ς || 5 penetrabilibus **Z** || 6 effinxit atque aluit *Macr.* || 7 profert **BO*Π*X** | et ad **QZ** || 27 lac tunc **N**$^2$ lacte *Ritschl* || 30 pleraque **X**$^1$ || 31 lactens **ZONX**

[redacted]



infantem hunc nostrum pernicioso contagio infici et
spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex
corpore et animo deterrimo? Id hercle ipsum est, 19
quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus
neque animis similes existere. Scite igitur et perite 20
noster Maro, quod, cum versus illos Homeri *(Il. XVI 33)* consectaretur:

*οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,*
*οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα*
*πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής,*

non partionem solam tamquam ille, quem sequebatur, sed alituram quoque feram et saevam criminatus est; addidit enim hoc de suo *(A. IV 367)*:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis et natura lactis tenet, quae iam a principio imbuta paterni seminis concretione ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.

Et praeter haec autem, quis illud etiam neglegere 21
aspernarique possit, quod, quae partus suos deserunt
ablegantque a sese et aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt aut certe
quidem diluunt deteruntque? Nam ubi infantis alior- 22
sum dati facta ex oculis amolitiost, vigor ille maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur, omnis-

---

1 et *om.* Q || 8 consectaret *Π* || 9 *νηλεὲς οὐκ* *Macr.* || 12 *ἐστὶν*] ΕΤ BZ ΕΠΝ N*Π*X || 13 partitionem O[1]*Π*X[1] | sicut ille *Macr.* || 16 hyrcan(a)e (a)eque ZO*Π* || 17 q. scilicet Q || 18 nutricis ing. *Macr.* | naturam δ || 19 imbutam *Mdg.* || 21 configurant *Π* || 23 deserant Q || 24 ded'unt Q || 26 naturam X | consociant O*Π*Z sociant X || 27 deseruntque B || 29 restringuitur Z

[redacted]



que inpatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit, neque multo minor amendati ad nutricem aliam filii
23 quam morte amissi obliviost. Ipsius quoque infantis adfectio animi, amoris, consuetudinis in ea sola, unde alitur, occupatur et proinde, ut in expositis usu venit, matris, quae genuit, neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea oblitteratis et abolitis nativae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis et opinabilis.'

24 Haec Favorinum dicentem audivi Graeca oratione. Cuius sententias communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, rettuli, amoenitates vero et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quadam indipisci potuerit, mea tenuitas nequaquam.

## II

Quod Annaeus Seneca iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio levi futtilique iudicio fuit.

1 De Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore minime utili, cuius libros adtingere nullum pretium operae sit, quod oratio eius vulgaria videatur et protrita, res atque sententiae aut inepto inanique impetu sint aut levi et quasi dicaci argutia, eruditio autem vernacula et plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse non infitias

20 sqq. Fronto p. 155 sq.; 224 N. 26 sqq. Quint. X 1, 128 sqq.

2 amendatio O[1] commendati **X** a commendati **QZB**[2] || 4 amoris consuetudine *Eussner* || 10 iciuilis **Z** | inopinabilis **QZ** | 16 quaedam ω *corr. Eussner* quidem σ || 22 uulgarias **BZ** uulgaris ω *corr. JGr.* || 23 protracta (ct *ex* t) **Q** || 24 aut σ aut ut ω | q. dicacis **X** causidicali *Vogel* | argutie **BZ**

[redacted]



eunt, sed et rerum, quas dicat, scientiam doctrinam-
que ei non deesse dicunt et in vitiis morum obiur-
gandis severitatem gravitatemque non invenustam.
Mihi de omni eius ingenio deque omni scripto iudi- 2
cium censuramque facere non necessum est; sed quod
de M. Cicerone et Q. Ennio et P. Vergilio iudi-
cavit, ea res cuiusmodi sit, ad considerandum ponemus.
In libro enim vicesimo secundo epistularum 3
moralium, quas ad Lucilium conposuit *(p. 6C0 sq. H.)*,
deridiculos versus Q. Ennium de Cetego antiquo viro
fecisse hos dicit *(351 M. 222 B.)*:

is dictust ollis popularibus olim,
qui tum vivebant homines atque aevum agi-
tabant,
flos delibatus populi Suada⟨eque⟩ medulla.

Ac deinde scripsit de isdem versibus verba haec: Ad- 4
miror eloquentissimos viros et deditos Ennio
pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe
inter bonos eius versus et hos refert. Atque id 5
etiam de Cicerone dicit: Non miror inquit fuisse,
qui hos versus scriberet, cum fuerit, qui lau-
daret; nisi forte Cicero summus orator agebat
causam suam et volebat hos versus videri bo-
nos. Postea hoc etiam addidit insulsissime: Aput 6
ipsum quoque inquit Ciceronem invenies etiam
in prosa oratione quaedam, ex quibus intelle-
gas illum non perdidisse operam, quod Ennium
legit. Ponit deinde, quae apud Ciceronem repre- 7
hendat quasi Enniana, quod ita scripserit in libris
de republica *(V 9, 11)*: ut Menelao Laconi quae-

---

1 dicat] asserit *Π* ‖ 6 marco OQX ‖ 7 cuimodi *γ*Z ‖ 12 dictus tollis (tolleres X) *ω* dictus *Cic. Brut. XV 58* ‖ 13 agebant *codd. Cic.* ‖ 15 Suadaeque *Cic. l. l.* (*Cat. XIV 50 Quint. II 15, 4*) suada *ω* ‖ 16 scribit *γ* ‖ 17 sed *Sk.* ‖ 23 et] cum *Haase; fortasse post* bonos *excidit* et suos; suos *pro* hos *Sk.* ‖ 29 qui ita scripserat X ‖ 30 de re pro menelao Q libro de re p. V: Menelao Sk.

[redacted]



dam fuit suaviloquens iucunditas, et quod alio
in loco dixerit *(ibd.)*: breviloquentiam in dicendo
8 colat. Atque ibi homo nugator Ciceronis errores
deprecatur et: non fuit inquit Ciceronis hoc vitium,
sed temporis; necesse erat haec dici, cum illa
9 legerentur. Deinde adscribit Ciceronem haec ipsa
interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lascivae
orationis et nitidae.

10 De Vergilio quoque eodem in loco verba haec
ponit: Vergilius quoque noster non ex alia causa
duros quosdam versus et enormes et aliquid
supra mensuram trahentis interposuit, quam
ut Ennianus populus adgnosceret in novo carmine aliquid antiquitatis.

11 Sed iam verborum Senecae piget; haec tamen
inepti et insubidi hominis ioca non praeteribo: Quidam sunt inquit tam magni sensus Q. Ennii,
ut, licet scripti sint inter hircosos, possint
tamen inter unguentatos placere; et, cum reprehendisset versus, quos supra de Cetego posuimus: qui
huiuscemodi inquit versus amant, liqueat tibi
eosdem admirari et Soterici lectos.

12 Dignus sane Seneca videatur lectione ac studio
adulescentium, qui honorem coloremque veteris orationis Soterici lectis compararit quasi minimae scilicet
13 gratiae et relictis iam contemptisque. Audias tamen
commemorari ac referri pauca quaedam, quae idem
ipse Seneca bene dixerit, quale est illud, quod in
hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem
dixit: Quid enim refert, quantum habeas? multo
14 illud plus est, quod non habes. Benene hoc?
bene sane; sed adulescentium indolem non tam iuvant,
quae bene dicta sunt, quam inficiunt, quae pessime,

18 ut *om.* δ || 19 tamen ⟨et⟩ *Hense* | reprehendissent **BZ** ||
21 liqueant δ**X** | sibi ω *corr. Gr.* || 23 Indignus *Sk.* | sane *om.* δ ||
31 Benene] **B** bene neque **Z** bene ω || 32 bene sane] **B** sane bene ω ||
33 pess.] sepissime δ

[redacted]



multoque tanto magis, si et plura sunt, quae deteriora sunt, et quaedam in his non pro enthymemate aliquo rei parvae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.

## III

**Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et super eo diversae sententiae Valgi Rufi et Tulli Tironis.**

Valgius Rufus in secundo librorum, quos in- 1
scripsit de rebus per epistulam quaesitis *(p. 163 U.)*,
'lictorem' dicit a 'ligando' appellatum esse, quod, cum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore solita sint, isque, qui ex conlegio viatorum officium ligandi haberet, 'lictor' sit appellatus; utiturque ad eam rem testimonio M. Tulli verbaque eius refert ex oratione, quae dicta est pro C. Rabirio
*(IV 13)*: Lictor, inquit conliga manus. Haec ita 2
Valgius.
Et nos sane cum illo sentimus; sed Tiro Tullius, 3
M. Ciceronis libertus, 'lictorem' vel a 'limo' vel a 'licio' dictum scripsit *(p. 8 L.)*: Licio enim transverso, quod 'limum' appellatur, qui magistratibus inquit praeministrabant, cincti erant.
Si quis autem est, qui propterea putat probabilius 4
esse, quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in 'lictore', sicuti in 'licio', producta est et in eo verbo, quod est 'ligo', correpta est, nihil ad rem istud per-

---

10 sqq. Non. I p. 51, 26 'lictoris proprietatem a ligando dictam vetustas putat eqs.' Paul. p. 115, 16 Gl. Reiff. 30 21 sqq. Grom. lat. I p. 29, 15; 167, 18; 366, 18 L. Serv. A. XII 120 Isid. XV 14, 2 XIX 22, 26; 33, 4

---

2 ΕΝΘΥΛΙΕΜάΤΕ BZ -ΜΗΜΑΤά *fere* NO(X) ethimemata *Π* | aliquid *δ* ‖ 7 Tironis *Btl.* ciceronis O$^{2}$X ciceronis uersus accepti (*ex lemm. sq.*) *ω* ‖ 12 uinciri *Π* ‖ 13 is qui *δ* ⟨et inde⟩ is *Mms.* ‖ 27 rem istuc BNO*Π* istem rem X

[redacted]



tinet. Nam sicut a 'ligando' 'lictor', et a 'legendo' 'lector' et a 'viendo' 'vitor' et 'tuendo' 'tutor' et 'struendo' 'structor' productis, quae corripiebantur, vocalibus dicta sunt.

## IV

Versus accepti ex Q. Ennii septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

1 Descriptum definitumque est a Quinto Ennio in
annali septimo graphice admodum sciteque sub
historia Gemini Servili, viri nobilis, quo ingenio, qua
comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia,
qua loquendi oportunitate, quanta rerum antiquarum
morumque veterum ac novorum scientia
quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus
denique ad muniendas vitae molestias fomentis,
levamentis, solaciis amicum esse conveniat hominis
2 genere et fortuna superioris. Eos ego versus non
minus frequenti adsiduoque memoratu dignos puto
3 quam philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color
quidam vetustatis in his versibus tam reverendus est,
suavitas tam inpromisca tamque a fuco omni remota
est, ut mea quidem sententia pro antiquis sacratisque
amicitiae legibus observandi, tenendi colendique sint.
4 Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis iam
statim desideraret *(294 M. 194 B.)*:

haece locutus vocat, quocum bene saepe libenter

3 (Serv. A. I 704 GLK VI 493, 2)

1 sic a l. l., ut a *σ* ‖ 2 uiuendo uictor *ω corr. Lachmann, cfr. GLK VI 56, 17* uincendo uictor *ς* ‖ 7 fingiturque **B** | 9 diff. *δ* ‖ 10 VIII. *Hug* | gratifice **Q** ‖ 16 minuenda *ς* ‖ 22 que *om.* **Q**[1] ‖ 27 h(a)ec elocutus *ω corr.* **B**[2] | quocum] **TY** quodcum (quod eum **Q**) *ω*

[redacted]



mensam sermonesque suos rerumque suarum
comiter inpertit, magnam cum lassus diei
partem fuisset de summis rebus regundis
consilio indu foro lato sanctoque senatu;
cui res audacter magnas parvasque iocumque
eloqueretur et † cuncta malaque et bona dictu
evomeret, si qui vellet, tutoque locaret,
quocum multa volup ⟨ac⟩ gaudia clamque palamque;
ingenium, cui nulla malum sententia suadet
ut faceret facinus levis aut malus; doctus, fidelis,
suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
paucum, multa tenens antiqua sepulta, vetustas
quem facit et mores veteresque novosque tenentem,
multorum veterum leges divumque hominumque;
prudenter qui dicta loquive tacereve posset:
hunc inter pugnas conpellat Servilius sic.

2 comitum **Z** | impartit *Π* congeriem partit *Vahlen* | die *δ* || 3 parte *γ* | recundis **QB** fecundis **Z** || 6 cuncta malusque (cunctam aliisque **N**) *γ* cuncta ⟨ei⟩ *Vahlen* c. ⟨simul⟩ *Hug* nec (et haud *Bergk*) cunctans *Marx, D. Litt.-Zt. 1888, 1367* el. cui iuxta *Maehly; scribendum puto* eloqueretur sed (= sine *cfr. Paul. p. 336, 4 Neue, Form. II³ p. 904*) cura || 9 volup ac g. *σ* uoluptate gaudia **QX²** uolup gaudia *γ et spatio ante g. rel.* **B** gaudia **Z** volutat g. *Bergk* volup sibi fecit cl. *Vahlen* || 11 suasset *Vahlen* || 12 ut] ne **Z¹** | aut] **X** haut **QB** haud *ω* || 18 paucorum *ω corr. Turnebus* | venustas *Maehly* || 20 quem *Gr.* quae *ω* quae feceit mores v. n. tenentum *Ellis* || 22 maiorum *Vahlen* || 24 prudentem *ω corr. Vahlen* | tacereue] **B** tacereque *γ* tacere **QZ** || 25 Serv. sic comp. *Dousa* | sic t. aelium **NOΠ** sic aelium **QB** si celum **Z**

[redacted]



5 L. Aelium Stilonem *(p. 37, 24 Me.)* dicere solitum
ferunt Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse
picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii
factam esse.

## V

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

1 Cum Delphos ad Pythia conventumque totius ferme
Graeciae visendum philosophus Taurus iret nosque
ei comites essemus inque eo itinere Lebadiam venis-
semus, quod est oppidum anticum in terra Boeotia,
adfertur ibi ad Taurum amicum eius quempiam,
nobilem in Stoica disciplina philosophum, aegra vali-
2 tudine oppressum decumbere. Tunc omisso itinere,
quod alioquin maturandum erat, et relictis vehiculis
pergit eum propere videre, nosque de more, quem in
locum cumque iret, secuti sumus. Et ubi ad aedes,
in quis ille aegrotus erat, pervenimus, videmus homi-
nem doloribus cruciatibusque alvi, quod Graeci *κόλον*
dicunt, et febri simul rapida adflictari gemitusque ex
eo conpressos erumpere spiritusque et anhelitus e
pectore eius evadere non dolorem magis indicantes
quam pugnam adversum dolorem.
3 Post deinde, cum Taurus et medicos accersisset
conlocutusque de facienda medela esset et eum ipsum
ad retinendam patientiam testimonio tolerantiae, quam
videbat, perhibito stabilisset egressique inde ad vehi-
cula et ad comites rediremus: 'vidistis' inquit Tau-
rus 'non sane iucundum spectaculum, sed cognitu
tamen utile, congredientes conpugnantesque philoso-

20 XVIII 10, 2 XX 1, 26 Amm. XXVI 4, 4

1—4 *om.* X ‖ 11 atticum *γ* ‖ 16 visere *Thysius* | 17 iret, ⟨sectandi⟩ sec. *Eussner* ‖ 21 complexos (os *ex* us) *N* | 28 ueniremus *Π*

[redacted]



phum et dolorem. Faciebat vis illa et natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum, faciebat contra ratio et natura animi, quod erat aeque suum: perpetiebatur et cohibebat coercebatque infra sese violentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas conplorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat, signa tamen quaedam, sicut vidistis, existebant virtutis et corporis de possessione hominis pugnantium.'

Tum e sectatoribus Tauri iuvenis in disciplinis 4
philosophiae non ignavus: 'si tanta' inquit 'doloris acerbitas est, ut contra voluntatem contraque iudicium animi nitatur invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi saevientis, cur dolor aput Stoicos indifferens esse dicitur, non malum? cur deinde aut stoicus homo cogi aliquid potest aut dolor cogere, cum et dolorem Stoici nihil cogere et sapientem nihil cogi posse dicant?'

Ad ea Taurus vultu iam propemodum laetiore — 5
delectatus enim videbatur inlecebra quaestionis —: 'si iam amicus' inquit 'hic noster melius valeret, gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset et hanc, opinor, tibi quaestionem dissolvisset, me autem scis cum Stoicis non bene convenire vel cum Stoica potius; est enim pleraque et sibi et nobis incongruens, sicut libro, quem super illa re composuimus, declaratur. Sed ut tibi a me mos geratur, dicam ego indoctius, 6
ut aiunt, et apertius, quae fuisse dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc adesset Stoicorum; nosti enim, credo, verbum illud vetus et pervolgatum *(Arist. ran. 1445)*:

*ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον λέγε.*

---

26 cfr. Otto, Sprichw. p. 174

---

5 intra O[1]*Π* ‖ 8 et doloris *Cramer* ‖ 23 Stoa *Thysius; coniciebam* Stoica p. ⟨porticu⟩ *ut p. 39, 28 vel* ⟨secta⟩, *sed vd. Porph. Hor. ep. I 1, 16; 17* ‖ 25 supra *δ* O[1]*Π* | ea B*γ* ‖ 31 λέγε *non habet Arist.*

Atque hinc exorsus de dolore atque de gemit
7 Stoici aegrotantis ita disseruit: 'Natura' inquit 'om
nium rerum, quae nos genuit, induit nobis inolevitqu
in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem
nostri et caritatem ita prorsus, ut nihil quicquam
esset carius pensiusque nobis quam nosmet ipsi, atqu
hoc esse fundamentum ratast conservandae hominum
perpetuitatis, si unusquisque nostrum, simul atqu
editus in lucem foret, harum prius rerum sensum ad
fectionemque caperet, quae a veteribus philosophis τ
πρῶτα κατὰ φύσιν appellata sunt: ut omnibus scilice
corporis sui commodis gauderet, ab incommodis om
nibus abhorreret. Postea per incrementa aetatis exort
e seminibus suis ratiost et utendi consilii reputatio e
honestatis utilitatisque verae contemplatio subtiliorqu
et exploratior commodorum ⟨incommodorum⟩que di
lectus: atque ita prae ceteris omnibus enituit et prae
fulsit decori et honesti dignitas ac, si ei retinenda
obtinendaeve incommodum extrinsecus aliquod obstare
contemptum est: neque aliud esse vere et simplicite
bonum nisi honestum, aliud quicquam malum, ni
quod turpe esset, existimatum est. Reliqua omni
quae in medio forent ac neque honesta essent nequ
turpia, neque bona esse neque mala decretum es
Productiones tamen et relationes suis quaeque momen
tis distinctae divisaeque sunt, quae προηγμένα et ἀπο
προηγμένα ipsi vocant. Propterea voluptas quoqu
et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque vivend
pertinet, et in mediis relicta et neque in bonis nequ
8 in malis iudicata sunt. Sed enim quoniam his primi

26 Cic. fin. III 15, 51: 16, 52 IV 26, 72

1 de gemitu et Q: om. XZ | 7 esse] est Q esse quod X |
rata est QBNO² f rata Z fundata est O ΠX || 16 exploratio X
suppl. Bü | 22 quod et OX | 25 relaxiones B reiectiones St
phanus | 28 ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΑ ΕΤ (ΚΑΙ fere γ) ΑΠΟΠΡΟΗΓΟΥ
ΜΕΝΑ fere ω corr. ς | 29 pertinent X² | 30 q. in X quom
semper X quod Q

[redacted]



sensibus doloris voluptatisque ante consilii et rationis exortum recens natus homo inbutus est et voluptati quidem a natura conciliatus, a dolore autem quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est, idcirco adfectiones istas primitus penitusque inditas ratio post addita convellere ab stirpe atque extinguere vix potest. Pugnat autem cum his semper et exultantis eas opprimit obteritque et parere sibi atque oboedire
cogit. Itaque vidistis philosophum ratione decreti sui 9
nixum cum petulantia morbi dolorisque exultantia conluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem neque, ut plerique dolentes solent, heiulantem atque lamentantem ac miserum sese et infelicem appellantem, sed acres tantum anhelitus et robustos gemitus edentem, signa atque indicia non victi nec obpressi a dolore, sed vincere eum atque obprimere enitentis.

Sed haut scio,' inquit 'an dicat aliquis, ipsum illud, 10
quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere et pugnare? Quia enim omnia, quae non sunt mala, molestia quoque omni non carent, sed sunt pleraque noxa quidem magna et pernicie privata, quia non sunt turpia, contra naturae tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt et infesta per obscuram quandam et necessariam ipsius naturae consequentiam. Haec ergo vir sapiens tolerare et exanclare potest, non admittere omnino in sensum sui non potest; *ἀναλγησία* enim atque *ἀπάθεια* non meo tantum,' inquit 'sed quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque docti viri, *(fr. 14 F.)* inprobata abiectaque est.

---

3 a *primum om.* *γ* || 4 quodam *om.* ***Π*** quod **BZ** quo **Q** | inimico *om.* ***δ*** || 6 post] ipsi ***δ*** ipsi post *Hertz* | uis *γ* || 7 is **X** || 9 decretis uti **O*Π*** || 11 edentem **Q** || 14 agres **BZ** egros **Q** | anhelitu ***δ*** || 18 gemit, ⟨ostendere dolorem malum esse⟩, si *Neubauer* || 23 consuetudinem **N**[1] || 26 exanclare *scripsi* cun(c)tari *ω* eluctari *Mdg.* || 31 que *om.* **Q**

[redacted]



11 Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae locus: cum vero natura cogit, ratio quoque a natura data cogitur. Quaere etiam, si videtur, cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata invitus coniveat, cur fulgente caelo a luminis iactu non sua sponte et caput et oculos declinet, cur tonitru vehementius facto pavescat, cur sternumentis quatiatur, cur aut in ardoribus solis aestuet aut in
12 pruinis inmanibus obrigescat. Haec enim et pleraque alia non voluntas nec consilium nec ratio moderatur, set naturae necessitatisque decreta sunt.

13 Fortitudo autem non east, quae contra naturam monstri vicem nititur ultraque modum eius egreditur aut stupore animi aut inmanitate aut quadam misera et necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione, qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo Caesaris gladiatorem, qui, cum vulnera eius a medicis exsecabantur, ridere solitus fuit; sed ea vera et proba fortitudost, quam maiores nostri scientiam esse dixe-
14 runt rerum tolerandarum et non tolerandarum. Per quod apparet esse quaedam intolerabilia, a quibus fortes viri aut obeundis abhorreant aut sustinendis.'

15 Cum haec **Taurus** dixisset videreturque in eandem rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula, et conscendimus.

---

21 Cic. Tusc. IV 24, 53 Iamblich. vit. Pyth. 31 (190)

---

5 quare **BZOΠX** || 6 ab **O** ad **NO²ΠX** || 7 fulgentem **δ** || 9 facto] **Q** factum **Q²** factor sim **BZ** facto sensim *γ unde* impavescat (*ut* intremesco) *Sk.* || 10 ardore *Π* || 11 aut inmanibus **Z** | etenim **O¹Π** || 15 uice **O Π** *om.* **Q** || 18 ⟨C.⟩ Caesaris *opinor* || 22 et non t. *om.* **δ** || 23 tol(l)erabilia **δ** | a *om.* *γ* || 25 uidisset ⁻⁻stinetur quę **X**

[redacted]



## VI

De aenigmate.

Quae Graeci dicunt 'aenigmata', hoc genus quidam ex nostris veteribus 'scirpos' appellaverunt. Quale est, quod nuper invenimus per hercle anticum, perquam lepidum, tribus versibus senariis compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. Versus tres hi sunt: 1 2

semel minusne an bis minus sit, nescio,
an utrumque eorum; ut quondam audivi dicier,
ipsi Iovi regi noluit concedere.

Hoc qui nolit diutius aput sese quaerere, inveniet, quid sit, in M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo *(fr. 54 W.)*. 3

## VII

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem veneficii confitentemque ad Ariopagitas reiecerit.

Ad Cn. Dolabellam proconsulari imperio provinciam Asiam obtinentem deducta mulier Smyrnaea est. 1
Eadem mulier virum et filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat atque id fecisse se confitebatur dicebatque habuisse se faciendi causam, quoniam idem illi maritus et filius alterum filium mulieris 2

---

11 Cato or. fr. 23 J. Liv. I 55 Ov. f. II 668 Lact. inst. I 20, 38 Serv. A. IX 446 August. civ. dei IV 23 etc. 18 sqq. Amm. XXIX 2, 19 21 Plaut. Truc. 518

---

5 perque *Π* perquem **O**[1] ‖ 6 senariis] **X** senatoris ω ‖ 9 minusque **B**[1] minus **Z** | sit nescio *Freinsheim* non sit (fit **Z**) sed (sat γ) scio ω non (sit, non *Buecheler*) sat scio (**X**?) *Gr.* ‖ 10 At *Hertz* | ut q.] quod **X** | ipsi dicier ioui ω *transp. Buecheler* dicier Iovi ipsi σ ‖ 12 noluit δ nolet γ *corr. Hertz* | quaereret **QB** ‖ 18 Cn.] P. *Val. Max.* ‖ 21 uita *om.* **Q** una *HJMueller* | atque — dicebat *post* idem *in v. 23 posuit, tum* et filius (*v. 2*[illegible] maritus (*42, 6*) *om.* δ

[redacted]



ex viro priore genitum, adulescentem optimum et in-
nocentissimum, exceptum insidiis occidissent. Idque
3 ita esse factum controversia non erat. Dolabella re-
4 tulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sen-
tentiam ferre in causa tam ancipiti audebat, quod et
confessum veneficium, quo maritus et filius necati
forent, non admittendum inpunitum videbatur et digna
tamen poena in homines sceleratos vindicatum fuisset.
5 Dolabella eam rem Athenas ad Ariopagitas ut ad
6 iudices graviores exercitatioresque reiecit. Ariopagitae
cognita causa accusatorem mulieris et ipsam, quae
7 accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt. Sic
neque absolutum mulieris veneficium est, quod per
leges non licuit, neque nocens damnata poenitaque,
8 quae digna venia fuit. Scripta haec historiast in
libro Valerii Maximi factorum et dictorum me-
morabilium nono *(VIII 1 amb. 2)*.

## VIII

Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignae.

1 P. Africanus superior et Tiberius Gracchus, Tiberii
et C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitudine
et honorum atque vitae dignitate inlustres viri, dissen-
serunt saepenumero de republica et ea sive qua alia
2 re non amici fuerunt. Ea simultas cum diu mansisset
et sollemni die epulum Iovi libaretur atque ob id
sacrificium senatus in Capitolio epularetur, fors fuit,
ut aput eandem mensam duo illi iunctim locarentur.
3 Tum quasi diis inmortalibus arbitris in convivio Iovis
optimi maximi dexteras eorum conducentibus repente

---

20 sqq. Liv. XXXVIII 57 Val. Max. IV 2, 3 Plut. Ti. Gracch. 4 Dio fr. 62 M. (Cic. de inv. I 49, 91 Sen. contr. V 2, 3) 27 Amm. XX 3, 4

---

17 nono *om.* B VIII. *Kempf* || 23 ea si *Vassis* | quam NOX (*in ras.*) || 24 diuinasset Z

issimi facti. Neque solum amicitia incepta, sed itas simul instituta; nam P. Scipio filiam virginem 4 ns iam viro maturam ibi tunc eodem in loco ondit eam Tiberio Graccho, quem probaverat elelque exploratissimo iudicii tempore, dum inimiasset.

emilius quoque Lepidus et Fulvius Flaccus nobili 5 te amplissimisque honoribus ac summo loco in ate praediti odio inter sese gravi et simultate ta conflictati sunt. Postea populus eos simul 6 ures facit. Atque illi, ubi voce praeconis renunsunt, ibidem in campo statim nondum dimissa ione ultro uterque et pari voluntate coniuncti plexique sunt exque eo die et in ipsa censura et a iugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt.

## IX

dicantur vocabula ancipitia; et quod 'honoris' quoque abulum ancipiti sententia fuerit.

Est plurifariam videre atque animadvertere in 1 ibus scriptis pleraque vocabula, quae nunc in onibus vulgi unam certamque rem demonstrent, nisse media et communia, ut significare et capere ent duas inter se res contrarias. Ex quibus quaesatis nota sunt, ut 'tempestas', 'valitudo', 'facinus',

---

sqq. Cic. de prov. cons. IX 20 Liv. XL 45 Val. Max. IV 2, 1 p. 285, 2 (Varro) 24 Serv. A. III 528 IX 19 Paul. p. 0; 362, 6 Non. IV p. 407, 31 GLK VII 275, 5; CGL VII 392; A. I 51 Suet. rell. p. 291 R. Non. IV p. 309, 28 GLK VII 8 Anecd. H. 279, 17 schol. Bemb. Ter. Eun. IV 3, 2 schol. Phorm. V 6, 30 p. 139 Schl. CGL VI 430

---

insecuta X² ‖ 6 esset] Q est ω ‖ 8 ac] Q ad BZ et γ ‖ it X² ‖ 13 utro ut. BZ ultra utraque Q¹ ‖ 14 complexi Π ‖ o O¹ ‖ 22 et incommunia ω *corr.* σ *ubi et* in communi

[redacted]



2 'dolus', 'gratia', 'industria'. Haec enim fere iam vul-
gatum est ancipitia esse et utroqueversus dici posse.
'Periculum' etiam et 'venenum' et 'contagium' non,
uti nunc dicuntur, pro malis tantum dicta esse mul-
3 tum exemplorum huiusmodi reperias. Sed 'honorem'
quoque mediam vocem fuisse et ita appellatum, ut
etiam malus honos diceretur et significaret iniuriam,
4 id profecto rarissimum. Quintus autem Metellus
Numidicus in oratione, quam de triumpho suo
dixit, his verbis usus est *(ORF² p. 275)*: Qua in re
quanto universi me unum antistatis, tanto
vobis quam mihi maiorem iniuriam atque con-
tumeliam facit, Quirites, et quanto probi in-
iuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt,
tanto ille vobis quam mihi peiorem honorem
habuit; nam me iniuriam ferre, vos facere vult,
Quirites, ut hic conquestio, istic vituperatio
5 relinquatur. Honorem inquit peiorem vobis
habuit quam mihi; cuius verbi sententia est, quam
ipse quoque supra dicit: 'maiore vos adfecit iniuria
et contumelia quam me'.

6 Praeter huius autem verbi notionem adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Quinti Metelli existimavi, ut definiremus Socratis esse decretum *(Plat. Gorg. p. 473 A; 489 A; 508 B)*: *κάκιον εἶναι τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι.*

---

1 Don. Ter. Eun. III 3, 9 Paul. p. 69, 10 Dig. IV 3, 1, 3; Serv. A. II 537 GLK VII 119, 15 CGL IV 598, 41 V 459, 8  3 Serv. A. I 51 XI 458 Dig. L 16, 236  5 sqq. (Non. IV p. 319, 39)  25 cfr. Otto, Sprichw. p. 175

---

5 eiusmodi **BZN** | repperies **Q²Π** || 6 media in **Q** | uoce **QZB²** *om.* **B** || 8 rar.] **Q** rar.′ est ω || 11 antistat (-ant **Q**) δ || 13 facitis Π || 17 ut] uel δ | illic **B** isti **X²** || 19 quam gratiam (gr. *del. Carrio*) mihi ω || 24 desineremus ω *corr.* ς designaremus (esse *del.*) *Vogel*

[redacted]



## X

Quod 'aeditumus' verbum Latinum sit.

'Aeditimus' verbum Latinum est et vetus ea forma 1
dictum, qua 'finitimus' et 'legitimus'. Sed pro eo a 2
plerisque nunc 'aedituus' dicitur nova et commenticia
usurpatione quasi a tuendis aedibus appellatus. Satis 3
hoc esse potuit admonendi gratia dixisse *** propter
agrestes quosdam et indomitos certatores, qui nisi
auctoritatibus adhibitis non comprimuntur.
M. Varro in libro secundo ad Marcellum de 4
Latino sermone *(fr. 54 W.)* 'aeditumum' dici oportere
censet magis quam 'aedituum', quod alterum sit
recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum.
Laevius quoque, ut opinor, in Prote- 5
silaodamia *(fr. 16 B.)* claustritumum dixit, qui
claustris ianuae praeesset, eadem scilicet figura, qua
'aeditumum' dici videbat, qui aedibus praeest. In ⟨IV 6
in⟩ Verrem M. Tullii in exemplaribus fidelissimis
ita inveni scriptum *(44, 96)*: Aeditumi custodesque
mature sentiunt, in libris autem hoc vulgariis
aeditui scriptum est. Pomponii fabula atellania 7
est, quae ita scripta est: Aeditumus. In qua hic
versus est *(v. 2 R.*[3]*)*:

quí postquam tibi appáreo atque aedítumor
in templó tuo.

Titus autem Lucretius in carmine suo *(VI 1273)* 8
pro 'aedituis' aedituentes appellat.

---

3 sqq. Varro l. l. VII 2, 12 VIII 33, 61 r. r. I 2, 1 Cic. top. VIII 36 Paul. p. 13, 6 GLK I 75, 18 Anecd. H. 214, 17 Dig. XXVI 1, 1, 1 CGL V 497, 52 VI 31 21 Non. II p. 75, 14

---

4 Sed *om.* Q ‖ 6 appellatis *δ* ‖ 7 *lacunam statuit Hertz* | praeter X ‖ 14 liuius X[2] ‖ 15 quid O[1] quod *Π* ‖ 17 IV in *add. Vogel* ‖ 22 inscripta ς | Pomponius Aedituo *Non.* ‖ 24 ubi *Non.* | aedituor i. t. (tuo *om.*) *Non.*

## XI

**Errare istos, qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua nulla sit; et super ea re Peregrini philosophi sermo et Sophocli poetae sententia.**

1 Philosophum nomine Peregrinum, cui postea cognomentum Proteus factum est, virum gravem atque constantem, vidimus, cum Athenis essemus, deversantem in quodam tugurio extra urbem. Cumque ad eum frequenter ventitaremus, multa hercle dicere eum utiliter et honeste audivimus. In quibus id fuit, quod praecipuum auditu meminimus.

2 Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiamsi peccasse eum dii atque homines ignoraturi
3 forent. Non enim poenae aut infamiae metu non esse peccandum censebat, sed iusti honestique studio et of-
4 ficio. Si qui tamen non essent tali vel ingenio vel disciplina praediti, uti se vi sua ac sua sponte facile a peccando tenerent, eos omnis tunc peccare proclivius existimabat, cum latere posse id peccatum putarent
5 inpunitatemque ex ea latebra sperarent; 'at si sciant' inquit 'homines nihil omnium rerum diutius posse
6 celari, repressius pudentiusque peccabitur'. Propterea versus istos Sophocli, prudentissimi poetarum, in ore esse habendos dicebat *(fr. 280 N.²)*:

πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ἅπανθ' ὁρῶν
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

7 Alius quidam veterum poetarum, cuius nomen mihi nunc memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit.

---

12 sq. Cic. off. III 8, 37 14 sq. Hor. ep. I 16, 52 sq. 22 Amm. XXIX 2, 12 25 sqq. cfr. Otto, Sprichw. 343

---

10 honesta *δ* || 11 auditu] TO² auditum ω || 13 ignoturi orent Q || 17 sua *alt. om. γ* || 22 celerari Q¹ || 25 ὁ πάνθ' *Clem. Alex. strom. VI 2, 10 p. 742 P.* (*Stob. ecl. phys. I 8, 17*)

[redacted]



## XII

Faceta responsio M. Ciceronis amolientis a se crimen manifesti mendacii.

Haec quoque disciplina rhetorica est callide et 1
cum astu res criminosas citra periculum confiteri, ut,
si obiectum sit turpe aliquid, quod negari non queat,
responsione ioculari eludas et rem facias risu magis
dignam quam crimine, sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cum id, quod infitiari non poterat, urbano
facetoque dicto diluit. Nam cum emere vellet in 2
Palatio domum et pecuniam in praesens non haberet,
a P. Sulla, qui tum reus erat, mutua sestertium viciens
tacita accepit. Ea res tamen, priusquam emeret, pro- 3
dita est et in vulgus exivit, obiectumque ei est, quod
pecuniam domus emendae causa a reo accepisset. Tum 4
Cicero inopinata obprobratione permotus accepisse se negavit ac domum quoque se empturum negavit atque: 'adeo' inquit 'verum sit accepisse me pecuniam, si domum emero'. Sed cum postea emisset et hoc mendacium in senatu ei ab amicis obiceretur, risit satis atque inter ridendum: 'ἀκοινονόητοι' inquit 'homines estis, cum ignoratis prudentis et cauti patrisfamilias esse, quod emere velit, empturum sese negare propter competitores emptionis'.

## XIII

'Intra Kalendas' cum dicitur, quid significet, utrum 'ante Kalendas' an 'Kalendis' an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli 'intra oceanum' et 'intra montem Taurum' et in quadam epistula 'intra modum'.

Cum Romae a consulibus iudex extra ordinem datus 1
pronuntiare 'intra Kalendas' iussus essem, Sulpicium

4 Amm. XV 5, 5

4 Hoc q. disciplinae rhetoricae *Nettl.* || 6 nequeat Z (B) | 12 mutuo *Π*[1] || 13 tacite ς || 16 obprobatione Z O *Π* || 20 inimicis γ || 21 AKOINONHTOI *Π* || 24 competitiones Z -titiores B

[redacted]



Apollinarem, doctum hominem, percontatus sum, an
his verbis 'intra Kalendas' ipsae quoque Kalendae
tenerentur, dixique ei me videlicet datum Kalendasque
2 mihi prodictas, ut intra eum diem pronuntiarem. 'Cur'
inquit 'hoc me potius rogas quam ex istis aliquem
peritis studiosisque iuris, quos adhibere in consilium
3 iudicaturi soletis?' Tum illi ego ita respondi: 'Si aut
de vetere' inquam 'iure et recepto aut controverso et
ambiguo aut novo et constituto discendum esset, issem
4 plane sciscitatum ad istos, quos dicis; sed cum verbo-
rum Latinorum sententia, usus, ratio exploranda sit,
scaevus profecto et caecus animi forem, si, cum
haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad
5 te.' 'Audi igitur,' inquit 'de ratione verbi quid existi-
mem, sed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego
de proprietate vocis disseruero, sed quod in ea re
omnium pluriumve consensu observari cognoveris; non
enim verborum tantum communium verae atque pro-
priae significationes longiore usu mutantur, sed legum
quoque ipsarum iussa consensu tacito oblitterantur.'
6 Tum deinde disseruit me et plerisque aliis audien-
tibus in hunc ferme modum: 'Cum dies' inquit 'ita
praefinita est, ut iudex 'intra Kalendas' pronuntiet,
occupavit iam haec omnes opinio non esse dubium,
quin ante Kalendas iure pronuntietur, et id tantum
ambigi video, quod tu quaeris, an Kalendis quoque
7 iure pronuntietur. Ipsum autem verbum sic procul
dubio natum est atque ita sese habet, ut, cum dicitur
'intra Kalendas', non alius accipi dies debeat, quam
solae Kalendae. Nam tres istae voces 'intra, citra,
ultra', quibus certi locorum fines demonstrantur, singu-

2 Dig. XXXVIII 9, 1, 9 (L 16, 133) 22 sqq. Non. XII p. 530, 10

3 me *om.* Q me ⟨iudicem⟩ *Hertz* (N²) || 4 predictas Q¹ || 8 et (ac *Vassis*) rec. *scripsi* aut rec. ω || 9 dicendum esset se in planum Z || 16 uocis *om.* γ || 19 uitantur Q || 29 incipi BZ

[redacted]



laribus apud veteres syllabis appellabantur 'in, cis,
uls'. Haec deinde particulae quoniam parvo exiguo- 8
que sonitu obscurius promebantur, addita est tribus
omnibus eadem syllaba, et quod dicebatur 'cis Tiberim'
et 'uls Tiberim', dici coeptum est 'citra Tiberim' et
'ultra Tiberim'; item quod erat 'in', accedente eadem
syllaba 'intra' factum est. Sunt ergo haec omnia quasi 9
contermina iunctis inter se finibus cohaerentia: 'intra
oppidum', 'ultra oppidum', 'citra oppidum', ex quibus
'intra', sicuti dixi, 'in' significat; nam qui dicit 'intra 10
oppidum', 'intra cubiculum', 'intra ferias', non dicit
aliud quam 'in oppido', 'in cubiculo', 'in feriis'. 'Intra 11
Kalendas' igitur non 'ante Kalendas' est, sed 'in
Kalendis', id est eo ipso die, quo Kalendae sunt. Ita- 12
que secundum verbi ipsius rationem, qui iussus est
'intra Kalendas' pronuntiare, nisi Kalendis pronuntiet,
contra iussum vocis facit; nam si ante id fiat, non 13
'intra' pronuntiat, sed 'citra'. Nescio quo autem pacto 14
recepta vulgo interpretatio est absurdissima, ut 'intra
Kalendas' significare videatur etiam 'citra Kalendas'
vel 'ante Kalendas'; nihil enim ferme interest. Atque 15
insuper dubitatur, an Kalendis quoque pronuntiari
possit, quando neque ultra neque citra, set, quod inter
haec medium est, 'intra Kalendas', id est Kalendis,
pronuntiandum sit. Sed nimirum consuetudo vicit, 16
quae cum omnium domina rerum, tum maxime ver-
borum est.'

Ea omnia cum Apollinaris scite perquam atque 17
enucleate disputavisset, tum ego haec dixi: 'Cordi' in-

1 sqq. Paul. p. 42, 12 (; 379, 3) GLK (I 17, 3) III 40, 25; 42, 28; 43, 15; 72, 23 CGL VI 216 12 Gl. Reiff. 31

3 premebantur *edd. vett.* ‖ 5 ul BZ ultra Q ‖ 7 fractum BZ ‖ 13 est *om.* OΠX ‖ 21 nihil] nisi Z ‖ *§ 15 non suo loco stare putat Sk.* ‖ 22 . an . N ante OΠX anne *Mdg.* an ante Kalendas *Carrio* ‖ 24 est *om.* Q | kalende (kel. B) BZ | id est (esto N) Kal (*s.* Kal˜) γ si kalendis (kal. Z) δ *del. Hertz* ‖ 25 pr. est Π[1] | nimium Π ‖ 29 enucleatī (ī *ex* itert) X

quam 'mihi fuit, priusquam ad te irem, quaerere explorareque, quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint, atque ita invenimus Tullium in tertia in Verrem *(89, 207)* scripsisse istoc modo: Locus intra oceanum iam nullus est neque tam longincus neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido ini-
18 quitasque pervaserit. Intra oceanum dicit contra rationem tuam; non enim vult, opinor, dicere 'in oceano'; terras enim demonstrat omnis, quae oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus adiri potest: quae sunt 'citra oceanum', non 'in oceano'; neque enim videri potest insulas significare nescio quas, quae penitus esse intra aequora ipsa oceani dicuntur.'

19 Tunc Sulpicius Apollinaris renidens: 'non me hercule inargute' inquit 'nec incallide opposuisti hoc Tullianum; sed Cicero intra oceanum non, ut
20 tu interpretare, 'citra oceanum' dixit. Quid enim potest dici 'citra oceanum' esse, cum undique oceanus circumscribat omnis terras et ambiat? Nam 'citra' quod est, id extra est; qui autem potest 'intra' esse dici, quod extra est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus foret, tum, quae terra ad eam partem foret, 'citra oceanum' esse dici posset vel 'ante oceanum'; cum vero omnis terras omnifariam et undiqueversum circumfluat, nihil citra eum est, sed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis in medio eius sunt omnia, quae intra oras eius inclusa sunt, sicuti hercle sol non citra caelum vertitur, sed in caelo et intra caelum.'

Haec tunc Apollinaris scite acuteque dicere visus
21 est. Set postea in libro M. Tullii epistularum ad Servium Sulpicium sic dictum esse invenimus

4 isto Q est aut (autem X) γ || 16 callide δ || 19 intra Q | esse *om.* Q || 23 tum — foret] *om.* NΠZ et O || 25 undique uersu (-sus *m. 2*) Q || 26 contra OΠX¹ || 27 circumvallatis *Mdg.* || 28 horas δ || 33 sicut OΠX¹ | ē ēē Q

[redacted]



intra modum, ut 'intra Kalendas' dicunt, qui dicere
'citra Kalendas' volunt. Verba haec Ciceronis sunt, 22
quae adposui *(ad fam. IV 4, 4)*: Sed tamen, quon-
iam effugi eius offensionem, qui fortasse arbi-
traretur me hanc rem publicam non putare, si
perpetuo tacerem, modice hoc faciam aut etiam
intra modum, ut et illius voluntati et meis
studiis serviam. Modice dixerat hoc ⟨faciam⟩, 23
id est cum modo aequo et pari; deinde, quasi hoc 24
displiceret et corrigere id vellet, addit: aut etiam
intra modum, per quod ostendit minus sese id fac-
turum esse, quam quod fieri modice videretur, id est
non ad ipsum modum, set retro paululum et citra
modum.

In oratione etiam, quam pro P. Sestio scripsit, 25
intra montem Taurum sic dicit, ut non significet
'in monte Tauro', sed 'usque ad montem cum ipso
monte'. Verba sunt haec ipsius M. Tullii ex ea, qua 26
dixi, oratione *(XXVII 58)*: Antiochum Magnum
illum maiores nostri magna belli contentione
terra marique superatum intra montem Taurum
regnare iusserunt; Asiam, qua illum multarunt,
Attalo, ut is in ea regnaret, condonarunt. Intra 27
montem inquit Taurum regnare iusserunt, quod
non proinde est, ut 'intra cubiculum' dicimus, nisi
videri potest id esse intra montem, quod est intra
regiones, quae Tauri montis obiectu separantur. Nam 28
sicuti qui intra cubiculum est, is non in cubiculi
parietibus, sed intra parietes est, quibus cubiculum
includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo

8 Non. IV p. 342, 18

1 ut *om.* QO¹Π ‖ 4 offensionem *Cic.* occasionem ω ‖ 5 rem publicam *Cic.* rem imperite (impertire Q) ω ‖ 6 p. non tacerem Z ‖ 8 faciam *om.* ω (*etiam* hoc O) ‖ 11 sese σ s(a)epe ω ‖ 12 quod *om.* B ‖ 18 quam Q qu(a)e OZ ‖ 20 illo δ illa Q² ‖ 22 que *ex* quam Q

[redacted]



sunt, ita, qui regnat intra montem Taurum, n solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam reg nibus, quae Tauro monte clauduntur.

29 Num igitur secundum istam verborum M. Tul similitudinem, qui iubetur 'intra Kalendas' pronunti is et ante Kalendas et ipsis Kalendis iure pronunti potest? Neque id fit quasi privilegio quodam insci consuetudinis, sed certa rationis observatione, quoni omne tempus, quod Kalendarum die includitur, 'in Kalendas' esse recte dicitur.

## XIV

'Saltem' particula quam vim habeat et quam originem.

1 'Saltem' particula quam haberet principem sig ficationem quaeque vocis istius origo esset, quae

2 bamus. Ita enim primitus factam esse apparet, non videatur, sicuti quaedam supplementa oratio

3 temere et incondite adsumpta. Atque erat, qui dice legisse se in grammaticis commentariis P. Nigi (p. 19; 66 Sw.) 'saltem' ex eo dictum, quod esset aliter', idque ipsum dici solitum per defectionem, n

4 plenam esse sententiam: 'si aliter non potest'. S id nos in isdem commentariis P. Nigidii, cum non, opinor, incuriose legissemus, nusquam invenim

5 Videntur autem verba ista 'si aliter non pot a significatione quidem voculae huius, de qua quae mus, non abhorrere. Set tot verba tamen in pau simas litteras cludere inprobae cuiusdam subtilit

---

13 sqq. Serv. A. IV 327 Don. Ter. Andr. II 1, 13 Ad. II 2 Anecd. H. 263, 22 adn.

---

4 Nam Q Non X || 5 iube (t *add. m. 2*) Q || 6 et in ipsis 7 potest? ⟨potest,⟩ neque *Eussner* | insitae O*Π*X || 8 ca *Cramer* || 10 recte *om.* BZ || 13 principe BZ || 18 se *om.* Q grammatis Q || 21 sent.] orationem *Π* || 22 hi(i)sdem δNO P. *om.* γ || 26 aberrare X || 27 ducere B

[redacted]



est. Fuit etiam, qui diceret, homo in libris atque in 6
litteris adsiduus, 'saltem' sibi dictum videri u littera
media extrita; 'salutem' enim ante dictum, quod nos
'saltem' diceremus. 'Nam cum alia quaedam petita
et non impetrata sunt, tum solemus' inquit 'quasi
extremum aliquid petituri, quod negari minime debeat,
dicere 'hoc saltem fieri aut dari oportere', tamquam
salutem postremo petentes, quam impetrari certe et
obtineri sit aequissimum.' Sed hoc itidem non in- 7
lepide quidem fictum nimis tamen esse videtur commenticium. Censuimus igitur amplius quaerendum.

## XV

Quod Sisenna in libris historiarum adverbiis huiuscemodi saepenumero usus est: 'celatim', 'vellicatim', 'saltuatim'.

Cum lectitaremus historiam Sisennae adsidue, 1
huiuscemodi figurae adverbia in oratione eius animadvertimus, cuimodi sunt haec: 'cursim', 'properatim',
'celatim', 'vellicatim', 'saltuatim'. Ex quibus duo 2
prima, quia sunt notiora, exemplis non indigebant; reliqua in historiarum sexto sic scripta sunt *(fr. 126 P.)*: Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit. Item alio in loco *(fr. 127 P.)*: Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.

---

17 Non. II p. 153, 12 20 Non. II p. 87, 1 'celeratim id est celeriter. Sisenna historiarum lib. V: quo magis celeratim poterant, insidiis s. d.' 22 sqq. Non. II p. 168, 7; 187, 28

---

6 negare **BZ** || 14 uellatim **O***Π* || 15 (h)istorias (*ex* -ia **X**) *Π***X** || 17 cuiusmodi *Π* | c. sint **NO** cui modis in h. *δ* || 20 lib. V *Non. quem vd. supra* || 21 qua *L Mueller* | poterant **N**[1] *Non.* || 22 libro I *Non. II p. 168, 7* || 23 etate **Q** *Non. l. l.* || 24 continenter *Bongars.* || 25 ac *Non.* | salutatim **BZ**

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER TERTIVS DECIMVS

## I

Inquisitio verborum istorum M. Tullii curiosior, quae fuit in primo Antonianarum libro 'multa autem inpendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum'; tractatumque, an idem duo ista significent 'fatum' atque 'natura', an diversum.

1 Marcus Cicero in primo Antonianarum ita scriptum reliquit *(Phil. I 5, 10)*: Hunc igitur ut sequerer, properavi, quem praesentes non sunt secuti; non ut proficerem aliquid, neque enim sperabam id nec praestare poteram, sed ut, si quid mihi humanitus accidisset, multa autem inpendere videntur praeter naturam etiam praeterque fatum, huius diei vocem testem reipublicae relinquerem meae perpetuae erga se
2 voluntatis. Praeter naturam inquit praeterque fatum. An utrumque idem valere voluerit fatum atque naturam et duas res *καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου* posuerit, an vero diviserit separaritque, ut alios casus natura ferre videatur, alios fatum, considerandum equi-

*c.* 1 — *c.* 4 *desunt in* B ‖ 6 *et* 9 antoniarum *Π* ‖ 7 praeter fatum Q ‖ 14 enim *Π* ‖ 15 etiam *om. Cic. codd. plurimi* ‖ 16 praeter f. *Lact. Stat. Th. III 205* ‖ 20 ΚΑΤΑ *γ* ‖ 21 an] tam *δ*

[redacted]



dem puto atque id maxime requirendum, qua ratione dixerit accidere multa humanitus posse praeter fatum, quando sic ratio et ordo et insuperabilis quaedam necessitas fati constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint, nisi illud sane Homeri secutus est *(Il. XX 336)*:

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄιδος εἰσαφίκηαι

Nihil autem dubium est, quin violentam et inopinatam 3
mortem significaverit, quae quidem potest recte videri accidere praeter naturam.

Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posu- 4
erit, neque operis huius est explorare neque temporis. Illud tamen non praetermittendum est, quod 5
Vergilius quoque id ipsum, quod Cicero, de fato opinatus est, cum hoc in quarto libro dixit de Elissa, quae mortem per vim potita est *(A. IV 696)*:

nam quia nec fato merita nec morte peribat,

tamquam in faciendo fine vitae, quae violenta sunt, non videantur e fato venire. Demosthenis autem, 6
viri prudentia pari atque facundia praediti, verba idem fere significantia de natura atque fato M. Cicero secutus videtur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est ὑπὲρ στεφάνου *(205 p. 296)*: Ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγενῆσθαι τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει· ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνῄσκειν βουλεύσεται. Quod Cicero fatum atque naturam 7
videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν

16 carm. epigr. ed. Buech. 97, 8    20 Fronto p. 115, 7 N.

1 admaxime ϭ || 24 NOMIZΩ ω || 26 τῇ] TI γ || 27 ΒΟΥΛΕΙCETAI Z ἐθελήσει *Dem., unde fort. hic scr.* βουλήσεται

[redacted]



*πεπρωμένην* et *τὸν αὐτόματον θάνατον* appellavit.
8 *Αὐτόματος* enim *θάνατος* quasi naturalis et fatalis nulla extrinsecus vi coactus venit.

## II

Super poetarum Pacuvii et Accii conloquio familiari in oppido Tarentino.

1 Quibus otium et studium fuit vitas atque aetates doctorum hominum quaerere ac memoriae tradere, de M. Pacuvio et L. Accio tragicis poetis historiam scripserunt huiuscemodi: 'Cum Pacuvius' inquiunt 'grandi iam aetate et morbo corporis diutino adfectus Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc haut parvo iunior proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium comiterque invitatus plusculisque ab eo diebus retentus tragoediam suam, cui Atreus nomen est, desideranti legit.
3 Tum Pacuvium dixisse aiunt sonora quidem esse, quae scripsisset, et grandia, sed videri tamen ea sibi
4 duriora paulum et acerbiora. 'Ita est,' inquit Accius 'uti dicis; neque id me sane paenitet; meliora enim
5 fore spero, quae deinceps scribam. Nam quod in pomis, itidem' inquit 'esse aiunt in ingeniis; quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda; sed quae gignuntur statim vieta et mollia atque in principio sunt uvida, non matura mox fiunt, sed putria.
6 Relinquendum igitur visum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet.'

10 sqq. Suet. fr. 13 R.

1 *εἱμαρμένην Hertz ex Dem.* | et] Z καὶ (κατ X) ω ‖ 6 terentino $Q^{1}Z$ ‖ 9 L. *om.* δ | p(h)enis δ ‖ 19 paululum *Π* ‖ 20 molliora *Oiselius* ‖ 21 pomis est O*Π*XZ ‖ 25 sunt *om.* Q ‖ 27 mitificaret *Jensen*

## III

An vocabula haec 'necessitudo' et 'necessitas' differenti ficatione sint.

Risu prorsus atque ludo res digna est, cum que grammaticorum adseverant 'necessitudinen necessitatem' mutare longe differreque, ideo necessitas sit vis quaepiam premens et cogens, ne do autem dicatur ius quoddam et vinculum relig coniunctionis idque unum solitarium significet. autem nihil quicquam interest, 'suavitudo' dica suavitas', 'sanctitudo' an 'sanctitas', 'acerbitud acerbitas', 'acritudo' an, quod Accius in Neo emo (v. 467 R.[3]) scripsit, acritas, ita nihil ra dici potest, qui 'necessitudo' et 'necessitas' separ Itaque in libris veterum vulgo reperias necessitud dici pro eo, quod necessum est. Sed necessitas pro iure officioque observantiae adfinitatisve infre est, quamquam, qui ob hoc ipsum ius adfinitat miliaritatisque coniuncti sunt, 'necessarii' dicu Repperi tamen in oratione C. Caesaris, qua I tiam rogationem suasit (II p. 121 Di. ORF[2] p. 'necessitatem' dictam pro 'necessitudine', id est adfinitatis. Verba haec sunt: Equidem mihi vi pro nostra necessitate non labore, non o non industria defuisse.

Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indiffe admonitus forte verbi istius, cum legerem Semp

---

5 sqq. Non. IV p. 354, 6 GLK I 99, 22 VII 529, 2 diff. 383 10 Non. II p. 173, 1 11 Non. II p. 173 12 Non. VIII p. 493, 12 16 sqq. Non. IV p. 354, 7 1 f. p. 162, 9)

---

3 sint et descripta alexandri ω rd. c. 4 ‖ 4 est et N necessitat rem et innecessitatem multa re Q ‖ 14 quinece in necess. ω O[2]X[2] ‖ 18 familiaritatisue γ ‖ 19 sunt o et quidem m. videtur pro necess. Non.

Asellionis, veteris scriptoris, quartum ex histor librum, in quo de P. Africano, Pauli filio, ita scriptu est *(fr. 5 P.)*: Nam se patrem suum audisse dic L. Aemilium Paulum nimis bonum imperator signis conlatis non decertare, nisi summa n cessitudo aut summa occasio data esset.

## IV

### Descripta Alexandri ***

1 In plerisque monumentis rerum ab Alexandro g starum et paulo ante in libro M. Varronis, q inscriptus est Orestes vel de insania *(p. 255 B* Olympiadem Philippi uxorem festivissime rescripsi
2 legimus Alexandro filio. Nam cum is ad matrem i scripsisset: Rex Alexander, Iovis Hammonis filiu Olympiadi matri salutem dicit, Olympias ei r scripsit ad hanc sententiam: Amabo, inquit mi fi quiescas neque deferas me neque crimine adversum Iunonem: malum mihi prorsus il magnum dabit, cum tu me litteris tuis pael
3 cem esse illi confiteris. Ea mulieris scitae atq prudentis erga ferocem filium comitas sensim et comi admonuisse eum visa est deponendam esse opinion vanam, quam ille ingentibus victoriis et adulanti blandimentis et rebus supra fidem prosperis inbiber genitum esse sese de Iove.

3 cfr Val. Max. VII 2. 2 Appian. Hiber. 87 Veget. III 2(

2 qua δ ‖ 4 L. A. P. *glossam puto etiam propter locu* non *omisso vd. v. seq.* neminem *Gr.* numquam *Lion* minime e 5 non *supra* signis *ss.* Q² *om.* ω | summa ei δ ‖ 8 *vd. ad p. 57,* 13 his Q his et X isset O ‖ 14 rescripsisset ω ‖ 16 ad *om.* 18 prorsum Zγ

[redacted]



## V

De Aristotele et Theophrasto et Eudemo philosophis; deque eleganti verecundia Aristotelis successorem diatribae suae eligentis.

**Aristoteles** philosophus annos iam fere natus 1
duo et sexaginta corpore aegro adfectoque ac spe
vitae tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorum cohors 2
ad eum accedit orantes obsecrantesque, ut ipse deli-
geret loci sui et magisterii successorem, quo post
summum eius diem proinde ut ipso uterentur ad studia
doctrinarum conplenda excolendaque, quibus ab eo
inbuti fuissent. Erant tunc in eius ludo boni multi, 3
sed praecipui duo, **Theophrastus** et **Eudemus**.
Ingenio hi atque doctrinis ceteros praestabant; alter
ex insula Lesbo fuit, **Eudemus** autem Rhodo. **Ari-** 4
**stoteles** respondit facturum esse, quod vellent, cum
id sibi foret tempestivum.

Postea brevi tempore cum idem illi, qui de ma- 5
gistro destinando petierant, praesentes essent, vinum
ait, quod tum biberet, non esse id ex valitudine sua,
sed insalubre esse atque asperum ac propterea quaeri
debere exoticum vel Rhodium aliquod vel Lesbium.
Id sibi utrumque ut curarent, petivit usurumque eo 6
dixit, quod sese magis iuvisset. Eunt, quaerunt, in- 7
veniunt, adferunt. Tum **Aristoteles** Rhodium petit, 8
degustat: 'firmum' inquit 'hercle vinum et iucundum'.
Petit mox Lesbium. Quo item degustato: 'utrumque' 9
inquit 'oppido bonum, sed *ἡδίων ὁ Λέσβιος*'. Id ubi 10
dixit, nemini fuit dubium, quin lepide simul et vere-
cunde successorem illa voce sibi, non vinum delegisset.
Is erat e Lesbo **Theophrastus**, suavitate homo in- 11

2 menedemo ω ‖ 5—60, 3 *etiam in* B | annis B ‖ 8 diligeret δX ‖ 11 contemplanda B ‖ 12 errant BZ ‖ 13 praecipue $O^1$Π -uam X | eudemus] Y *et v. l. in* T menedemus ωT ‖ 15 eudemus] *v. l. in* T menedemus ω ‖ 17 *et* 23 cibi OΠX ‖ 24 esse OΠX | quaerunt] ς curant ω ‖ 28 ΗΔΕΙΩΝ (-ON Π) ω | ΛΕC. (sic) γ

[redacted]



12 signi linguae pariter atque vitae. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt.

## VI

Quid veteres Latini dixerint, quas Graeci *προσῳδίας* appellant; item quod vocabulum 'barbarismi' non usurpaverint neque Romani antiquiores neque Attici.

1 Quas Graeci *προσῳδίας* dicunt, eas veteres docti tum 'notas vocum', tum 'moderamenta', tum 'accen-
2 tiunculas', tum 'voculationes' appellabant; quod nunc autem 'barbare' quem loqui dicimus, id vitium sermonis non barbarum esse, sed 'rusticum' et cum eo
3 vitio loquentes 'rustice' loqui dictitabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis *(fr. 39 Sw.)*: rusticus fit sermo, inquit si adspires perperam.
4 Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo 'barbarismus', qui ante divi Augusti aetatem pure atque integre locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inveni.

## VII

Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus et Herodotum in historiis.

1 Leaenas inter omnem vitam semel parere eoque uno partu numquam edere plures quam unum Hero-
2 dotus in tertia historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro haec sunt *(III 108)*: *Ἡ δὲ δὴ λέαινα ἐὸν ἰσχυρὸν καὶ θρασύτατον ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ*

---

8 XIII 26, 3 Quint. I 5, 22 Mart. Cap. III 278 GLK I 431, 1 IV 426, 7 V 125, 36 VI 43, 26 VII 329, 12; 377, 6; 589, 17 Rhet. lat. min. 19. 5 H. Isid. I 17 CGL VI 12 Schoell, acta soc. ph. Lips. VI p. 89

---

6 et item γ ‖ 7 Rom.] per omnia δ ‖ 9 modulamenta *Benloew* ‖ 13 P. *om.* δ ‖ 18 dixerunt δ ‖ 22 eo quod δ ‖ 24 reliquit δ ‖ 26 *ἰσχυρότατον Her.*

[redacted]



*τίκτει ἕν· τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας.* Homerus autem leones — sic enim 3
feminas quoque virili genere appellat, quod grammatici *ἐπίκοινον* vocant — pluris gignere atque educare catulos dicit. Versus, quibus hoc aperte demonstrat, 4
hi sunt *(Il. XVII 133)*:

*εἱστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,*
*ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ*
*ἄνδρες ἐπακτῆρες.*

Item alio in loco idem significat *(XVIII 318)*: 5

*πυκνὰ μάλα στενάχων· ὥς τε λὶς ἠυγένειος,*
*ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ*
*ὕλης ἐκ πυκινῆς.*

Ea nos dissensio atque diversitas cum agitaret inclu- 6
tissimi poetarum et historicorum nobilissimi, placuit libros Aristotelis philosophi inspici, quos de animalibus exquisitissime composuit. In quibus, quod super ista re scriptum invenerimus, cum ipsius Aristotelis verbis in his commentariis scribemus.

## VIII

Quod Afranius poeta prudenter et lepide Sapientiam filiam esse Vsus et Memoriae dixit.

Eximie hoc atque verissime Afranius poeta de 1
gignenda conparandaque sapientia opinatus est, quod eam filiam esse Vsus et Memoriae dixit. Eo namque 2
argumento demonstrat, qui sapiens rerum esse humanarum velit, non libris solis neque disciplinis rheto-

25 sq. Eustath. Hom. Il. I 250 p. 96, 44

5 ait *Π* ‖ 7 ΙϹΤΗΚΕΙ (-ΗΕΙ X) *γ* ΙϹΤΗΚΛΕΙ Z ‖ 9 ΕΠΑΚΤΗΕϹ *γ* ‖ 11 ΛΕΙϹ *ω* ‖ 19 istarum scr. O[1] *Π* | inueniemus (-imus X) *γ*Z ‖ 20 *Verba Aristotelis hist. an. VI 31 p. 579 addunt σ* ‖ 25 est *om.* Q ‖ 28 ⟨ei⟩, non *HJMueller*

ricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum versari quoque exercerique in rebus comminus noscendis periclitandisque eaque omnia acta et eventa firmiter meminisse et proinde sapere atque consulere ex his, quae pericula ipsa rerum docuerint, non quae libri tantum aut magistri per quasdam inanitates verborum et imaginum tamquam in mimo aut in somnio deleraverint.

3 Versus Afrani sunt in togata, cui Sellae nomen est *(v. 298 R.³)*:

Vsús me genuit, máter peperit Mémoria,
Sophiám vocant me Grái, vos Sapiéntiam.

4 Item versus est in eandem ferme sententiam Pacuvii, quem Macedo philosophus, vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum *(v. 348 R.³)*:

ego odi homines ígnava opera et phílosopha senténtia.

5 Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides operti barba et pallio mores et emolumenta philosophiae in linguae verborumque artes converterent et vitia facundissime accusarent intercutibus ipsi vitiis madentes.

## IX

Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de suculis et hyadibus, quae sunt stellarum vocabula.

1 Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus et libertus
2 adiutorque in litteris studiorum eius fuit. Is libros

---

16 Eurip. fr. 61 N.²

---

1 que *om.* **Q** || 2 com(m)unis **ς** -ibus **Q²** | periclitantisque **OΠX** || 3 atque *Siesbye* | uenta **Q¹** auenta **Z** || 7 delectauerint **ω** *corr. Ott* deblateraverint *Hertz* dictitaverint *Carrio* delibaverint *tentavi* || 10 mater me **Π** || 13 me cedo **Q** medio **Z** | 16 ergo **ς** odi ego *Bothe*

[redacted]



compluris de usu atque ratione linguae Latinae, item de variis atque promiscis quaestionibus composuit. In his esse praecipui videntur, quos Graeco 3
titulo πανδέκτας inscripsit, tamquam omne rerum atque doctrinarum genus continentis. Ibi de his 4
stellis, quae appellantur 'suculae', hoc scriptum est *(p. 7; 9 L.)*: Adeo inquit veteres Romani litteras Graecas nesciverunt et rudes Graecae linguae fuerunt, ut stellas, quae in capite tauri sunt, propterea 'suculas' appellarint, quod eas Graeci ὑάδας vocant, tamquam id verbum Latinum Graeci verbi interpretamentum sit, quia Graece ὕες, 'sues' Latine dicantur. Sed ὑάδες inquit οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, id est non a subus, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est ὕειν, appellantur; nam et cum oriuntur et cum occidunt, tempestates pluvias largosque imbres cient. Pluere autem Graeca lingua ὕειν dicitur.

Haec quidem Tiro in pandectis. Sed enim ve- 5
teres nostri non usque eo rupices et agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcirco 'suculas' nominarent, quod ὕες Latine 'sues' dicantur; sed ut, quod Graeci ὑπέρ, nos 'super' dicimus, quod illi ὕπτιος, nos 'supinus', quod illi ὑφορβός, nos 'subulcus', quod item illi ὕπνος, nos primo 'sypnus', deinde per y Graecae Latinaeque ⟨o⟩ litterae cognationem 'somnus': sic, quod ab illis

---

4 (GLK VII 306, 16) 7 sqq. Cic. Arat. fr. 26 nat. d. II 43, 111 Serv. g. I 138 A. I 744 (= Isid. III 70, 12) Fest. p. 301, 33 sqq. Ov. f. V 166 VI 197 Plin. II 39, 106 XVIII 26, 247 Ampel. 3 schol. German. Arat. p. 396, 17 sqq. Eyss. CGL VII 311 23 sqq. Varro l. l. V 18, 96 Fest. p. 290, 6 CGL VII 322; 317; 320; 279

8 iis QX ‖ 10 appellari O¹*Π* ‖ 12 quia ⟨quae⟩ *Sk.* ‖ 14 subus] Z suibus ω id — subus *del. Ald.* ‖ 18 enim *Π* ‖ 25 illi *om.* γ | ΥΦΟΒΡΟC *sic fere* O¹*Π*X (Z) ‖ 26 sypnus *Ald.* somnus ω symnus O² | y *om.* Z ‖ 27 o *add.* σ litterae ⟨cum o littera⟩ Hertz

[redacted]



ὑάδες, a nobis primo 'syades', deinde 'suculae' appellatae.

6 Stellae autem istae non in capite tauri sunt, ut Tiro dicit — nullum enim videtur praeter eas stellas tauri caput —, set hae ita circulo, qui zodiacus dicitur, sitae locataeque sunt, ut ex earum positu species quaedam et simulacrum esse videatur tauri capitis, sicuti ceterae partes et reliqua imago tauri conformata et quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum, quas Graeci πλειάδας, nos 'vergilias' vocamus.

## X

Quid 'sororis' ἔτυμον esse dixerit Labeo Antistius et quid 'fratris' P. Nigidius.

1 Labeo Antistius iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit et consulentibus de iure publice responsitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit et in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetraverat Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat eaque praecipue scientia ad enodandos
2 plerosque iuris laqueos utebatur. Sunt adeo libri post mortem eius editi, qui posteriores inscribuntur, quorum librorum tres continui, tricesimus octavus et tricesimus nonus et quadragesimus, pleni sunt id genus rerum ad enarrandam et inlustrandam linguam
3 Latinam conducentium. Praeterea in libris, quos ad praetoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide atque argute reperta. Sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus *(fr. 26 H. 2 Br.)*: 'Soror' inquit appellata est, quod quasi

10 cfr. ad III 10, 2   28 sqq. Non. I p. 52, 1 Gl. Reiff. 42

5 e(a)e **Z O**[2] aeae **N** eadem **O** *Π* ‖ 12 Quid] **Z** quod **ω** | quod **ω** ‖ 13 p **Q** *om.* **ω** ‖ 16 resp.; ⟨set⟩ *Hertz* ‖ 22 eius *om.* *γ* ‖ 23 oct. et *om.* **Q** ‖ 27 partem **X**[1] perquam *conieceram ex XII 13, 17 VII 9, 1*

rnum nascitur separaturque ab ea domo, qua nata est, et in aliam familiam transditur.

'Fratris' autem vocabulum P. Nigidius, homo 4 doctus, non minus arguto subtilique ἐτύμῳ pretatur (*fr. 50 Sw.*): Frater inquit est dictus si fere alter.

## XI

M. Varro aptum iustumque esse numerum convivarum aestimarit; ac de mensis secundis et de bellariis.

Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris 1 nippeis, qui inscribitur: nescis, quid vesper rus vehat, in quo disserit de apto convivarum nero deque ipsius convivii habitu cultuque. Dicit 2 em (*fr. 333 B.*) convivarum numerum incipere opor- a Gratiarum numero et progredi ad Musarum, id proficisci a tribus et consistere in novem, ut, cum cissimi convivae sunt, non pauciores sint quam , cum plurimi, non plures quam novem. Nam 3 ltos inquit esse non convenit, quod turba rumque est turbulenta et Romae quidem stat, sedet Athenis, nusquam autem cubat. sum deinde convivium constat inquit ex rebus attuor et tum denique omnibus suis numeris solutum est, si belli homunculi conlecti sunt, electus locus, si tempus lectum, si apparatus n neglectus. Nec loquaces autem inquit con-

4 sqq. Fest. p. 90, 7 Non. I p. 35, 32 Anecd. H. 238, 28 CGL V 0, 47 Gl. Reiff. 43 [Isid. IX 6, 5] cfr. Macr. I 17, 65  11 sqq. acr. I 7, 12  12 cfr. Otto, Sprichw. p. 369  15 ibid. p. 91

1 que *om.* O*Π*X ‖ 6 ductus Q ‖ 9 M. *om.* *δ* ‖ 10 existima- *r* ‖ 18 dixerit O[1]*Π* 18 sint] sunt *δ* ‖ 21 quidem] inquit O*Π*X ‖ tat *Hertz* concio stat *Boot* | sed et *ω* *praeter* *Π* | athenisa- quam Q ‖ 25 uelli *δ*OX uel ii *Π* ‖ 26 si lectus O[1] *Π*

[redacted]



vivas nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro et aput subsellia, silentium vero non in convivio, set in cubiculo esse debet.

4 Sermones igitur id temporis habendos censet non super rebus anxiis aut tortuosis, sed iucundos atque invitabiles et cum quadam inlecebra et voluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum venustius fiat et amoenius.

5 Quod profecto inquit eveniet, si de id genus rebus ad communem vitae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendi non est otium. Dominum autem inquit convivii esse oportet non tam lautum quam sine sordibus, et: In convivio legi non omnia debent, sed ea potissimum, quae simul sint βιωφελῆ et delectent.

6 Neque non de secundis quoque mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, praecipit. His enim verbis utitur: Bellaria inquit ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt; πέμμασιν enim cum πέψει societas infida.

7 Quod Varro hoc in loco dixit bellaria, ne quis forte in ista voce haereat, significat id vocabulum omne mensae secundae genus. Nam quae πέμματα Graeci aut τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri 'bellaria' appellaverunt. Vina quoque dulciora est invenire in comoediis antiquioribus *(p. 144, 65 R.*[3]*)* hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.

---

16 sqq. Macr. II 8, 2 sq.  23 l. l. GLK III 497, 1 VII 173, 13 Anecd. H. 236, 16 CGL VI 134 (Paul. p. 35, 10 Donat. Ter. Ad. IV 2, 51)

---

1 multos O[1]*ΠX* ‖ 6 et inlecebre (-bra Q[2]) uoluptate δ | uoluptati *Π*X | et TY ‖ 11 agendis loqui γ ‖ 12 conuiuiis Z ‖ 13 et in conv. — delectent *del. Oehler ut ex I 22, 5 huc translata* | nec *Gell. I 22, 5* ‖ 14 et *Gell. ibd.* ‖ 19 πέμμ.] dulcibus *Macr.* ‖ 21 in *om. Π*[1] | bellare ante Q[1]Z ‖ 24 graece Q

[redacted]



## XII

**Tribunos plebis prensionem habere, vocationem non habere.**

In quadam epistula Atei Capitonis *(fr. 19 H.* 1
*II p. 287 Br.)* scriptum legimus Labeonem Anti-
stium legum atque morum populi Romani iurisque
civilis doctum adprime fuisse. Sed agitabat inquit 2
hominem libertas quaedam nimia atque vecors
usque eo, ut divo Augusto iam principe et
rempublicam obtinente ratum tamen pensum-
que nihil haberet, nisi quod iussum sanctum-
que esse in Romanis antiquitatibus legisset,
ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem a 3
tribunis plebi vocatus responderit: Cum a muliere 4
inquit quadam tribuni plebis adversum eum
aditi ⟨in⟩ Gallianum ad eum misissent, ut ve-
niret et mulieri responderet, iussit eum, qui
missus erat, redire et tribunis dicere ius eos
non habere neque se neque alium quemquam
vocandi, quoniam moribus maiorum tribuni
plebis prensionem haberent, vocationem non
haberent; posse igitur eos venire et prendi se
iubere, sed vocandi absentem ius non habere.
Cum hoc in ea Capitonis epistula legissemus, 5
id ipsum postea in M. Varronis rerum humanarum
uno et vicesimo libro enarratius scriptum inveni-
mus, verbaque ipsa super ea re Varronis adscripsimus
*(fr. 2 Mi.)*: In magistratu inquit habent alii vo- 6
cationem, alii prensionem, alii neutrum: voca-
tionem, ut consules et ceteri, qui habent im-
perium; prensionem, ut tribuni plebis et alii,
qui habent viatorem; neque vocationem neque

---

6 prime O¹*Π* || 7 uecor st̃ que eorum *δ* uecors tamquam eorum *Btl.* || 10 iustum *ω corr. Btl.* || 12 quidem *δ* || 15 ad intelligellianum Z aditi gellianum (e *ex* a O²) *ω corr. Hertz* || 21 prendisse *δ*O¹*Π*(X)

prensionem, ut quaestores et ceteri, qui neque lictorem habent neque viatorem. Qui vocationem habent, idem prendere, tenere, abducere possunt, et haec omnia, sive adsunt, quos vocant, sive acciri iusserunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam, neque minus multi imperiti, proinde atque haberent, ea sunt usi; nam quidam non modo privatum, sed etiam consulem in rostra vocari iusserunt. Ego triumvirum vocatus a Porcio tribuno plebis non ivi auctoribus principibus et vetus ius tenui. Item tribunus cum essem, vocari neminem iussi nec vocatum a conlega parere invitum.

7 Huius ego iuris, quod M. Varro tradit, Labeonem
arbitror vana tunc fiducia, cum privatus esset, voca-
8 tum a tribunis non isse. Quae, malum, autem ratio
fuit vocantibus nolle obsequi, quos confiteare ius habere
prendendi? Nam qui iure prendi potest, et in vin-
9 cula duci potest. Sed quaerentibus nobis, quam ob
causam tribuni, qui haberent summam coercendi potestatem, ius vocandi non habuerint ***, quod tribuni plebis antiquitus creati videntur non iuri dicundo nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis, quibus usus praesens fuisset, ut iniuria, quae coram fieret, arceretur; ac propterea ius abnoctandi ademptum, quoniam, ut vim fieri vetarent, adsiduitate eorum et praesentium oculis opus erat.

6 neque ⟨eo⟩ m. *Gr.* ‖ 8 quidem **$O^{1}$ *Π*** ‖ 9 triumuir/// **O** ‖ 10 a p. porcio **N** apportio **OX** ‖ 11 auctoris **Z** actoris **Q** ‖ 18 et] etiam *γ* ‖ 21 habuerunt **Q** | illud (id **$O^{3}$**) occurrit, quod **$O^{3}$** *ς* quod *del.* *Gr.* habuerint, cuius usus praesens fuisset, respondebitur, quod *deletis illis verbis in v. 24 Boot* ‖ 24 usus *add.* **$O^{2}$** *om.* *ω* | in praesens *Mdg.* | fuisse **X** ‖ 26 adnoctandi (-dum **Z**) **$O^{1}$ *Π*Z** abnotandi **X** aduocandi **Q**

## XIII

**od in libris humanarum M. Varronis scriptum est aediles et quaestores populi Romani in ius a privato ad praetorem vocari posse.**

Cum ex angulis secretisque librorum ac magistro- 1
m in medium iam hominum et in lucem fori prod-
um, quaesitum esse memini in plerisque Romae
tionibus ius publice docentium aut respondentium,
quaestor populi Romani a praetore in ius vocari
set. Id autem non ex otiosa quaestione agitabatur, 2
usus forte natae rei ita erat, ut vocandus esset
ius quaestor. Non pauci igitur existimabant ius 3
cationis in eum praetori non esse, quoniam magi-
ratus populi Romani procul dubio esset et neque
cari neque, si venire nollet, capi atque prendi salva
ius magistratus maiestate posset. Sed ego, qui tum 4
iduus in libris M. Varronis fui, cum hoc quaeri
bitarique animadvertissem, protuli unum et vice-
mum rerum humanarum, in quo ita scriptum
it *(fr. 3 Mi.)*: Qui potestatem neque vocationis
opuli viritim habent neque prensionis, eos
agistratus a privato in ius quoque vocari est
otestas. M. Laevinus aedilis curulis a privato
d praetorem in ius est eductus; nunc stipati
ervis publicis non modo prendi non possunt,
ed etiam ultro submovent populum.

Hoc Varro in ea libri parte de aedilibus, supra 5
(c. *12, 6)* autem in eodem libro quaestores neque voca-
onem habere neque prensionem dicit. Vtraque igitur 6
bri parte recitata in Varronis omnes sententiam
oncesserunt, quaestorque in ius ad praetorem voca-
s est.

---

3 in iussa (iussu Q) pr. a pretore δ || 5 ludorum *Kussner* ||
9 ad praetorem γ || 12 ex. iussu X || 14 non esset Z || 19 r. h. rerum
(librum Q²) Q librum *ss.* X² || 22 uacari QOX¹ || 24 et praetore δ
te praetorem X¹ | stipatis O¹*Π* || 31 cum cesserunt Q

[redacted]



## XIV

### Quid sit pomerium.

1 'Pomerium' quid esset, augures populi Romai qui libros de auspiciis scripserunt, istiusm sententia definierunt: Pomerium est locus int agrum effatum per totius urbis circuitum po muros regionibus certeis determinatus, q
2 facit finem urbani auspicii. Antiquissimum aut pomerium, quod a Romulo institutum est, Palat montis radicibus terminabatur. Sed id pomerium p incrementis reipublicae aliquotiens prolatum est
3 multos editosque collis circumplexum est. Habe autem ius proferendi pomerii, qui populum Roman agro de hostibus capto auxerat.

4 Propterea quaesitum est ac nunc etiam in qu stione est, quam ob causam ex septem urbis montib cum ceteri sex intra pomerium sint, Aventinus sol quae pars non longinqua nec infrequens est, ex pomerium sit, neque id Servius Tullius rex ne Sulla, qui proferundi pomerii titulum quaesivit, ne postea divus Iulius, cum pomerium proferret, in effatos urbi fines incluserint.

5 Huius rei Messala *(fr. 3 H. et Br.)* aliquot cau videri scripsit, sed praeter eas omnis ipse unam p bat, quod in eo monte Remus urbis condendae gra auspicaverit avesque inritas habuerit superatusque

5 sqq. Liv. I 44, 3 sqq. Fest. p. 249, 28 Serv. A. VI 197 Pl Romul. 11 CGL VII 104 (Varro l. l. V 32, 143 schol. Luc. I 5 13 Sen. dial. X 13, 8 Tac. a. XII 23 Vopisc. Aurelian. XXI

2 Q. s. p.] *Π om.* *ω* ‖ 7 certe is **NO²** (**X**) certe his **O *Π*** ce his ***δ*** ‖ 9 palati *γ*Z ‖ 11 perlatum **O¹ *Π*** ‖ 12 multos ⟨monte *Eussner* ‖ 17 intraque **Z** ‖ 18 longinquo **X** ‖ 20 profundi **Q** p ferendi *ω* ‖ 22 urbi *Hertz* libri ***δ*** urbis *γ* | incluserunt **X¹** 24 scribit **O *Π*** ‖ 26 auspicauit **Q** | abesque **O** habesque **Q** alesque **X¹**

[redacted]



auspicio a Romulo sit: Idcirco inquit omnes, qui 6
pomerium protulerunt, montem istum excluse-
runt quasi avibus obscenis ominosum.
Sed de Aventino monte praetermittendum non 7
putavi, quod non pridem ego in † Elydis, gramma-
tici veteris, commentario offendi, in quo scriptum
erat Aventinum antea, sicuti diximus, extra pomerium
exclusum, post auctore divo Claudio receptum et intra
pomerii fines observatum.

## XV

**Verba ex libro Messalae auguris, quibus docet, qui sint minores magistratus et consulem praetoremque conlegas esse; et quaedam alia de auspiciis.**

In edicto consulum, quo edicunt, quis dies comitiis 1
centuriatis futurus sit, scribitur ex vetere forma perpe-
tua: ne quis magistratus minor de caelo servasse
velit. Quaeri igitur solet, qui sint magistratus mi- 2
nores. Super hac re meis verbis nil opus fuit, quon- 3
iam liber M. Messalae auguris de auspiciis
primus, cum hoc scriberemus, forte adfuit. Propterea 4
ex eo libro verba ipsius Messalae subscripsimus *(fr.
1 H. 1ᵃ Br.)*: Patriciorum auspicia in duas sunt
divisa potestates. Maxima sunt consulum,
praetorum, censorum. Neque tamen eorum
omnium inter se eadem aut eiusdem potestatis,
ideo quod conlegae non sunt censores consu-
lum aut praetorum, praetores consulum sunt.
Ideo neque consules aut praetores censoribus
neque censores consulibus aut praetoribus tur-
bant aut retinent auspicia; at censores inter

22 sqq. Fest. p. 157, 21

3 omnino sum δO || 5 elidis Z Felicis *Mercklin* Heraclidis *Hertz* Epelydis *Bergk* Aeliorum *nescio quem hic latere suspicor* || 8 actore Q || 15 scriptum Q scripturus Z || 23 maxime /// /// Q || 30 at] aut δ

se, rursus praetores consulesque inter se c
vitiant et obtinent. Praetor, etsi conlega co
sulis est, neque praetorem neque consulem i
rogare potest, ut quidem nos a superiorib
accepimus aut ante haec tempora servatum e
et ut in commentario tertio decimo C. Tudit
*(fr. 8 P. 2 H. et Br.)* patet, quia imperium mi
praetor, maius habet consul, et a minore i
perio maius aut maior ⟨a minore⟩ conlega r
gari iure non potest. Nos his temporibus pr
tore praetores creante veterum auctoritat
sumus secuti neque his comitiis in auspic
fuimus. Censores aeque non eodem rogant
auspicio atque consules et praetores. Re
quorum magistratuum minora sunt auspici
Ideo illi minores, hi maiores magistrat
appellantur. Minoribus creatis magistratib
tributis comitiis magistratus, sed iustus cu
riata datur lege; maiores centuriatis comiti
fiunt.

5 Ex his omnibus verbis Messalae manifestum
et qui sint magistratus minores et quamobrem min
6 res appellentur. Sed et conlegam esse praetore
7 consuli docet, quod eodem auspicio creantur. Maior
autem dicuntur auspicia habere, quia eorum auspici
magis rata sunt quam aliorum.

9 Cic. ad Att. IX 9, 3; 15, 2

5 aut] et *Scioppius* | 9 maior a minore *Hertz* (*Pighiu*
maiore -rem Z ω maior *Gr.* maiori (s. -re) *Mms.* maiori
*Hertschke* rogare ; 13 atque δ aequo, non *Vassis* || 18 sed *del.*
*Heschke* m. ⟨ratus⟩ et i. *Buettner-Wobst* | ius iis *Ouwens* iu
eius *Niebuhr* ius tum *Hertz* mag. est iustus, curiata d. l. ma-
ioribus. ⟨censores⟩ centuriatis *Kan* || 23 ap(p)ellantur ZO *IIX*

[redacted]



## XVI (XV extr.)

Item verba eiusdem Messalae disserentis aliud esse ad populum loqui, aliud cum populo agere; et qui magistratus a quibus avocent comitiatum.

Idem Messala in eodem libro de minoribus 1 (xv 8)
magistratibus ita scripsit *(fr. 2 H. et Br.)*: Consul ab
omnibus magistratibus et comitiatum et contionem avocare potest. Praetor et comitiatum et contionem usquequaque avocare potest nisi a consule. Minores magistratus nusquam nec comitiatum nec contionem avocare possunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit, quia bifariam cum populo agi non potest nec avocare alius alii potest. Set si contionem habere volunt, uti ne cum populo agant, quamvis multi magistratus simul con-
tionem habere possunt. Ex his verbis Messalae 2 (9)
manifestum est aliud esse 'cum populo agere', aliud
'contionem habere'. Nam 'cum populo agere' est 3 (10)
rogare quid populum, quod suffragiis suis aut iubeat aut vetet, 'contionem' autem 'habere' est verba facere ad populum sine ulla rogatione.

## XVII (XVI)

Humanitatem non significare id, quod volgus putat, sed eo vocabulo, qui sinceriter locuti sunt, magis proprie esse usos.

Qui verba Latina fecerunt quique his probe usi 1
sunt, 'humanitatem' non id esse voluerunt, quod volgus existimat quodque a Graecis φιλανθρωπία dicitur et significat dexteritatem quandam benivolentiamque

26 sqq. Non. I p. 52, 7 28 CGL VI 529

5 messal(a)e QX$^1$ ‖ 14 alius] illius O$^1$*Π* | alius alio possit, si *Roensch* aliis alii possunt, si sic *Huschke* | potest. Sed *Mms.* posset (-ent *Π*) ∞ potest *Mdg.*

[redacted]



erga omnis homines promiscam, sed 'humanitatem' appellaverunt id propemodum, quod Graeci *παιδείαν* vocant, nos eruditionem institutionemque in bonas artis dicimus. Quas qui sinceriter percupiunt adpetuntque, hi sunt vel maxime humanissimi. Huius enim scientiae cura et disciplina ex universis animantibus uni homini data est idcircoque 'humanitas' appellata est.

2 Sic igitur eo verbo veteres esse usos et cumprimis M. Varronem Marcumque Tullium *(de orat. I 16, 71 II 17, 72 al.)* omnes ferme libri declarant. Quamobrem satis habui unum interim exemplum promere.

3 Itaque verba posui Varronis e libro rerum humanarum primo, cuius principium hoc est *(fr. 1 Mi.)*: Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini est paulum modo humaniori ignotus.

4 Humaniori inquit non ita, ut vulgo dicitur, facili et tractabili et benivolo, tametsi rudis litterarum sit — hoc enim cum sententia nequaquam convenit —, sed eruditiori doctiorique, qui Praxitelem, quid fuerit, et ex libris et ex historia cognoverit.

## XVIII (XVII)

Quid aput M. Catonem significent verba haec 'inter os atque offam'.

1 Oratio est M. Catonis Censorii de aedilibus vitio creatis. Ex ea oratione verba haec sunt *(LXV 1 J.)*: Nunc ita aiunt in segetibus, in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audivi inter os atque offam

---

2 Gl. Reiff. 33 CGL VI 399    26 cfr. Otto, Sprichw. p. 161
28 ibid. p. 259

---

2 ΠΑΤΔΕΙΑΜ Z ΠΑΙΔΕΙΑ *fere* ω ‖ 4 perc.] Q cupiunt ω percipiunt Q² ‖ 5 ii ONΠ ‖ 15 paululum m. humanior (ign. *om.*) *Non.* ‖ 16 ita ut *om.* δ ‖ 19 doctorique Q¹Z ‖ 20 ex hiis libris Z ex litteris *Eussner* ‖ 26 agunt δ

[redacted]



multa intervenire posse; verumvero inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum est.
Erucius Clarus, qui praefectus urbi et bis consul 2
fuit, vir morum et litterarum veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriae nostrae doctissimum, quaerere sese et petere, uti sibi rescriberet, quaenam esset eorum verborum sententia. Tum Apollinaris nobis praesentibus — 3
nam id temporis ego adulescens Romae sectabar eum discendi gratia — rescripsit Claro ut viro erudito brevissime vetus esse proverbium 'inter os et offam' idem significans, quod Graecus ille παροιμιώδης versus:

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

## XIX (XVIII)

⟨Platonem tribuere Euripidi Sophocli versum; et similia quaedam alia.⟩

Versus est notae vetustatis senarius: 1

σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

Eum versum Plato in Theaeteto *(immo in Theag. 6* 2
*p. 125 B)* Euripidi esse dicit. Quod quidem nos admodum miramur; nam scriptum eum legimus in tragoedia Sophocli, quae inscripta est *Αἴας Λοκρός* *(fr. 13 N.²)*; prior autem natus fuit Sophocles quam Euripides.

Sed etiam ille versus non minus notus: 3

γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ,

---

5 sq. V 4, 1 VII 10, 1 XVI 10, 9 XVIII 4, 1 Amm. XXIX 1, 37
13 Zenob. V 71 Apostol. XIV 46 ibique Leutsch-Schneid.
17 sqq. cfr. Nauck ad hunc l.

---

3 eruditius (-cius Z) δ ‖ 11 proverbium *om.* Q ‖ 12 grecis X ‖ 15 *lemma om.* ω ‖ 17 uenustatis O(X) ‖ 18 CΟΦΟΥΤΥΡαΝΝΟΥΤΟΝ O*Π*X ‖ 19 theaeto δ ‖ 20 aeuripidis Q ‖ 22 sofali δ ‖ 23 natu *Salmas.*

et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus est *Φθιώτιδες (fr. 633 N.²)*, et in Bacchis Euripidi *(v. 193)*.

4 Id quoque animadvertimus aput Aeschylum ἐν τῷ πυρφόρῳ Προμηθεῖ et aput Euripidem in tragoedia, quae inscripta est Ἰνώ, eundem esse versum absque paucis syllabis. Aeschylus sic *(fr. 208 N.² [Choeph. 576])*:

σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια,

Euripides ita *(fr. 413 N.²)*:

σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Fuit autem Aeschylus non brevi antiquior.

## XX (XIX)

De genere atque nominibus familiae Porciae.

1 Cum in domus Tiberianae bibliotheca sederemus ego et Apollinaris Sulpicius et quidam alii mihi aut illi familiares, prolatus forte liber est ita inscrip-
2 tus: M. Catonis Nepotis. Tum quaeri coeptum est,
3 quisnam is fuisset M. Cato Nepos. Atque ibi adulescens quispiam, quod ex eius sermonibus coniectare potui, non abhorrens a litteris: 'hic' inquit 'est M. Cato, non cognomento Nepos, sed M. Catonis Censorii ex filio nepos, qui pater fuit M. Catonis, praetorii viri, qui bello civili Vticae necem sibi gladio manu sua conscivit, de cuius vita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur laus Catonis, quem in eodem libro *(fr. 1 p. 987 Or.²)* idem Cicero pronepotem fuisse dicit M.

9 Aesch. Sept. 619

1 scriptum ω || 2 ΦΙΛΟΤΙΔΕC *fere* ω *corr. Casaubonus* | 6 scripta Z | ΕΙΝΩ ω || 9 CΕΙΓΩΝ γ(Z) | ΤΕ γ ΓΕ Z || 11 CΕΙΓΑΝΤΕ *fere* ω | ΟΠΙ X || 15 bibli(o)thecae N O Π || 17 scriptus X || 22 non *om.* Q || 26 laudes T Y

onis Censorii. Eius igitur, quem Cicero laudavit, 4
r hic fuit M. Cato, cuius orationes feruntur in-
ptae: M. Catonis Nepotis.'
Tum Apollinaris, ut mos eius in reprehen- 5
do fuit, placide admodum leniterque: 'laudo' in-
'te, mi fili, quod in tantula aetate, etiamsi hunc
Catonem, de quo nunc quaeritur, quis fuerit, igno-
, auditiuncula tamen quadam de Catonis familia
rsus es. Non unus autem, sed conplures M. illius
onis Censorii nepotes fuerunt geniti non eodem 6
re; duos enim M. ille Cato, qui et orator et cen- 7
fuit, filios habuit et matribus diversos et aetatibus
ge dispares. Nam iam adulescente altero matre 8
amissa ipse quoque iam multum senex Saloni
ntis sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex
natus est ei M. Cato Salonianus; hoc enim illi
nomentum fuit a Salonio, patre matris, datum.
maiore autem Catonis filio, qui praetor designatus 9
re vivo mortuus est et egregios de iuris disci-
na libros reliquit, nascitur hic, de quo quaeritur,
Cato M. filius M. nepos. Is satis vehemens orator 10
multasque orationes ad exemplum avi scriptas
quit et consul cum Q. Marcio Rege fuit inque eo
ulatu in Africam profectus in ea provincia mortem
t. Sed is non, ita ut dixisti, M. Catonis, praetorii 11
, qui se Vticae occidit et quem Cicero laudavit,
r fuit, nec, quia hic nepos Catonis Censorii, ille
m pronepos fuit, propterea necessum est patrem
c ei fuisse. Hic enim nepos, cuius haec modo 12

13 Plin. VII 12, 61 Plut. Cato 24 Solin. I 59 Aur. Vict. v. 47 18 Cic. Tusc. III 28, 70 Liv. epit. 48 19 Dig. 2, 2, 38

5 leuiterque Z || 10 eadem parte Q || 12 et *alt. om.* δ || lonis Q[1]Z soloni (-is Π) γ solonii X[2] || 16 solonianus (u *ex* o) || 17 salono Q[2] solonio ΠZ || 22 avi] aliis δ || 24 af(f)rica μX || 25 obiit QX[2]

prolata oratio est, filium quidem M. Catonem habuit: sed non eum, qui Vticae perit, sed qui, cum aedilis curulis et praetor fuisset, in Galliam Narbonensem
13 profectus ibi vita functus est. Ex altero autem illo Censorii filio longe natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi, duo nati sunt L. Cato et M. Cato.
14 Is M. Cato tribunus plebis fuit et praeturam petens mortem obiit, ex eoque natus est M. Cato praetorius, qui se bello civili Vticae interemit, de cuius vita laudibusque cum M. Tullius scriberet, pronepotem eum
15 Catonis Censorii dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiae, quae ex minore Catonis filio progenita est, non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre; nam quia ille Salonianus in extrema patris aetate, sicuti dixi, natus fuit, prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt,
16 quam qui a maiore fratre eius geniti erant. Hanc temporum differentiam facile animadvertetis ex hac ipsa oratione, cum eam legetis.'
17 Haec Sulpicius Apollinaris audientibus nobis dixit. Quae postea ita esse, uti dixerat, cognovimus, cum et laudationes funebres et librum commentarium de familia Porcia legeremus.

## XXI (XX)

Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio habita sit sonitus vocum atque verborum iucundioris, quae a Graecis εὐφωνία dicitur, quam regulae disciplinaeque, quae a grammaticis reperta est.

1 Interrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius quodam conperi, 'has'ne 'urbis' an 'has

8 [Plut. Cato mai. 27] 26 GLK IV 379, 2 V 354, 17; 29; 517, 2; 47, 12 al. CGL VI 402

1 M.] *Hertz* maiorem ω ‖ 2 periit $Q^2N^1\Pi X^2$ ‖ 4 illo] Q iro Z uiro ω ‖ 5 solon. X ‖ 7 cato marcus $O^1\Pi$ cato *om.* X ‖ 17 quam] nam O N Π Z ‖ 22 librum *del.* *Mms.* ‖ 23 forcia Q fortia Z ‖ 27 a *om.* Q ‖ 30 quondam σ

[redacted]



urbes' et 'hanc turrim' an 'hanc turrem' dici oporteret.
'Si aut versum' inquit 'pangis aut orationem solutam
struis atque ea tibi verba dicenda sunt, non finitiones
illas praerancidas neque fetutinas grammaticas specta-
veris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco con-
veniat dicere; quod illa suaserit, id profecto erit rectis-
simum.' Tum is, qui quaesierat: 'quonam modo' inquit 2
'vis aurem meam interrogem?' Et Probum ait re- 3
spondisse: 'Quo suam Vergilius percontatus est, qui
diversis in locis urbis et urbes dixit arbitrio consilio-
que usus auris. Nam in primo georgicon, quem 4
ego' inquit 'librum manu ipsius correctum legi, urbis
per i litteram scripsit. Verba e versibus eius haec
sunt *(g. I 25)*:

urbisne invisere, Caesar,
terrarumque velis curam.

Verte enim et muta, ut 'urbes' dicas: insubidius nescio
quid facies et pinguius. Contra in tertio Aeneidis 5
*(v. 106)* urbes dixit per e litteram:

centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut 'urbis' dicas: nimis exilis vox erit
et exanguis; tanta quippe iuncturae differentia est in
consonantia vocum proximarum. Praeterea idem Ver- 6
gilius turrim dixit, non 'turrem', et securim, non
'securem' *(A. II 460)*:

turrim in praecipiti stantem

et *(A. II 224)*:

incertam excussit cervice securim.

---

24 GLK II 329, 6; 336, 21, contra I 39, 18; 544, 14
28 GLK II 329, 10

---

1 turrem an h. turrim γ | hunc δ || 2 rationem δ || 3 ea
uerba tui X || 6 profectum OX || 9 quid d. δ || 12 collectum ω *corr.* σ ||
19 urbis Q[1]Z || 21 erit (erat Q) et sanguis (anguis O) δO[1]

[redacted]



Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis, quam
7 suo utrumque loco per e litteram dicas.' At ille,
interrogaverat, rudis profecto et aure agresti ho
'cur' inquit 'aliud alio in loco potius rectiusque
8 dicas, non sane intellego.' Tum Probus iam c
motior: 'noli' inquit 'igitur laborare, utrum ista
debeas dicere, 'urbis' an 'urbes'. Nam cum id g
sis, quod video, ut sine iactura tua pecces, nihil pe
utrum dixeris.'

9 His tum verbis Probus et hac fini hominem d
sit, ut mos eius fuit erga indociles, prope inclemen
10 Nos autem aliud quoque postea consimiliter a Verg
duplici modo scriptum invenimus. Nam et tre
tris posuit eodem in loco ea iudicii subtilitate,
si aliter dixeris mutaverisque et aliquid tamen a
11 habeas, sentias suavitatem sonitus claudere. Ve
ex decimo *(v. 350)* hi sunt:

tres quoque Threicios Boreae de gente
prema
et tris, quos Idas pater et patria Ism
mittit.

Tres illic, tris hic; pensicula utrumque modulare
12 reperies suo quidque in loco sonare aptissime. Se
illo quoque itidem Vergilii versu *(A. II 554)*:

haec finis Priami fatorum,

si mutes haec et 'hic finis' dicas, durum atque
sonum erit, respuentque aures, quod mutaveris. S
illud contra eiusdem Vergilii insuavius facias
mutes *(A. I 241)*:

quem das finem, rex magne, labor

25 sqq. (Non. III p. 205, 5)

8 tua] σ tui γ || 13 iuuemus Q¹ || 14 iudiciis Q¹ indici
15 mutarisque Q || 16 sentencias σ || 18 treicias Q || 22 t
*ex* e) Q || 25 hec (e *ex* o) Q || 26 mutes hec et Q simul ut
si mutes lutet Z mutes, ut *Mercerus* || 30 sex σ

si ita dicas: 'quam das finem', iniucundum ne-
quo pacto et laxiorem vocis sonum feceris.
nnius item rectos cupressos dixit contra re- 13
m vocabuli genus hoc versu *(267 M. 374 B.)*:

pitibus nutantis pinos rectosque cupressos.

ior ei, credo, et viridior sonus esse vocis visus
ectos dicere cupressos quam 'rectas'. Contra 14
idem Ennius in annali duodevicesimo *(495 M.
B.)* aere fulva dixit, non 'fulvo', non ob id solum,
Homerus *(Il. XX 446 XXI 6)* ἠέρα βαθεῖαν
, sed quod hic sonus, opinor, vocabilior visus et
nior.
Sicuti Marco etiam Ciceroni mollius teretiusque 15
m in quinta in Verrem *(V 66, 169)* fretu scri-
quam 'freto': Perangusto inquit fretu divisa.
enim crassius iam vetustiusque 'perangusto freto'
re. Itidem in secunda simili usus modulamine 16
nifesto peccatu inquit, non 'peccato'; hoc enim
iptum in uno atque in altero antiquissimae fidei
o Tironiano repperi. Verba sunt Ciceronis 17
*(II 78, 191)*: Nemo ita vivebat, ut nulla eius
e pars summae turpitudinis esset expers,
o ita in manifesto peccatu tenebatur, ut,
m inpudens fuisset in facto, tum inpudentior
deretur, si negaret.
Huius autem vocis cum elegantior hoc in loco 18
s est, tum ratio certa et probata est. 'Hic' enim 19
ccatus', quasi 'peccatio', recte Latineque dicitur,

---

3 sqq. Non. III p. 195, 21 13 GLK I 129, 8 II 27, 4;
, 3; 264, 4 (Non. III p. 205, 23)

---

5 captibus *Schneider* cautibus *Stowasser* vertice *Onions*
ntantibus X[1] *Non.* ‖ 6 uiuidior ς ‖ 9 ob *om.* δ ‖ 11 hoc abi-
r ΘX | est uisus NOX ‖ 16 iam] Q quam Z *om.* γ | invenustius-
e *Wakefield* ‖ 18 peccato Z | inquit peccatu Q, *unde possis* pro
eccato' ‖ 24 esset Q | imprudentior Z

[redacted]



sicut 'hic incestus' non qui admisit, sed quod admissum est, et 'hic tributus', quod 'tributum' nos dicimus, a plerisque veterum dicta sunt. 'Hic' quoque 'adlegatus' et 'hic arbitratus' pro ⟨'adlegatione' proque⟩ 'arbitratione' dicuntur, qua ratione servata 'arbitratu'

20 et 'adlegatu meo' dicimus. Sic igitur in manifesto peccatu dixit, ut 'in manifesto incestu' veteres dixerunt, non quin Latinum esset 'peccato' dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusque est.

21 Lucretius aeque auribus inserviens funem feminino genere appellavit in hisce versibus *(II 1153)*:

haut, ⟨ut⟩ opinor, enim mortalia saecla superne
aurea de caelo demisit funis in arva,

cum dicere usitatius manente numero posset:

aureus e caelo demisit funis in arva.

22 Sacerdotes quoque feminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grammaticam legem 'antistites'. Nam cum insolentias verborum a veteribus dictorum plerumque respueret, huius tamen verbi in ea parte sonitu delectatus *(Verr. IV 45, 99)*: Sacerdotes inquit

23 Cereris atque illius fani antistitae. Vsque adeo in quibusdam neque rationem verbi neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt suis verba modulis

24 pensitantem. Quod qui non sentiunt, inquit idem ipse M. Cicero *(or. L 168)*, cum de numerosa et apta oratione dissereret, quas auris habeant aut quid in his hominis simile sit, nescio.

2 (Non. III p. 229, 8) 4 (Non. III p. 190, 14) 5 Plaut. Trin. 990; 1142 10 Non. III p. 205, 21 17 sqq. GLK I 100, 23 II 157, 11 Anecd. H. 116, 34 (Non. VIII p. 487, 19)

1 sic hic Q ‖ 3 adnegatus O[1]*Π* ‖ 4 *suppl.* σ ‖ 6 ablegatu O*Π*X ‖ 12 ut *add.* ς ‖ 22 cetis[1] δ celeris O*Π*X ‖ 27 an quid *I*

[redacted]



Illud vero cumprimis apud Homerum veteres grammatici adnotaverunt, quod, cum dixisset quodam in loco *(Il. XVI 583)* κολοιούς τε ψῆράς τε, alio in loco *(Il. XVII 755)* non ψηρῶν τε, set ψαρῶν dixit:

τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,

secutus non communem, sed propriam in quoque vocis situ iucunditatem; nam si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonitu insuave.

## XXII (XXI)

**Verba Titi Castricii rhetoris ad discipulos adulescentes de vestitu atque calciatu non decoro.**

T. Castricius, rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit Romae locum principem declamandi ac docendi, summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in mores atque litteras spectatus, cum me forte praesente — usus enim sum eo magistro — discipulos quosdam suos senatores vidisset die feriato tunicis et lacernis indutos et gallicis calciatos: 'equidem' inquit 'maluissem vos togatos esse; ⟨si⟩ pigitum est, cinctos saltem esse et paenulatos. Sed si hic vester huiuscemodi vestitus de multo iam usu ignoscibilis est, soleatos tamen vos, populi Romani senatores, per urbis vias ingredi nequaquam decorum est, non hercle vobis minus, quam illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine obiectavit.' 1

Haec me audiente Castricius et quaedam alia ad eam rem conducentia Romane et severe dixit. 2
Plerique autem ex his, qui audierant, requirebant, cur soleatos dixisset, qui gallicas, non soleas, haberent. 3

7 quocunque **NX** ‖ 8 in altero **Q** ‖ 16 expectatus **δ** | forte *om.* *γ* ‖ 18 sectatores **X**[2] ‖ 19 callicis **Z** caligis **Q** ‖ 20 maluisse nos **Z** | si *add. Dziatzko* | cunctos **Q**[2]**Z** cultos **Q** ‖ 21 huiusmodi **δ** ‖ 24 nobis **Z**

[redacted]



4 Sed Castricius profecto scite atque incorrupte locu-
5 tus est: omnia enim ferme id genus, quibus plantarum
calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda
et teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt,
6 nonnumquam voce Graeca crepidulas. 'Gallicas'
autem verbum esse opinor novum non diu ante aeta-
tem M. Ciceronis usurpari coeptum, itaque ab eo
ipso positum est in secunda Antonianarum *(Phil.
II 30, 76)*: Cum gallicis inquit et lacerna cucur-
7 risti. Neque in ea significatione id apud quemquam
alium scriptum lego gravioris dumtaxat auctoritatis
scriptorem; sed, ut dixi, crepidas et crepidulas prima
syllaba correpta id genus calciamentum appellaverunt,
quod Graeci κρηπῖδας vocant, eiusque calciamenti
8 sutores crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio
in libro rerum gestarum XIV *(fr. 11 P.)*: Crepi-
darium inquit cultellum rogavit a crepidario
sutore.

## XXIII (XXII)

⟨De Neriene Martis in antiquis conprecationibus.⟩

1 Conprecationes deum inmortalium, quae ritu Ro-
mano fiunt, expositae sunt in libris sacerdotum
populi Romani et in plerisque antiquis orationi-
2 bus. In his scriptum est: Luam Saturni, Sala-
ciam Neptuni, Horam Quirini, Virites Quirini,
Maiam Volcani, Heriem Iunonis, Moles Martis
3 Nerienemque Martis. Ex quibus id, quod postre-
mum posui, sic plerosque dicere audio, ut primam in
eo syllabam producant, quo Graeci modo dicunt Νη-
ρεΐδας. Sed qui proprie locuti sunt, primam correp-

6 est Z || 9 caligis *fere codd. Cic.* || 12 auctorem Q || 13 calciamenti $\mathrm{Q}^2$ZNX || 14 ΚΡΗΠΕΙΔaC *fere* ω | eius Q || 16 XIIII X || 20 *lemma hic et p. 87, 9 om.* ω; *inepta finxerunt* ς; *quae posui, Hertzii sunt* || 22 libro Z || 24 lucam $\mathrm{O}^1$*Π* | solaciam Q || 25 iurites γ Curitis *Turnebus* | quiritu QX quiritii $\mathrm{O}^1$*Π* || 26 molas O*Π*X || 27 que *om.* N || 30 prope Z probe N*Π*X

ı dixerunt, tertiam produxerunt. Est enim rectus 4
■ vocabuli, sicut in libris veterum scriptum 'Nerio', quamquam M. Varro in satura Menip-
ı, quae inscribitur *Σκιομαχία*, non 'Nerio', sed
rienes vocative dicit in his versibus *(fr. 506 B.)*:

ı Anna ác Peranna, Pánda Cela, té Pales,
leriénes ⟨et⟩ Minérva, Fortuna ác Ceres.

quo nominandi quoque casum eundem fieri neces- 5
, est. Sed Nerio a veteribus sic declinabatur 6
ı Anio: nam perinde ut 'Anienem', sic 'Nerienem'
runt tertia syllaba producta. Id autem, sive 'Nerio' 7
'Nerienes' est, Sabinum verbum est, eoque signi-
ur virtus et fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos 8
ıbinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque
stanti fortitudine, 'Nero' appellatus est. Sed id 9
ni accepisse a Graecis videntur, qui vincula et
amenta membrorum *νεῦρα* dicunt, unde nos quo-
Latine 'nervos' appellamus. Nerio igitur Martis 10
et potentia et maiestas quaedam esse Martis de-
ıstratur.

Plautus autem in Truculento coniugem esse 11
ienem Martis dicit, atque id sub persona militis
ıoc versu *(v. 515)*:

lárs peregre adveniéns salutat Nérienem
uxorém suam.

Super ea re audivi non incelebrem hominem dicere 12
is comice Plautum inperito et incondito militi
ım novamque opinionem tribuisse, ut Nerienem

12 sqq. Suet. Tib. 1 Lydus mens. IV 42 (60) mag. I 23 CGL
186 17 Isid. XI 1, 83

1 duxerunt *Π* ‖ 2 casus eius **Z** ‖ 4 scribitur *δ* ‖ 6 panda
ato *ω* Panda Celato *ς corr. Mms.* Panda te lito *Hertz* ‖
leriemis *Buecheler* | et *add. edd. vett.* | mineruam *δ***X** ‖ 9 de-
abitur *δ* -natur *γ corr. Lion* ‖ 11 producta *om.* *δ* ‖ 14 quis **Q**
iquis *CFWMueller* ‖ 15 nerio **Q** ‖ 24 salutauit **Q** salutati **Z**

[redacted]



13 coniugem esse Martis putaret. Sed id perite magis quam comice dictum intelleget, qui leget Cn. Gellii annalem tertium, in quo scriptum est Hersiliam, cum apud T. Tatium verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse *(fr. 15 P.)*: Neria Martis, te obsecro, pacem da, te, uti liceat nuptiis propriis et prosperis uti, quod de tui coniugis consilio contigit, uti nos itidem integras raperent, unde liberos sibi et suis, posteros patriae pararent.

14 De tui inquit coniugis consilio Martem scilicet significans; per quod apparet non esse id poetice a Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur.

15 Inibi autem animadvertendum est, quod Gellius Neria dicit per a litteram, non 'Nerio' neque 'Nerienes'.

16 Praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex, vetus comoediarum scriptor, in fabula, quae Neaera inscripta est, ita scripsit *(p. 39 R.*[3]*)*:

> nolo égo Neaeram té vocent, set Nérienem,
> cum quidém Mavorti es ín conubiúm data.

17 Ita autem se numerus huiusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba contra quam supra dictum est corripienda sit; cuius sonitus quanta aput veteres indifferentia sit, notius est, quam ut plura in id verba
18 sumenda sint. Ennius autem in primo annali in hoc versu *(112 M. 70 B.)*:

> Nerienem Mavortis et Herem,

si, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit.

2 quis Z || 6 da te *Hertz* date ω dato *Boot* dare σ | propitiis *Meursius* || 7 prosperiis $Q^{1}$ZNΠ || 8 ut ī nos ς || 9 suis posteris ω *corr. Boot* || 18 nerea Z ueara Q | scripta ς || 19 neaerem Z -re Q -ra Π || 20 quandoquidem *Bothe* quoniam quidem *Fleckeisen* | Mavorti *Ribb.* marti ω | est ΠX || 21 eiusce Z || 22 syll. producatur Π || 25 primo] principio Z || 27 Herem *Meursius* erdem X herclem ω

[redacted]



Ac ne id quidem praetermittendum puto, cuius- 19
modi est, quod in commentario quodam Servii Claudii *(p. 15 E.)* scriptum invenimus, 'Nerio' dictum quasi 'Neirio', hoc est sine ira et cum placiditate, ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur; 'ne' enim particula, ut apud Graecos, ita plerumque in Latina quoque lingua privativa est.

## XXIV (XXIII)

**⟨Verba M. Catonis egere se multis rebus et nihil tamen cupere dicentis.⟩**

M. Cato consularis et censorius publicis iam 1
privatisque opulentis rebus villas suas inexcultas et rudes ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit ad annum usque aetatis suae septuagesimum. Atque ibi postea his verbis utitur *(ORF² p. 146)*: Neque mihi inquit aedificatio neque vasum neque vestimentum ullum est manupretiosum neque pretiosus servus neque ancilla. Si quid est, inquit quod utar, utor; si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque frui licet. Tum deinde addit: Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere. Haec mera veritas Tusculani hominis 2
egere se multis rebus et nihil tamen cupere dicentis plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam sustinendamque inopiam quam Graecae istorum praestigiae philosophari sese dicentium umbrasque verborum inanes fingentium, qui se nihil habere et nihil tamen egere ac nihil cupere dicunt, cum et habendo et egendo et cupiendo ardeant.

---

6 Lydus mag. I 42

---

1 id] hic *Π* | cuimodi **X Z** cuicuimodi **N O** *Π* ‖ 2 quedam **X** *om.* δ ‖ 6 ut] ait δ ‖ 11 publicus δ ‖ 12 opulentus *edd. vett.* ‖ 17 neque *om.* δ ‖ 19 est *om.* **Z** | ego sum ω *corr. Stephanus* ‖ 25 Graecorum *Hertz* Graeculorum pr. *Boot* ‖ 27 fugientium **Z** ‖ 28 tam **Q** | et habeant *Eussner, del. Hertz*

[redacted]



## XXV (XXIV)

**Quaesitum tractatumque, quid sint 'manubiae'; atque inibi dicta quaedam de ratione utendi verbis pluribus idem significantibus.**

1 In fastigiis fori Traiani simulacra sunt sita circum-
undique inaurata equorum atque signorum militarium,
2 subscriptumque est: ex manubiis. Quaerebat Favo-
rinus, cum in area fori ambularet et amicum suum
consulem opperiretur causas pro tribunali cognoscen-
tem nosque tunc eum sectaremur, quaerebat, inquam,
quid nobis videretur significare proprie 'manubiarum'
3 illa inscriptio. Tum quispiam, qui cum eo erat, homo
in studiis doctrinae multi atque celebrati nominis: 'ex
manubiis' inquit 'significat 'ex praeda'; manubiae
4 enim dicuntur praeda, quae manu capta est.' 'Etiam-
si' inquit Favorinus 'opera mihi princeps et prope
omnis in litteris disciplinisque Graecis sumpta est, non
usque eo tamen infrequens sum vocum Latinarum,
quas subsicivo aut tumultuario studio colo, ut hanc
ignorem manubiarum interpretationem vulgariam, quod
esse dicantur manubiae praeda. Sed quaero, an
M. Tullius, verborum homo diligentissimus, in ora-
tione, quam dixit de lege agraria Kalendis Ia-
nuariis contra Rullum, inani et inlepida gemina-
tione iunxerit 'manubias' et 'praedam', si duo haec
verba idem significant neque ulla re aliqua dissident?'
5 Atque, ut erat Favorinus egregia vel divina quadam
6 memoria, verba ipsa M. Tulli statim dixit. Ea nos
hic adscripsimus *(de leg. agr. I p. 601 Or.[2])*: Praedam,
manubias, sectionem, castra denique Cn. Pom-

---

15 GLK I 98, 1 Gl. Reiff. 34 (Ascon. Cic. Verr. I 59, 154 p. 199 Or. Isid. XVIII 2, 8) CGL VI 678  19 Amm. XVII 1, 11 cfr. Otto, Sprichw. p. 256  22 sq. 29 sqq. Non. V p. 432, 25

---

7 manibus *saepius* QZ *unde* manibiis *Hertz* || 20 manub. *om.* γ || 28 M. *om.* Z (Q) || 29 a(d)scribimus γ || 30 sectiles *codd. Non.*

i sedente imperatore decemviri vendent; et itidem duo haec simul iunctim posita dixit *(II 59)*: Ex praeda, ex manubiis, ex auro corotio. Ac deinde ad eum convertit, qui manubias 7 praedam dixerat, et: 'videturne tibi' inquit 'utroin loco M. Cicero duobus verbis idem, sicuti tu s, significantibus inepte et frigide esse usus ac ioco dignus, quali apud Aristophanen, facetissi- comicorum, Euripides Aeschylum insectatus cum ait *(ran. 1154; 1156 sqq.)*:

ς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
κω γὰρ εἰς γῆν, φησί, καὶ κατέρχομαι·
κω δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.
ὴ τὸν Δί', ὥσπερ γ' εἴ τις εἴποι γείτονι·
ρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον?'

quaquam vero' inquit ille 'talia videntur, quale 8 μάκτρα et κάρδοπος, quae vel a poetis vel orato- Graecis nostrisque celebrandae et ornandae rei duobus eadem pluribusve nominibus frequentur.'

'Quid igitur' inquit Favorinus 'valet haec repetitio 9 urratioque eiusdem rei sub alio nomine in 'manu-' et in 'praeda'? num ornat, ut alioqui solet, oraem? num eam modulatiorem aptioremque reddit? onerandi vel exprobrandi criminis causa exaggeonem aliquam speciosam facit? sicut in libro eius- M. Tulli, qui de constituendo accusatore , una eademque res pluribus verbis vehementer at- atrociter dicitur *(div. in Caec. V 19)*: Sicilia tota, una voce loqueretur, hoc diceret: quod auri, od argenti, quod ornamentorum in meis urbus, sedibus, delubris fuit. Nam cum urbes mel totas dixisset, sedes delubraque addidit, quae

1 d. v.] censores *Non.* ‖ 8 loco δ O ‖ 13 ἥκειν *Arist.* ‖ 14 ΔΗ γ ‖ 17 uel *prius om.* N O Π ‖ 18 cel.] uenerande Q ‖ 25 exagcionem Q *et ut vid.* X[1]

[redacted]



10 sunt ipsa quoque in urbibus. Item in eodem libro
simili modo *(IV 11)*: Siciliam inquit provinciam
C. Verres per triennium depopulatus esse, Si-
culorum civitates vastasse, domos exinanisse,
11 fana spoliasse dicitur. Ecquid videtur, cum Sici-
liam provinciam dixerit atque insuper etiam civitates
addiderit, domos etiam et fana, quae infra posuit,
conprehendisse? Verba haec item multa atque varia:
depopulatus esse, vastasse, exinanisse, spo-
liasse, nonne unam et eandem vim in sese habent?
Sane. Sed quia cum dignitate orationis et cum gravi
verborum copia dicuntur, quamquam eadem fere sint
et ex una sententia cooriantur, plura tamen esse existi-
mantur, quoniam et aures et animum saepius feriunt.
12 Hoc ornatus genus in crimine uno vocibus multis
atque saevis extruendo ille iam tunc M. Cato anti-
quissimus in orationibus suis celebravit, sicuti in
illa, quae inscripta est de decem hominibus, cum
Thermum accusavit, quod decem liberos homines
eodem tempore interfecisset, hisce verbis eandem om-
nibus rem significantibus usus est, quae quoniam sunt
eloquentiae Latinae tunc primum exorientis lumina
quaedam sublustria, libitum est ea mihi *ἀπομνημο-
νεύειν (VIII 1 J.)*: Tuum nefarium facinus peiore
facinore operire postulas, succidias humanas
facis, tantam trucidationem facis, decem funera
facis, decem capita libera interficis, decem ho-
minibus vitam eripis indicta causa, iniudica-
13 tis, incondemnatis. Item M. Cato in orationis
principio, quam dixit in senatu pro Rodiensibus,
cum vellet res nimis prosperas dicere, tribus voca-
14 bulis idem sentientibus dixit. Verba eius haec sunt

5 Haec quid (*ex* qui **X**) *ω corr. Ald.* || 8 comprehendisset *γ* 9 uastasse ex. *om.* ***δ*** || 22 lumine ***δ*** || 23 quidem ***Π*** || 25 facinore *om.* **Q** || 26 tant. truc. facis *om.* **NOΠ** tantas trucidationes **X** | 28 ind.] indicat ***Π*** indici **X** in iudicata **Z** || 29 inc.] **Q** indem(p)natis *ω* || 32 sent. uerba eius dixit . hec ***δ***

[redacted]



*(V 1 J.)*: Scio solere plerisque hominibus in rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere. Itidem Cato ex originum VII. 15
*(fr. 108 P.)* in oratione, quam contra Servium Galbam dixit, conpluribus vocabulis super eadem re usus est *(ORF² p. 123)*: Multa me dehortata sunt huc prodire, anni, aetas, vox, vires, senectus; verum enimvero cum tantam rem peragier arbitrarer, ***.

Sed ante omnis apud Homerum eiusdem rei atque 16
sententiae luculenta exaggeratio est *(Il. XI 163)*:

*Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς ἔκ τε κονίης*
*ἔκ τ' ἀνδροκτασίης ἔκ θ' αἵματος ἔκ τε κυδοιμοῦ.*

Item alio in versu *(Od. XI 612)*:

*ὑσμῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε.*

Nam cum omnia ista utrobique multa et cognominia 17
nihil plus demonstrent quam proelium, huius tamen rei varia facies delectabiliter ac decore multis variisque verbis depicta est. Neque non illa quoque aput 18
eundem poetam una in duobus verbis sententia cum egregia ratione repetita est: Idaeus enim, cum inter Aiacem et Hectorem decertantes armis intercederet, his ad eos usus est *(Il. VII 279)*:

*μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε μηδὲ μάχεσθε,*

in quo versu non oportet videri alterum verbum idem, 19

---

7 Sall. Iug. XXXI 1 Anth. lat. 485 (= Rhet. lat. min. 68 H.), 140

---

8 etas uxor uires *in ras.* Z² ‖ 9 rem p. agier NO | arbitraret Z -retur Q ‖ 19 cognomina Q connoīa Z continua nomina γ *corr. Hertz* ‖ 24 es (est Q) tideus δ ‖ 26 eos] Q eos uerbis ω

[redacted]



quod superius, significans supplendi numeri causa extrinsecus additum et consarcinatum. Est enim hoc inane admodum et futtile. Sed cum in iuvenibus gloriae studio flagrantibus pervicaciam ferociamque et cupidinem pugnae leniter tamen ac placide obiurgaret, atrocitatem rei et culpam perseverandi bis idem dicendo alio atque alio verbo auxit inculcavitque, duplexque eadem conpellatio admonitionem facit instantiorem.
20 Ne illa quidem significationis eiusdem repetitio ignava et frigida videri debet *(Od. XX 241)*:

μνηστῆρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατόν τε μόρον τε
ἤρτυον,

quod bis idem: *θάνατον* et *μόρον* dixerit; indignitas enim moliendae tam acerbae tamque iniustae necis
21 miranda mortis iteratione defleta est. Ceterum quis tam obtunso ingeniost, quin intellegat *(Il. II 8)*:

βάσκ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε,

et *(Il. VIII 399)*:

βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα,

verba idem duo significantia non frustra posita esse *ἐκ παραλλήλων*, ut quidam putant, sed hortamentum esse acre imperatae celeritatis?

22 Verba quoque illa M. Ciceronis in L. Pisonem trigemina, etiamsi durae auris hominibus non placent, non venustatem modo numeris quaesiverunt, sed figuram simulationemque oris pluribus simul vocibus ever-
23 beraverunt *(in Pis. I 1)*: Vultus denique inquit

17 Amm. XXI 16, 4

4 fl. peruicaciamque et c. *δ* ‖ 5 placide *om.* **X** (*qui* hac) blande *Π* ‖ 14 ΘαΝαΤΟΚαΙ (-ΟCαΙ *ΠX*) *γ* ‖ 16 miseranda *Btl.* ‖ 17 ingenio sit (si Z) *δ ΠX* ‖ 19 ΚαΙ *γ* ‖ 22 ΠαΡαΛΛΗΛΩ N *ΠX* ‖ 26 figuram, sim. *dist. Vogel* ‖ 27 uerberauerunt *γ*

[redacted]



qui sermo quidam tacitus mentis est,
fraudem homines impulit, hic eos, qui-
at ignotus, decepit, fefellit, induxit. Quid 24
Simile est' inquit 'apud eundem in 'praeda'
nubiis'? Nihil profecto istiusmodi est. Nam 25
ornatius fit additis manubiis neque exaggeratius
tiusve; sed aliud omnino 'praeda' est, ut in
rerum verborumque veterum scriptum est,
manubiae'. Nam praeda dicitur corpora ipsa 26
quae capta sunt, manubiae vero appellatae sunt
ı a quaestore ex venditione praedae redacta.
ıue ergo dixit M. Tullius cumulandae invidiae 27
decemviros ablaturos persecuturosque: et prae-
uae nondum esset venundata, et pecuniam, quae
ditione praedae percepta esset.
ıue haec inscriptio, quam videtis: ex manubiis, 28
s corporaque ipsa praedae demonstrat — nihil
aptum est horum a Traiano ex hostibus —, sed
sse haec conparataque 'ex manubiis', id est ex
ı praedaticia, declarat. Manubiae enim sunt, 29
iam dixi, non praeda, sed pecunia per quaesto-
puli Romani ex praeda vendita contracta. Quod 30
uaestorem' autem dixi, intellegi nunc oportet
tum aerario significari. Nam cura aerarii a
ribus ad praefectos translata est. Est tamen 31
ıquam invenire ita scripsisse quosdam non igno-
criptores, ut aut temere aut incuriose 'praedam'
nanubiis' et 'manubias' pro 'praeda' posuerint
opica quadam figura mutationem vocabuli fece-
quod facere concessum est scite id periteque

ıq. Non. V p. 432, 26 Gl. Reiff. 33 CGL VI 679

raude δ ‖ 5 est *om.* γ ‖ 6 ornatus γ ‖ 10 appellata Q¹Z ‖
secutoresque δ ‖ 15 praecepta δ ‖ 20 predantia δ ‖
d] sed δ ‖ 28 apposuerint Π

32 facientibus. Sed enim, qui proprie atque signate locuti sunt, sicut hoc in loco M. Tullius, manubias pecuniam dixerunt.'

## XXVI (XXV)

Verba P. Nigidii, quibus dicit in nomine Valeri in casu vocandi primam syllabam acuendam esse; et item alia ex eiusdem verbis ad rectam scripturam pertinentia.

1 P. Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum vicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium praecellentis *(fr. 35 Sw.)*: Deinde inquit voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi sint an vocandi? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tonost quam prima, deinde novissima deicitur; at in casu vocandi summo tonost prima, deinde gradatim
2 descendunt. Sic quidem Nigidius dici praecipit. Sed si quis nunc Valerium appellans in casu vocandi secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam, non
3 aberit, quin rideatur. 'Summum' autem 'tonum' προσῳδίαν acutam dicit et, quem accentum nos dicimus, 'voculationem' appellat et 'casum interrogandi' eum dicit, quem nunc nos genetivum dicimus.
4 Id quoque in eodem libro Nigidiano animadvertimus *(fr. 36 Sw.)*: Si 'huius' inquit 'amici' vel 'huius magni' scribas, unum i facito extremum; sin vero 'hii magnii', 'hii amicii' casu multi-

8 sqq. cfr. Schoell, acta soc. ph. Lips. VI p. 58; 140 Lucil. fr. 261 B. GLK I 78, 4, vd. Swoboda 20 cfr. ad XIII 6, 1 Schoell l. l. p. 89 25 sqq. Lucil. fr. 262 B. Varro fr. 44 W. GLK VI 17, 21

2 sicuti γ ‖ 3 pecunias X[1] ‖ 5 ualerii δΠX ‖ 12 ualerii ς ‖ 14 si interiore X | sonost N[1] ‖ 27 si Π sui Q | hi QNO | magni Q magnei OΠX | hi NO | amicei OΠX | causa Q

[redacted]



tudinis recto, tum ⟨i⟩ ante i scribendum erit, atque id ipsum facies in similibus. Item *(fr. 37 Sw.)*: si 'huius terrai' scribas, i littera sit extrema, si 'huic terrae', per e scribendum est. Item *(fr. 38 Sw.)*: 'mi' qui scribit in casu interrogandi, velut cum dicimus 'mi studiosus', per i unum scribat, non per e; at cum 'mei', tum per e et i scribendum est, quia dandi casus est. Haec nos auctoritate doctissimi hominis adducti propter eos, qui harum quoque rerum scientiam quaerunt, non praetermittenda existimavimus.

## XXVII (XXVI)

De versibus, quos Vergilius sectatus videtur, Homeri ac Partheni.

Partheni poetae versus est *(anal. Alex. p. 285 fr. 33 Mein.)*: 1

*Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ εἰναλίῳ Μελικέρτῃ.*

Eum versum Vergilius aemulatus est itaque fecit duobus vocabulis venuste inmutatis parem *(g. I 437)*: 2

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.

Sed illi Homerico non sane re parem neque similem fecit; esse enim videtur Homeri *(Il. XI 728)* simplicior et sincerior, Vergilii *(A. III 119)* autem *νεωτερικώτερος* et quodam quasi ferumine inmisso fucatior: 3

*Ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι.*
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

2 sqq. Lucil. fr. 258 B. GLK VII 24, 10; (57, 21;) 158, 10
14 sqq. Macr. V 17, 18

1 i *hic add. Eussner, inter* i *et* scribendum *Hertz* alterum i *Vossis* | erit] Q erit e *ω* ‖ 3 terr(a)e *ω* ‖ 5 *et* 6 mi *edd. vett.* mei *ω* ‖ 6 studiosis *δ* ‖ 7 ac *δ*NO¹ | mei] *γ* miei *δ* ‖ 18 uenustatem mutatis Q ‖ 20 rem Z rerū (ū *ex* ē) Q ‖ 23 immisto *Triller*

## XXVIII (XXVII)

De sententia Panaetii philosophi, quam scripsit in libro de officiis secundo, qua hortatur, ut homines ad cavendas iniurias in omni loco intenti paratique sint.

1 Legebatur Panaetii philosophi liber de officiis
secundus ex tribus illis inclitis libris, quos M. Tul-
lius magno cum studio maximoque opere aemulatus
2 est. Ibi scriptum est cum multa alia ad bonam
frugem ducentia, tum vel maxime, quod esse haerere-
3 que in animo debet. Id autem est ad hanc ferme
sententiam (*fr. 8 F.*): 'Vita' inquit 'hominum, qui
aetatem in medio rerum agunt ac sibi suisque esse
usui volunt, negotia periculaque ex inproviso adsidua
et prope cotidiana fert. Ad ea cavenda atque decli-
nanda perinde esse oportet animo prompto semper
atque intento, ut sunt athletarum, qui pancratiastae
4 vocantur. Nam sicut illi ad certandum vocati pro-
iectis alte brachiis consistunt caputque et os suum
manibus oppositis quasi vallo praemuniunt membra-
que eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad
vitandos ictus cauta sunt aut ad faciendos parata: ita
animus atque mens viri prudentis adversus vim et
petulantias iniuriarum omni in loco atque in tempore
prospiciens esse debet, erecta, ardua, saepta solide,
expedita in sollicitis, numquam conivens, nusquam
aciem suam flectens, consilia cogitationesque contra
fortunae verbera contraque insidias iniquorum quasi
brachia et manus protendens, ne qua in re adversa
et repentina incursio inparatis inprotectisque nobis
oboriatur.'

8 cfr. Otto, Sprichw. p. 147

3 quo **X** que **Z** ‖ 10 fere **δ** ‖ 11 quia etate **δ** ‖ 16 athl. ⟨animi⟩ *Sk.* | pancratiac (-cie **Q**) **δN** pangratiae **OΠX** *corr. Iunt.* ‖ 23 omnis **Z** ‖ 24 prospiciens] iam sollicitis prospiciens **Q**[1] soli **Π** ‖ 25 expetita **NOΠ** | in soll.] **X** (?) *Gr.* iam sollicitis **δ** *om.* **ONΠ** etiam in s. *Hertz* | expedita, in s. n. *dist. plerique* ‖ 29 et inrepentina *ω corr.* ς

[redacted]



## XXIX (XXVIII)

Quod Quadrigarius 'cum multis mortalibus' dixit; an quid et quantum differret, si dixisset 'cum multis hominibus'.

Verba sunt Claudii Quadrigarii ex annalium 1
eius XIII *(fr. 76 P.)*: Contione dimissa Metellus
in Capitolium venit cum mortalibus multis;
inde domum proficiscitur, tota civitas eum re-
duxit. Cum is liber eaque verba M. Frontoni nobis 2
ei ac plerisque aliis adsidentibus legerentur et cuidam
haut sane viro indocto videretur mortalibus multis
pro 'hominibus multis' inepte frigideque in historia
nimisque id poetice dixisse, tum Fronto illi, cui hoc
videbatur: 'ain tu,' inquit 'aliarum homo rerum iudicii
elegantissimi, mortalibus multis ineptum tibi videri
et frigidum, nil autem arbitrare causae fuisse, quod vir
modesti atque puri ac prope cotidiani sermonis mor-
talibus maluit quam 'hominibus' dicere, eandemque
credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem,
si 'cum multis hominibus' ac non cum multis mor-
talibus diceret? Ego quidem' inquit 'sic existimo, 3
nisi si me scriptoris istius omnisque antiquae orationis
amor atque veneratio caeco esse iudicio facit, longe
longeque esse amplius, prolixius, fusius in significanda
totius prope civitatis multitudine mortales quam
'homines' dixisse. Namque 'multorum hominum' ap- 4
pellatio intra modicum quoque numerum cohiberi
atque includi potest, 'multi' autem 'mortales' nescio
quo pacto et quodam sensu inenarrabili omne fere
genus, quod in civitate est et ordinum et aetatum et
sexus conprehendunt; quod scilicet Quadrigarius,
ita ut res erat, ingentem atque promiscam multitudi-
nem volens ostendere cum multis mortalibus Me-

---

8 M.] an Q *om.* Z a frontone Q[2] || 9 et a *ex* etac Q || 13 an NOQ[2] ait X || 16 modestus *γ* || 22 longe lateque N[2]O[2] longe atque O*Π*X l. atque lateque N || 23 fusti

[redacted]



tellum in Capitolium venisse dixit ἐμφατικώτερον,
quam si 'cum multis hominibus' dixisset.
5 Ea nos omnia, quae Fronto dixit, cum ita, ut
par erat, non adprobantes tantum, sed admirantes quo-
que audiremus: 'videte tamen,' ⟨inquit⟩ 'ne existimetis
semper atque in omni loco 'mortales multos' pro
'multis hominibus' dicendum, ne plane fiat Graecum
illud de Varronis satura *(p. 219 B.)* proverbium τὸ
6 ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον.' Hoc iudicium Frontonis
etiam ⟨in⟩ parvis minutisque vocabulis non praeter-
mittendum putavi, ne nos forte fugeret lateretque sub-
tilior huiuscemodi verborum consideratio.

## XXX (XXIX)

Non hactenus esse faciem, qua volgo dicitur.

1 Animadvertere est pleraque verborum Latinorum
ex ea significatione, de qua nata sunt, decessisse vel
in aliam longe vel in proximam eamque decessionem
factam esse consuetudine et inscitia temere dicentium,
2 quae, cuimodi sint, non didicerint. Sicuti quidam fa-
ciem esse hominis putant os tantum et oculos et
genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt, quando facies
sit forma omnis et modus et factura quaedam cor-
poris totius a faciendo dicta, ut ab aspectu species
3 et a fingendo figura. Itaque Pacuvius in tragoe-
dia, quae Niptra inscribitur, faciem dixit hominis
pro corporis longitudine *(v. 253 R.³)*:

aetate inquit íntegra,
feróci ingenio, fácie procerá virum.

---

19 sqq. Non. I p. 52, 20 (= CGL V 649, 18) V p. 426, 30 Isid. XI 1, 33 diff. 589 Gl. Reiff. 35  21 sqq. Donat. Ter. Eun. II 3, 5 Serv. A. pl. VIII 194 (VI 104 VIII 298)

---

3 omnes Q omni Z ‖ 5 inquit *add.* σ ‖ 10 in *add.* σ ‖ 14 quam QX ‖ 16 in qua γ ‖ 19 cuiusmodi Q | quidem δ ‖ 20 tamen et Q¹Z ‖ 23 a specto *gl. Reiff.* a spectu *Bothe* ‖ 25 nupta *Non.* | scribitur ZQ² scribuntur Q ‖ 28 feroces Q

[redacted]



Non solum autem in hominum corporibus, sed 4
etiam in rerum cuiusquemodi aliarum 'facies' dicitur.
Nam montis et caeli et maris facies, si tempestive
dicatur, probe dicitur. Sallustii verba sunt ex 5
historia secunda *(fr. II 2 M.)*: Sardinia in Africo
mari facie vestigii humani in orientem quam
in occidentem latior prominet. Ecce autem id 6
quoque in mentem venit, quod etiam Plautus in
Poenulo faciem pro totius corporis colorisque habitu
dixit. Verba Plauti haec sunt *(v. 1111)*:

set eárum nutrix quá sit facie, mi éxpedi. —
statúra non magna, corpore aquilost. — ípsa
eást. —
specié venusta, ore atque oculis pérnigris. —
formám quidem hercle vérbis depinxtí probe!

Praeterea memini Quadrigarium in undevicesimo 7
*(fr. 86 P.)* faciem pro statura totiusque corporis figura
dixisse.

## XXXI (XXX)

Quid sit in satura M. Varronis 'caninum prandium'.

Laudabat venditabatque se nuper quispiam in libra- 1
ria sedens homo inepte gloriosus, tamquam unus esset
in omni caelo saturarum M. Varronis enarrator,
quas partim Cynicas, alii Menippeas appellant. Et
iaciebat inde quaedam non admodum difficilia, ad quae
conicienda adspirare posse neminem dicebat. Tum 2
forte ego eum librum ex isdem saturis ferebam, qui

3 Serv. A. V 768 VI 560 5 Isid. XIV 6, 39; 7, 1 Plin. III 7, 85 Mart. Cap. VI 645 24 II 18, 7

6 occid. q. in orientem *Non.* ‖ 7 in *om.* *δ* ‖ 11 mihi *ω* *Non.* ‖ 12 non *om.* *Π*[1] hau(d) *Plaut.* | aquilo *codd. Plaut.* aquilino *Non.* | ipsa (e)st *ω* *Non.* ‖ 14 uenustast *CFWMueller* | crine *Btl.* ‖ 15 depinxit *ω* ‖ 16 undecimo *Z* ‖ 22 ineptus *δ, sed vd. Plaut. Most. 495* | t. in unum *δ* ‖ 25 atque *δ* O[1] *Π*[1]

[redacted]



3 Ὑδροκύων inscriptus est. Propius igitur accessi et: 'nosti,' inquam 'magister, verbum illud scilicet e Graecia vetus musicam, quae sit abscondita, eam esse nulli rei? oro ergo te, legas hos versus pauculos et proverbii istius, quod in his versibus est, sententiam
4 dicas mihi.' 'Lege' inquit 'tu mihi potius, quae non
5 intellegis, ut ea tibi ego enarrem.' 'Quonam' inquam 'pacto legere ego possum, quae non adsequor? indistincta namque et confusa fient, quae legero, et tuam quoque impedient intentionem.'

6 Tunc aliis etiam, qui ibi aderant, compluribus idem comprobantibus desiderantibusque accipit a me librum
7 fidei veterem spectatae luculente scriptum. Accipit
8 autem inconstantissimo vultu et maestissimo. Sed quid deinde dicam? non audeo hercle postulare, ut id
9 credatur mihi. Pueri in ludo rudes, si eum librum accepissent, non hi magis in legendo deridiculi fuissent; ita et sententias intercidebat et verba corrupte pro-
10 nuntiabat. Reddit igitur mihi librum multis iam ridentibus et: 'vides' inquit 'oculos meos aegros adsiduisque lucubrationibus prope iam perditos; vix ipsos litterarum apices potui conprehendere; cum valebo ab oculis, revise ad me et librum istum tibi totum legam.'
11.12 'Recte' inquam 'sit oculis, magister, tuis; sed, in quo illis nihil opus est, id, rogo te, dicas mihi: caninum prandium in hoc loco, quem legisti, quid significat?'
13 Atque ille egregius nebulo quasi difficili quaestione proterritus exurgit statim et abiens: 'non' inquit 'parvam rem quaeris; talia ego gratis non doceo.'

14 Eius autem loci, in quo id proverbium est, verba haec sunt *(fr. 575 B.)*: Non vides apud Mnesitheum

8 Suet. Ner. 20, cfr. Otto, Sprichw. p. 236 31 sqq. Athen. I 59 p. 32[d]

1 ΥΔΡΟΚΡΥΩΝ NO ‖ 2 nostri Q[1]Z | egregia (-iae X) γ ‖ 11 et qui Z ‖ 12 approbantibus Z comprecantibus *Vassis* ‖ 20 egressos Z ‖ 23 ad *del.* X[2] ‖ 31 in uestheum Q mnestheum *fere* ω

[redacted]



scribi tria genera esse vini, nigrum, album, medium, quod vocant *κιρρόν*, et novum, vetus, medium? et efficere nigrum virus, album urinam, medium *πέψιν*? novum refrigerare, vetus calefacere, medium esse prandium caninum?
Quid significet prandium caninum, rem leviculam 15
diu et anxie quaesivimus. Prandium autem abstemium, 16
in quo nihil vini potatur, caninum dicitur, quoniam
canis vino caret. Cum igitur medium vinum appel- 17
lasset, quod neque novum esset neque vetus, et plerumque homines ita loquantur, ut omne vinum aut novum esse dicant aut vetus, nullam vim habere significavit neque novi neque veteris, quod medium esset, et idcirco pro vino non habendum, quia neque refrigeraret neque calefaceret. Refrigerare id dicit, quod Graece *ψύχειν* dicitur.

---

6 cfr. Otto, Sprichw. p. 72     7 CGL VI 9

---

2 KIPPONEĪ γ ‖ 3 uiris δ ‖ 4 ΠΕΥΕΙΝ γ ΠΕΥΕΙΝ Z ‖ 8 uinum O[1] *om.* Q ‖ 13 et *om.* γ ‖ 16 ΥΥΧΕΙΝ Z *om.* ω

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVARTVS DECIMVS

## I

Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldaei appellantur et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata hominum dicturos pollicentur.

1 Adversum istos, qui sese Chaldaeos seu genethlia-
cos appellant ac de motu deque positu stellarum dicere
posse, quae futura sunt, profitentur, audivimus quon-
dam Favorinum philosophum Romae Graece disse-
2 rentem egregia atque inlustri oratione; exercendi
autem, non ostentandi gratia ingenii, an quod ita
serio iudicatoque existimaret, non habeo dicere. Ca-
pita autem locorum argumentorumque, quibus usus
est, quod eius meminisse potui, egressus ibi ex audi-
tione propere adnotavi, eaque fuerunt ad hanc ferme
sententiam *(p. 44 Ma.)*: disciplinam istam Chaldaeorum
tantae vetustatis non esse, quantae videri volunt, neque
eos principes eius auctoresque esse, quos ipsi ferant,
sed id praestigiarum atque offuciarum genus commen-
tos esse homines aeruscatores et cibum quaestumque

3 cotu **Q** coitu (*saepius*) **Q**² | facta *γ* || 10 **autem non**] **Q aut** ne (nē **Z**) **O** *Π***Z** ne aut **N** autanne **X** an ne **O**² || 11 **secto** *ex serto* **Q** || 13 quot *et* quoad ς | sibi *δ* || 16 **uenustatis O**

[redacted]



ex mendaciis captantes. Atque eos, quoniam viderent 3
terrena quaedam inter homines sita caelestium rerum
sensu atque ductu moveri, quale est, quod oceanus
quasi lunae comes cum ea simul senescit adolescitque,
hinc videlicet sibi argumentum ad suadendum para-
visse, ut crederemus omnia rerum humanarum et
parva et maxima tamquam stellis atque sideribus
evincta duci et regi. Esse autem nimis quam ineptum 4
absurdumque, ut, quoniam aestus oceani cum lunae
curriculo congruit, negotium quoque alicuius, quod ei
forte de aquae ductu cum rivalibus aut de communi
pariete cum vicino apud iudicem est, ut existimemus
id negotium quasi habena quadam de caelo vinctum
gubernari. Quod etsi vi et ratione quapiam divina 5
fieri potest, nequaquam id tamen censebat in tam
brevi exiguoque vitae spatio quantovis hominis ingenio
conprehendi posse et percipi, set coniectari pauca
quaedam, ut verbo ipsius utar, παχυμερέστερον nullo
scientiae fundo concepto, sed fusa et vaga et arbi-
traria, qualis longinqua oculorum acies est per inter-
valla media caligantium; tolli enim, quod maxime inter 6
deos atque homines differt, si homines quoque res
omnis post futuras praenoscerent. Ipsam deinde side- 7
rum stellarumque observationem, quam esse originem
scientiae suae praedicarent, hautquaquam putabat
liquide consistere. 'Nam si principes Chaldaei, qui in 8
patentibus campis colebant, stellarum motus et vias
et discessiones et coetus intuentes, quid ex his effice-
retur, observaverunt, procedat' inquit 'haec sane di-
sciplina, set sub ea modo inclinatione caeli, sub qua

4 Amm. XXVII 8, 4

3 censu *Scaliger* | ductu] *Π* dictu *ω* || 5 ad persuadendum
*ΓΟΠΖ* || 6 credamus (a *ex* e) Q || 9 oc.] doceam Q || 12 uicino
iudice inest *δ* || 13 q. h. quasi Q || 14 quadam *Π* qua Q || 18 ut] Q
*om.* *ω* || 19 concepto] Z ceptos Q concepta *γ* || 22 quique Q ||
26 considere X consentire Z || 28 dissensiones *Π*

tunc Chaldaei fuerunt; non enim potest' inquit 'ra Chaldaeorum observationis manere, si quis ea uti ve sub diversis caeli regionibus. Nam quanta' inq 'partium circulorumque caeli ex devergentia et co
9 vexionibus mundi varietas sit, quis non videt? E dem igitur stellae, per quas omnia divina humana fieri contendunt, sicuti non usquequaque pruinas calores cient, sed mutant et variant tempestates eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas vent, cur non eventa quoque rerum ac negotio alia efficiunt in Chaldaeis, alia in Gaetulis, alia a
10 Danuvium, alia aput Nilum? Per autem' inquit consequens ipsum quidem corpus et habitum tam p fundi aeris sub alio atque alio caeli curvamine eundem manere, in hominum autem negotiis stell istas opinari idem semper ostendere, si eas ex q
11 cumque terra conspexeris.' Praeterea mirabatur cuiquam pro percepto liquere stellas istas, quas Chaldaeis et Babyloniis sive Aegyptiis observatas feru quas multi 'erraticas', Nigidius *(fr. 87 Sw.)* erro
12 vocat, non esse plures quam volgo dicerentur; po enim fieri existimabat, ut et alii quidam planetes p potestate essent, sine quibus recta atque perpetua o servatio perfici non quiret, neque eos tamen cern homines possent propter exuperantiam vel splendo
13 vel altitudinis. 'Nam et quaedam' inquit 'sidera quibusdam terris conspiciuntur earumque terraru hominibus nota sunt; sed eadem ipsa ex alia om terra non videntur et sunt aliis omnino ignarissim
14 Atque uti demus' inquit 'et has tantummodo stellas e

20 III 10, 2

4 conuexationibus *δ* ‖ 8 uaricant Z ‖ 12 autem enim Q eni *Hertz* ‖ 16 opinaris Z | sic eas ex N *Π* sic eas si *δ* ‖ 17 Propte ea *Π*X ‖ 18 pro] ex OX ‖ 20 errores *δ* ‖ 21 uocant Q ‖ 22 pla netae ς ‖ 25 possint *ω* ‖ 26 a] e *γ* ‖ 29 ignorissima NOX igno tissima N² *Π* ‖ 30 ut uidemus *ω corr. JGr.* | et *alt. om. δ Π*

[redacted]



ex una parte terrae observari debuisse, quae tandem finis observationis istius fuit et quae tempora satis esse visa sunt ad percipiendum, quid praemonstraret aut coetus stellarum aut circuitus aut transitus? Nam 15
si isto modo coepta fieri observatio est, ut animadverteretur, quo habitu quaque forma quaque positura stellarum aliquis nasceretur, tum deinceps ab ineunte vita fortuna eius et mores et ingenium et circumstantia rerum negotiorumque et ad postremum finis etiam vitae spectaretur eaque omnia, ut usu venerant, litteris mandarentur ac postea longis temporibus, cum ipsae illae eodem in loco eodemque habitu forent, eadem ceteris quoque eventura existimarentur, qui eodem illo tempore nati fuissent; si isto' inquit 'modo 16
observari coeptum et ex ea observatione conposita quaedam disciplina est, nullo id pacto potest procedere.
Dicant enim, quot tandem annis vel potius quot sae- 17
culis orbis hic observationis perfici quiverit.' Constare 18
quippe inter astrologos dicebat stellas istas, quas erraticas dicerent, quae esse omnium rerum fatales viderentur, infinito prope et innumerabili numero annorum ad eundem locum cum eodem habitu simul omnes <reverti, unde> profectae sunt, ut neque ullus observationis tenor neque memoriae ulla effigies litterarum tanto aevo potuerint edurare. Atque illud etiam, cui- 19
modi esset, considerandum putabat, quod aliud stellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea, cum in decem mensibus proximis in lucem ederetur, quaerebatque,

3 Amm. XXX 4, 11

4 tr. aut nam *δ* ‖ 10 expectaretur **OX** | usum **Z** ‖ 14 eodem *del. Sk.* ‖ 15 et *JGr.* est *ω* est et **X**[2] ‖ 16 id *del. Eussner* ‖ 18 hic] **Q**[2] hoc *ω* | perfici uelit *Π* ‖ 21 vid.] dicerentur **NO** ‖ 22 cum *del. Vogel* quo e. abitu s. o. pr. *Triller* l., cum e. abitu s. o. pr. sint, rev., ut *Hertz* ‖ 23 unde *add. Vogel* reverti (redire *sim.*) *post* sunt *add. Gr. al.* <rev., unde olim omnes> *Sk.* ‖ 24 litt. *del. Sk.* ‖ 25 cuiusmodi **Q**

qui conveniret diversam super eodem fieri demonstrationem, si, ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs atque ductus alias atque alias
20 fortunas daret. Sed et nuptiarum tempore, ex quibus liberi quaererentur, atque ipso etiam illo maris et feminae iam declarari coitu oportere dicebat certo quodam et necessario stellarum ordine, quales qualique fortuna homines gignerentur, ac multo etiam ante, cum pater ipse atque mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse iam tunc prospici, quinam olim futuri essent, quos hi creaturi forent, et supra longe atque longe per infinitum, ut, si disciplina ista fundamento aliquo veritatis nixa est, centesimo usque abhinc saeculo vel magis primo caeli atque mundi exordio atque inde iam deinceps continua significatione, quotiens generis auctores eiusdem homines nascerentur, stellae istae praemonstrare debuerint, qualis qualique fato
21 futurus sit, quisquis hodie natus est. 'Quo autem' inquit 'pacto credi potest uniuscuiusque stellarum formae et positionis sortem atque fortunam uni omnino homini certam destinatamque esse eamque formam post longissima saeculorum spatia restitui, si vitae fortunarumque eiusdem hominis indicia in tam brevibus intervallis per singulos maiorum eius gradus perque infinitum successionum ordinem tam saepe ac tam multipliciter eadem ipsa non eadem stellarum facie
22 denotantur? Quod si id fieri potest eaque diversitas atque varietas admittitur per omnis antiquitatis gradus ad significanda eorum hominum, qui post nascentur, exordia, imparilitas haec turbat observationem, omnis-
23 que ratio disciplinae confunditur.' Iam vero id minime ferundum censebat, quod non modo casus et eventa, quae evenirent extrinsecus, sed consilia quoque ipsa

1 ⟨non⟩ conveniret *Mdg.* || 5 et] δ ac O Π atque NX || 6 c. iam decl. γ || 8 ante, cum *Hertz* antequam ω || 11 hii δΠX² ii NO *om.* X || 16 hominis γQ || 31 Nam Z || 32 et *om.* X est O¹Π

hominum et arbitria et varias voluntates adpetitiones-
que et declinationes et fortuitos repentinosque in le-
vissimis rebus animorum impetus recessusque moveri
agitarique desuper e caelo putarent: tamquam quod
forte ire in balneas volueris ac deinde nolueris atque
id rursus volueris, non ex aliqua dispari variaque
animi agitatione, sed ex necessaria quadam errantium
siderum reciprocatione contigerit, ut plane homines
non, quod dicitur, λογικὰ ζῷα, sed ludicra et ridenda
quaedam neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte,
nihil arbitratu suo faciunt, sed ducentibus stellis et
aurigantibus. 'Ac si' inquit 'potuisse praedici adfir- 24
mant, Pyrrusne rex an Manius Curius proelio victurus
esset, cur tandem non de alea quoque ac de calculis
et alveolo audent dicere, quisnam ibi ludentium vincat?
an videlicet magna sciunt, parva nesciunt, et minora
maioribus inperceptiora sunt? Sed si magnitudines 25
rerum sibi vindicant magisque esse perspicuas et faci-
lius comprehendi posse dicunt, volo' inquit 'mihi
respondeant, quid in hac totius mundi contemplatione
prae tantis naturae operibus in tam parvis atque brevi-
bus negotiis fortunisque hominum magnum putent?
atque id velim etiam,' inquit 'ut respondeant: si tam 26
parvum atque rapidum est momentum temporis, in
quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem illo
puncto sub eodem circulo caeli plures simul ad eandem
competentiam nasci non queant, et si idcirco gemini
quoque non eadem vitae sorte sunt, quoniam non eodem
temporis puncto editi sunt, peto' inquit 'respondeant,
cursum illum temporis transvolantis, qui vix cogita-

---

13 Non. II p. 188, 3 'Victurus victoriam potiturus auctoritas prudentium putat esse: Pyrrhusne — victurus esset'

---

1 arbitraria (-ias Q) δO *quo servato et prius del. Hertz* || 2 et declinationesque δ || 5 fore Z fere Q || 6 rursum γ || 12 potuisset ω *corr. Beroaldus* || 13 uictus QΠ || 16 an *del. Vogel* scient Q || 21 praestantis ω *corr. Vogel*

[redacted]



tione animi conprehendi potest, quonam pacto aut
consulto adsequi queant aut ipsi perspicere et repre-
hendere, cum in tam praecipiti dierum noctiumque
vertigine minima momenta ingentes facere dicant
27 mutationes?' Ad postremum autem et quid esset, quod
adversum hoc dici posset, requirebat, quod homines
utriusque sexus, omnium aetatum, diversis stellarum
motibus in vitam editi, regionibus, sub quibus geniti
sunt, longe distantibus, omnes tamen isti aut hianti-
bus terris aut labentibus tectis aut oppidorum expu-
gnationibus aut eadem in navi fluctu obruti eodem
genere mortis eodemque ictu temporis universi simul
28 interirent. 'Quod scilicet' inquit 'numquam eveniret,
si momenta nascendi singulis adtributa suas unum-
29 quidque leges haberent. Quod si quaedam' inquit 'in
hominum morte atque vita etiam diversis temporibus
editorum per stellarum pares quosdam postea conventus
paria nonnulla et consimilia posse dicunt optingere,
cur non aliquando possint omnia quoque paria usu
venire, ut existant per huiuscemodi stellarum concur-
siones et similitudines Socratae simul et Antisthenae
et Platones multi genere, forma, ingenio, moribus, vita
omni et morte pari? quod nequaquam' inquit 'prorsus
30 fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queunt
adversum hominum impares ortus, interitus pares.'
31 Illud autem condonare se his dicebat, quod non id
quoque requireret, si vitae mortisque hominum rerum-
que humanarum omnium tempus et ratio et causa in
caelo et apud stellas foret, quid de muscis aut vermi-
culis aut echinis, multis aliis minutissimis terra mari-
que animantibus dicerent? an ista quoque isdem,

12 Amm. XVIII 8, 12 XXI 9, 4

2 deprehendere **X**[2] ‖ 8 q. nati *Π* ‖ 12 un. simul *om.* *γ* ‖ 18 quo (que **Q**) similia *δ* ‖ 21 socrates s. et antisthenes et platone **Q** ‖ 30 multis *om.* **Q** ‖ 31 iste *δ* istaec *Hertz*

[redacted]



quibus homines, legibus nascerentur isdemque itidem extinguerentur? ut aut ranunculis quoque et culicibus nascendi fata sint de caelestium siderum motibus adtributa aut, si id non putarent, nulla ratio videretur, cur ea siderum vis in hominibus valeret, deficeret in ceteris.

Haec nos sicca et incondita et propemodum ieiuna 32
oratione adtingimus. Set Favorinus, ut hominis ingenium fuit utque est Graecae facundiae copia simul et venustas, latius ea et amoenius et splendidius et profluentius exequebatur atque identidem commonebat, ut caveremus, ne qua nobis isti sycophantae ad faciendam fidem inreperent, quod viderentur quaedam interdum vera effutire aut spargere. 'Non enim compre- 33
hensa' inquit 'neque definita neque percepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa atque vera pedetemptim quasi per tenebras ingredientes eunt et aut multa temptando incidunt repente inprudentes in veritatem aut ipsorum, qui eos consulunt, multa credulitate ducente perveniunt callide ad ea, quae vera sunt, et idcirco videntur in praeteritis rebus quam in futuris veritatem facilius imitari. Ista tamen omnia, quae aut temere aut astute vera dicunt, prae ceteris,' inquit 'quae mentiuntur, pars ea non sit millesima.'

Praeter haec autem, quae dicentem Favorinum 34
audivimus, multa etiam memini poetarum veterum testimonia, quibus huiuscemodi ambages fallaciosae confutantur. Ex quibus est Pacuvianum illud *(v. 407 R.[3])*:

nám si, quae eventúra sunt, provídeant, aequi-
perént Iovi,

---

7 una QOΠ una in Z || 8 adtigimus *Sk.* | set] et γ || 9 est *om.* γ || 15 diffinita δ | precepta Z || 20 incredulitate ducentes δ || 24 dicuntur δ || 26 Praeter *om.* γ || 28 a quibus Q || 31 quae *om.* Z | aequiperem *Vossius*

[redacted]



item Accianum illud *(v. 169 R.*[3]*)*:

nihil inquit crédo auguribus, qui aúres verbis dívitant
aliénas, suas ut aúro locupletént domus.

35 Idem Favorinus deterrere volens ac depellere adulescentes a genethliacis istis et quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos pollicentur, nullo pacto adeundos eos esse consulen-
36 dosque huiuscemodi argumentis concludebat: 'Aut adversa' inquit 'eventura dicunt aut prospera. Si dicunt prospera et fallunt, miser fies frustra expectando; si adversa dicunt et mentiuntur, miser fies frustra timendo; sin vera respondent eaque sunt non prospera, iam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias; si felicia promittunt eaque eventura sunt, tum plane duo erunt incommoda: et expectatio te spei suspensum fatigabit, et futurum gaudii fructum spes tibi iam praefloraverit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras praesagientibus.'

## II

Quem in modum disseruerit Favorinus consultus a me super officio iudicis.

1 Quo primum tempore a praetoribus lectus in iudices sum, ut iudicia, quae appellantur privata, susciperem, libros utriusque linguae de officio iudicis scriptos conquisivi, ut homo adulescens a poetarum fabulis et a rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus rem iudiciariam, quoniam vocis, ut dicitur, vivae penuria erat, ex mutis, quod aiunt, magistris cognoscerem.

---

27 Cic. or. XVIII 57 28 sq. cfr. Otto, Sprichw. p. 378; 19

---

2 nil *Bothe* || 3 ditant X[2] || 4 domos N[1] *Π* *Non. II p. 95, 7* | 8 eos *om. γ* || 10 euentura adiciunt Z || 16 inc. et (s)pectatio δ | expectationis spes *Π* | spe *ex* spi X || 23 iudice (-ē Q) δ

[redacted]



Atque in dierum quidem diffissionibus conperendina-
tionibusque et aliis quibusdam legitimis ritibus ex ipsa
lege Iulia et ex Sabini Masurii *(iur. civ. III 3 Br.)*
et quorundam aliorum iurisperitorum *(II 2 p.*
*567 Br.)* commentariis commoniti et adminiculati
sumus. In his autem, quae existere solent, negotiorum 2
ambagibus et in ancipiti rationum diversarum circum-
stantia nihil quicquam nos huiuscemodi libri iuverunt.
Nam etsi consilia iudicibus ex praesentium causarum 3
statu capienda sunt, generalia tamen quaedam prae-
monita et praecepta sunt, quibus ante causam prae-
muniri iudex praepararique ad incertos casus futura-
rum difficultatum debeat, sicut illa mihi tunc accidit
inexplicabilis reperiendae sententiae ambiguitas.

Petebatur apud me pecunia, quae dicebatur data 4
numerataque; sed qui petebat, neque tabulis neque
testibus id factum docebat et argumentis admodum
exilibus nitebatur. Sed eum constabat virum esse 5
firme bonum notaeque et expertae fidei et vitae in-
culpatissimae, multaque et inlustria exempla probitatis
sinceritatisque eius expromebantur; illum autem, unde 6
petebatur, hominem esse non bonae rei vitaque turpi
et sordida convictumque volgo in mendaciis plenum-
que esse perfidiarum et fraudum ostendebatur. Is 7
tamen cum suis multis patronis clamitabat probari
apud me debere pecuniam datam consuetis modis: ex-
pensi latione, mensae rationibus, chirographi exhibi-
tione, tabularum obsignatione, testium intercessione;
ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti iam 8
se sane oportere et adversarium de calumnia damnari;
quod de utriusque autem vita atque factis diceretur,
frustra id fieri atque dici; rem enim de petenda pe-

1 in rerum q. diffisionibus (*ex* diffusionibus O difis. X dif-finitionibus Q *ubi* quidem *om.*) ω *corr. Politianus* | conprehendin. X || 12 figurarum X || 19 firme *Falster* ferme ω fama *Oiselius* || 23 coniunctumque XZ || 30 se sane *Lion* se δ sane γ

[redacted]



cunia apud iudicem privatum agi, non apud cens
de moribus.
9 Tunc ibi amici mei, quos rogaveram in consil
viri exercitati atque in patrociniis et in operis
celebres semperque se circumundique distrahen
causis festinantes, non sedendum diutius ac nihil
dubium dicebant, quin absolvendus foret, quem a
pisse pecuniam nulla probatione sollemni doceb
10 Sed enim ego homines cum considerabam, alt
fidei, alterum probri plenum spurcissimaeque vita
defamatissimae, nequaquam adduci potui ad absol
11 dum. Iussi igitur diem diffindi atque inde a sub
pergo ire ad Favorinum philosophum, quem i
tempore Romae plurimum sectabar, atque ei de c
ac de hominibus quae apud me dicta fuerant, ut
erat, narro omnia et peto, ut et ipsum illud, in
haerebam, et cetera etiam, quae observanda mihi fo
in officio iudicis, faceret me, ut earum rerum e
prudentior.
12 Tum Favorinus religione illa cunctationi
sollicitudinis nostrae conprobata: 'id quidem,' i
'super quo nunc deliberas, videri potest specie
parvaque esse. Sed si de omni quoque officio iu
praeire tibi me vis, nequaquam est vel loci huiu
13 temporis; est enim disceptatio ista multiiugae e
nuosae quaestionis multaque et anxia cura et cir
14 spicientia indigens. Namque ut pauca tibi nunc q
stionum capita adtingam, iam omnium primum
de iudicis officio quaeritur: si iudex forte id a
super qua re apud eum litigatur, eaque res un
priusquam agi coepta aut in iudicium deducta sit
alio quodam negotio casuque aliquo cognita liquid

12 Dig. II 11, 2, 3

4 iure cr iur' excitati Q || 13 in meo Q || 14 atque — c
om. γ || 15 omnibus σ || 16 ac peto γ || 20 religione regione
32 casuve [illegible] alio quo δ O¹ Π

[redacted]



comperta sit neque id tamen in agenda causa probe-
tur, oporteatne eum secundum ea, quae sciens venit,
iudicare an secundum ea, quae aguntur? Id etiam' 15
inquit 'quaeri solet, an deceat atque conveniat iudici
causa iam cognita, si facultas esse videatur conponendi
negotii, officio paulisper iudicis dilato communis ami-
citiae et quasi pacificatoris partes recipere? Atque 16
illud amplius ambigi ac dubitari scio, debeatne iudex
inter cognoscendum ea, quae dicto quaesitoque opus
est, dicere et quaerere, etiamsi, cuius ea dici quaeri-
que interest, neque dicat neque postulet? Patrocinari
enim prorsus hoc esse aiunt, non iudicare.

Praeter haec super ea quoque re dissentitur, an 17
ex usu exque officio sit iudicis rem causamque, de
qua cognoscit, interlocutionibus suis ita exprimere
consignareque, ut ante sententiae tempus ex iis, quae
apud eum in praesens confuse varieque dicuntur, pro-
inde, ut quoquo in loco ac tempore movetur, signa et
indicia faciat motus atque sensus sui. Nam qui iudices' 18
inquit 'acres atque celeres videntur, non aliter existi-
mant rem, qua de agitur, indagari conprehendique
posse, nisi is, qui iudicat, crebris interrogationibus
necessariisque interlocutionibus et suos sensus aperiat
et litigantium deprehendat. Contra autem, qui seda- 19
tiores et graviores putantur, negant iudicem debere
ante sententiam, dum causa utrimque agitatur, quotiens
aliqua re proposita motus est, totiens significare, quid
sentiat. Eventurum enim aiunt, ut, quia pro varietate
propositionum argumentorumque alius atque alius
motus animi patiendus est, aliter atque aliter eadem
in causa eodemque in tempore sentire et interloqui
videantur.

Sed de his' inquit 'et ceteris huiuscemodi iudicialis 20

1 probatur ω *corr. Mdg.* || 9 qu(a)estioque NOΠ quaesituque O² quae quesituque questioque X || 10 et *om.* Q || 16 hi(i)s NOΠZ || 30 aliter *prius om.* δ || 33 huismodi γ

officii tractatibus et nos posthac, cum erit oti
dicere, quid sentiamus, conabimur et praecepta A
Tuberonis super officio iudicis, quae nuperrime l
1 recensebimus. Quod autem ad pecuniam perti
quam apud iudicem peti dixisti, suadeo hercle
utare M. Catonis, prudentissimi viri, consilio, qui
oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gelli
dixit (*LI J.*), ita esse a maioribus traditum obse
tumque ait, ut si, quod inter duos actum est, ne
tabulis neque testibus planum fieri possit, tum a
iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex his
melior esset, quaereretur et, si pares essent seu b
pariter seu mali, tum illi, unde petitur, crederetur
2 secundum eum iudicaretur. In hac autem causa,
qua tu ambigis, optimus est, qui petit, unde peti
deterrimus, et res est inter duos acta sine testi
3 Eas igitur et credas ei, qui petit, condemnesque e
de quo petitur, quoniam, sicuti dicis, duo pares n
sunt et, qui petit, melior est.'

4 Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut vir
5 philosophum decuit, suasit. Sed maius ego altius
id esse existimavi, quam quod meae aetati et me
critati conveniret, ut cognovisse et condemnasse
moribus, non de probationibus rei gestae viderer;
absolverem tamen, inducere in animum non quivi
propterea iuravi mihi non liquere atque ita iudic
illo solutus sum.

6 Verba ex oratione M. Catonis, cuius comm
minit Favorinus, haec sunt: Atque ego a maio
ribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab
altero peterent, si ambo pares essent, sive
boni sive mali essent, quod duo res gessissent,

7 Turio *om.* $\delta$ || 8 a maioribus maiorum $\omega$ a moribus ma-
iorum ($X^2$) *et* a maioribus memoriae $\varsigma$ || 19 peti $\delta$ || 21 magis
*ΠX* || 23 cognouisset $\delta$ | et cond. *om.* Q | commendasset X
24 uideret Q || 31 si] sive *Salmas.* || 32 rei *Rutgers.* pares S.

[redacted]



astes non interessent, illi, unde petitur, tius credendum esse. Nunc si sponsionem ient Gellius cum Turio, ni vir melior Gellius quam Turius, nemo, opinor, tam us esset, qui iudicaret meliorem esse ım quam Turium: si non melior Gellius urio, potius oportet credi, unde petitur.

III

muli offensique inter sese fuerint Xenophon et Plato.

ıi de Xenophontis Platonisque vita et mo- 1
pleraque omnia exquisitissime scripsere, non
ab eis motus quosdam tacitos et occultos simul-
aemulationisque mutuae putaverunt et eius rei
enta quaedam coniectaria ex eorum scriptis pro-
ıt. Ea sunt profecto huiuscemodi: quod neque 2
tone in tot numero libris mentio usquam facta
ınophontis neque item contra ab eo in suis
Platonis, quamquam uterque ac maxime Plato
ırium Socratis sectatorum in sermonibus,
scripsit, commeminerit. Id etiam esse non sin- 3
neque amicae voluntatis indicium crediderunt,
Xenophon inclito illi operi Platonos, quod
ɔtimo statu reipublicae civitatisque ad-
trandae scriptum est, lectis ex eo duobus fere
qui primi in volgus exierant, opposuit contra
ipsitque diversum regiae administrationis genus,
παιδείας Κύρου inscriptum est. Eo facto 4
ıque eius usque adeo permotum esse Platonem
ut quodam in libro mentione Cyri regis habita

sqq. Diog. L. II 6, 14 (57) III 24 (34) Athen. XI 112 p. 504[f]

ubi *Salmas.* || 3 fecisset NO | tyrio nec *ex* tyrone Q || | 13 mute Q²Z || 14 coniectatoria N -i(a)e O*ΠX* || 21 ne- . Q | 22 illo *ω* | operi platonis Q²*ΠX* periplatonos NOZ || itaret paciandi (/// p. Q) *δ*

retractandi levandique eius operis gratia virum quidem Cyrum gnavum et strenuum fuisse dixerit *(de legg. III 12 p. 694 C)*, *παιδείας δὲ οὐκ ὀρθῶς ἧφθαι τὸ παράπαν*; haec enim verba sunt de Cyro Platonis.
5 Praeterea putant id quoque ad ista, quae dixi, accedere, quod Xenophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios composuit, *(mem. I 1, 11)* negat Socraten de caeli atque naturae causis rationibusque umquam disputavisse, ac ne disciplinas quidem ceteras, quae *μαθήματα* Graeci appellant, quae ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse aut comprobasse, idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui dissertationes istiusmodi
6 Socrati adtribuerent. 'Hoc autem' inquiunt 'Xenophon cum scripsit, Platonem videlicet notat, in cuius libris Socrates physica et musica et geometrica
7 disserit.' Sed enim de viris optimis et gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit, causam equidem esse arbitror non obtrectationis nec invidiae neque de gloria maiore parienda certationis; haec enim procul a moribus philosophiae absunt, in quibus illi duo omnium iudicio excelluerunt. Quae igitur est opinionis
8 istius ratio? Haec profecto est: aequiperatio ipsa plerumque et parilitas virtutum inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium et voluntas abest, speciem
9 tamen aemulationis creat. Nam cum ingenia quaedam magna duorum pluriumve in eiusdem rei studio inlustrium aut pari sunt fama aut proxima, oritur apud diversos favisores eorum industriae laudisque aestu-
10 mandae contentio. Tum postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos contagium certationis adspirat,

10 I 9, 6

1 *fort.* detractandi elevandique | gratis δ || 2 naue $Q^1$ | et fuisse δ || 11 pertingerent *Triller* || 14 inquit Q || 16 de physica γ | 17 deuictis $Q^1$Z || 21 a maioribus δOX || 22 excelluerint Z | 29 *an* inlustriae?

[redacted]



cursusque eorum ad eandem virtutis calcem pergentium, quando est compar vel ambiguus, in aemulandi suspiciones non suo, sed faventium studio delabitur.
Proinde igitur et Xenophon et Plato, Socraticae 11
amoenitatis duo lumina, certare aemularique inter sese existimati sunt, quia de his apud alios, uter esset exuperantior, certabatur et quia duae eminentiae, cum simul iunctae in arduum nituntur, simulacrum quoddam contentionis aemulae pariunt.

## IV

**Quod apte Chrysippus et graphice imaginem Iustitiae modulis coloribusque verborum depinxit.**

Condigne mehercule et condecore Chrysippus in 1
librorum, qui inscribuntur *περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς*,
primo (*p. 264 Bag.*) os et oculos Iustitiae vultumque
eius severis atque venerandis verborum coloribus de-
pinxit. Facit quippe imaginem Iustitiae fierique soli- 2
tam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus
ad hunc ferme modum: 'forma atque filo virginali,
aspectu vehementi et formidabili, luminibus oculorum
acribus, neque humilis neque atrocis, sed reverendae
cuiusdam tristitiae dignitate'. Ex imaginis autem 3
istius significatione intellegi voluit iudicem, qui Iusti-
tiae antistes est, oportere esse gravem, sanctum, se-
verum, incorruptum, inadulabilem contraque improbos
nocentesque inmisericordem atque inexorabilem erec-
tumque et arduum ac potentem, vi et maiestate aequi-
tatis veritatisque terrificum. Verba ipsa Chrysippi 4
de Iustitia scripta haec sunt: *Παρθένος δὲ εἶναι
λέγεται κατὰ σύμβολον τοῦ ἀδιάφθορος εἶναι
καὶ μηδαμῶς ἐνδιδόναι τοῖς κακούργοις μηδὲ*

15 cfr. Otto, Sprichw. p. 180

5 certari Z ‖ 8 nitantur *Π* ‖ 13 cum decore *δ* ‖ 19 filio *δ*X[1] ‖ 21 uerecunde Z ‖ 27 potentem sui *Eussner*

[redacted]



προσίεσθαι μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς λόγους μήτε παραίτησιν καὶ δέησιν μήτε κολακείαν μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν τοιούτων· οἷς ἀκολούθως καὶ σκυθρωπὴ γράφεται καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον καὶ ἔντονον καὶ δεδορκὸς βλέπουσα, ὥστε τοῖς μὲν ἀδίκοις φόβον ἐμποιεῖν, τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος, τοῖς μὲν προσφιλοῦς ὄντος τοῦ τοιούτου προσώπου, τοῖς δὲ ἑτέροις προσάντους.

5 Haec verba Chrysippi eo etiam magis ponenda existimavi, ut prompta ad considerandum iudicandumque sint, quoniam legentibus ea nobis delicatiorum quidam disciplinarum philosophi Saevitiae imaginem istam esse, non Iustitiae, dixerunt.

## V

Lis atque contentio grammaticorum Romae inlustrium enarrata super casu vocativo vocabuli, quod est 'egregius'.

1 Defessus ego quondam diutina commentatione laxandi levandique animi gratia in Agrippae campo deambulabam. Atque ibi duos forte grammaticos conspicatus non parvi in urbe Roma nominis certationi eorum acerrimae adfui, cum alter in casu vocativo 'vir egregi' dicendum contenderet, alter 'vir egregie'.

2 Ratio autem eius, qui 'egregi' oportere dici censebat, huiuscemodi fuit: 'Quaecumque' inquit 'nomina

23 sqq. Serv. A. VIII 77 GLK IV 8, 37; 19, 6; 105, 13; 194, 36; 409, 10; 496, 34 VI 474, 2 VII 541, 15 I 23, 19; 24, 31; 159, 19; 331, 14; 540, 24; 561, 6 II 301, 17; 454, 29 III 487, 10; 511, 20 V 556, 10 VII (22, 9; 251, 19;) 278, 7; 304, 21

1 ΠΡΟCΕΙΕCΘꙘΙ *fere γ* ΠΡΟCΕΤΕCΤꙘΙ Z ‖ 3 ꙘΚΟΙΤωC Z ‖ 6 ΕΝΠΟΙΕΙΝ *fere ω* ‖ 8 ΕΤꙘΙΡΟΙC *ω* | ΠΡΟCꙘΝΤΟΙC O*Π*Z ‖ 11 ad *om.* Z ‖ 12 delicatiores (delig. *Π*¹Z) *ω corr. Stephanus* delicatioris q. disciplinae *Gr.* ‖ 13 sentencie Q ‖ 23 *et* 25 egregii δ

vocabula recto casu numero singulari us syllaba ...ntur, in quibus ante ultimam syllabam posita est ...ttera, ea omnia casu vocativo i littera terminan-..., ut 'Caelius Caeli', 'modius modi', 'tertius terti', ...cius Acci', 'Titius Titi' et similia omnia; sic igitur ...egius', quoniam us syllaba in casu nominandi ...tur eamque syllabam praecedit i littera, habere ...ebit in casu vocandi i litteram extremam, et id-...eo 'egregi', non 'egregie', rectius dicetur. Nam ...vus' et 'rivus' et 'clivus' non us syllaba termi-...tur, sed ea, quae per duo u scribenda est, propter ...s syllabae sonum declarandum reperta erat nova ...era, quae digamma appellabatur.'

Hoc ubi ille alter audivit: 'o' inquit 'egregie gram- 3 ...tice vel, si id mavis, egregissime, dic, oro te, 'in-...ius' et 'impius' et 'sobrius' et 'ebrius' et 'proprius' 'propitius' et 'anxius' et 'contrarius', quae us syl-...a finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam i ...tera est, quem casum vocandi habent? me enim ...dor et verecundia tenent pronuntiare ea secundum ...m definitionem.' Sed cum ille paulisper opposita 4 ...um vocabulorum commotus reticuisset et mox tamen conlegisset eandemque illam, quam definierat, regu-...a retineret et propugnaret diceretque et 'proprium' 'propitium' et 'anxium' et 'contrarium' itidem in ...u vocativo dicendum, ut 'adversarius' et 'extrarius' ...aretur, 'inscium' quoque et 'impium' et 'ebrium' et ...obrium' insolentius quidem paulo, sed rectius per i ...tteram, non per e, in eodem casu pronuntiandum

10 sqq. GLK I 422, 21; 425, 32 IV 367, 18; 476, 13 VII 17, 5; ...1, 5; 161, 4 Anecd. H. 223, 31 Quint. I 4, 8 Donat. Ter. Andr. ..., 2 III 4 init.

1 us *om.* Q¹Z || 3 ea *om.* δ || 6 ut quoniam δ || 10 us] um Z ...O (Q) || 13 appellatur Z || 15 egregiissime σ || 16 ut imp. Q¹ ...pius δ || 19 me e. p. *om.* Q || 20 tenet γ || 21 diffinitionem δ | ...posito Z -itione Π

eaque inter eos contentio longius duceretur, non arbitratus ego operae pretium esse eadem istaec diutius audire clamantes conpugnantesque illos reliqui.

## VI

Cuimodi sint, quae speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint; atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque inmutatis.

1 Homo nobis familiaris, in litterarum cultu non ignobilis magnamque aetatis partem in libris versatus: 'adiutum' inquit 'ornatumque volo ire noctes tuas' et simul dat mihi librum grandi volumine doctrinae omnigenus, ut ipse dicebat, praescatentem, quem sibi elaboratum esse ait ex multis et variis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem, quantum liberet rerum
2 memoria dignarum. Accipio cupidus et libens, tamquam si Copiae cornum nactus essem, et recondo me penitus, ut sine arbitris legam.
3 At quae ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula! quo nomine fuerit, qui primus 'grammaticus' appellatus est; et quot fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae; et cuiusmodi fuisse Homerus *(Od. XXII 128; 137)* dicat in Vlixis domo λαύρην; et quam ob causam *(Od. XV 44)* Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu adtigerit, sed pedis ictu excitarit; et *(Od. I 441)* Euryclia Tele-

13 Amm. XXX 4, 12 16 cfr. Otto, Sprichw. p. 94 20 Diog. L. VIII 1, 25 (46) Plin. XXXIV 8, 59 22 sqq. schol. et Eustath. ad Hom. l. l.

1 diceretur *γ corr.* X[2] || 2 ista h(a)ec (et TY) *ω corr. Hertz* || 10 adiutumque N || 11 set *δ* | doctrinis omnigenis *γ* | 12 ut omni genus ipse Z || 15 tamquam] quoniam *δ* || 16 cornu natus *Π* cornum actus *δ* || 18 atque *γ*Z | ibi *om.* NOX || 21 fuisse *om. γ* || 22 *λαύρην* et *Hertz* ΛΔΙΡΗΝΕΟ (-EC *m. 2*) X ∂ΔΥΡΗΝΕC (Δ∂ΥΡ. Y) *fere ω Σειρῆνες σ μνηστῆρας Scioppius* || 24 iunctum *ω corr. Carrio* | pisistrantem *δ*

machum quo genere claustri incluserit; et quapropter idem poeta rosam non norit, oleum ex rosa norit *(Il. XXIII 186)*. Atque illud etiam scriptum fuit, quae nomina fuerint sociorum Vlixis, qui a Scylla rapti laceratique sunt *(Od. XII 245)*; utrum ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ Vlixes erraverit κατ' Ἀρίσταρχον *(p. 244 Lehrs.)* an ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα. Item etiam istic scriptum fuit, qui sint apud Homerum versus isopsephi; et quorum ibi nominum παραστιχὶς reperiatur; et quis adeo versus sit, qui per singula vocabula singulis syllabis increscat *(Il. III 182)*; ac deinde qua ratione dixerit *(Od. IV 86)* singulas pecudes in singulos annos terna parere; et *(Il. XX 269)* ex quinque operimentis, quibus Achillis clipeus munitus est, quod factum ex auro est, summum sit an medium; et praeterea quibus urbibus regionibusque vocabula iam mutata sint, quod Boeotia ante appellata fuerit 'Aonia', quod Aegyptus 'Aeria', quod Creta quoque eodem nomine 'Aeria' dicta sit, quod Attice Ἀκτή, quod Corinthus 'Ephyre', quod Macedonis Ἠμαθία, quod Thessalia Αἱμονία, quod Tyros 'Sarra', quod Thracia ante 'Sithon' dicta sit, quod Paestum Ποσει-

---

5 sqq. Sen. ep. LXXXVIII 7 schol. Hom. Od. XI 11 9 Eustath. Hom. Il. XXIV 1 p. 1335, 29 12 Eustath. Hom. Od. IV 86 p. 1485, 16 17 Serv. ecl. VI 64 X 12 g. III 11 Isid. XIV 4, 11 etc. 18 Hesych. et Steph. Byz. s. v. Ἀερία et Αἴγυπτος Isid. XIV 3, 27 Eustath. Dionys. per. 239 18 sq. Plin. IV 12, 58 Hesych. et Steph. Byz. s. v. Ἀερία et Κρήτη 19 Strab. IX 1, 3 p. 391 Plin. IV 7, 28 Favorin. fr. 56 Ma. apud Steph. Byz. s. v. Ἀκτή Mart. Cap. VI 653 20 Plin. IV 4, 11 Serv. g. II 464 Hom. Il. VI 152 etc. — Plin. IV 10, 33 Mart. Cap. VI 655 21 Strab. IX 5, 23 p. 443 Plin. IV 7, 28 etc. — Serv. g. II 506 Isid. XII 6, 38 22 sq. Strab. V 9, 13 p. 251 Plin. III 5, 71 Serv. pl. g. IV 119 etc.

---

**7 idem** ω | **et Q** || 9 iosephi et q. i. non sinum δ || 17 app. sit it Q¹Z | 19 sit *Nietzsche* est ω || 20 EMàΘIà *fere* ω || 22 Si- nia *Hertz* | (a)estum ω *corr. Cramer* | ΠΟ(C)CIΔONION *fere* ω

[redacted]



*δώνιον*. Haec item atque alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerunt.

Quem cum statim properans redderem: *ὄναιό σου*, inquam 'doctissime virorum, *ταύτης τῆς πολυμαθίας*; et librum hunc opulentissimum recipe nil prosus ad nostras paupertinas litteras congruentem. Nam meae noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime illo versu Homeri quaerunt, quem Socrates prae omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat *(Od. IV 392)*:

*ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.*'

## VII

Quod M. Varro Cn. Pompeio, consuli primum designato, commentarium dedit, quem appellavit ipse *εἰσαγωγικόν*, de officio senatus habendi.

1 Gnaeo Pompeio consulatus primus cum M. Crasso
2 designatus est. Eum magistratum Pompeius cum initurus foret, quoniam per militiae tempora senatus habendi consulendique, rerum expers urbanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogavit, uti commentarium faceret *εἰσαγωγικόν* — sic enim Varro ipse appellat —, ex quo disceret, quid facere dicereque
3 deberet, cum senatum consuleret. Eum librum commentarium, quem super ea re Pompeio fecerat, perisse Varro ait in litteris, quas ad Oppianum dedit, quae sunt in libro epistolicarum quaestionum quarto *(p. 195 Bip.)*, in quibus litteris, quoniam, quae

1 atque item **NOX** itaque itemque *Π* ‖ 3 qu(a)e **NZ** ‖ 5 *et* 6 nil *et* nostras *om.* *δ* ‖ 8 qu(a)e *δ* ‖ 9 pro *δ* ‖ 11 *τ'* *om.* **O***Π***X** | *τε* *om.* *γ* ‖ 15 ICàΓOΓIKOY **X** isagogicum *ω* ‖ 16 habendi *om.* *δ* 17 M. *om.* *δ* ‖ 18 dignatus *δ* ‖ 19 sen. h. c. *del.* *CFWMueller* ⟨reliquarumque⟩ rerum *Mms.* ⟨omninoque⟩ r. *Maehly* ‖ 22 (E)ICàΓωΓIKOY *sic fere* *ω* ‖ 25 eam rem *δ* ‖ 26 opinum **X**

[redacted]



e scripserat, non comparebant, docet rursum multa eam rem ducentia *(I p. 125 Br.)*.

Primum ibi ponit, qui fuerint, per quos more maio- 4
a senatus haberi soleret, eosque nominat: dictatorem, ules, praetores, tribunos plebi, interregem, praeum urbi; neque alii praeter hos ius fuisse dixit re senatusconsultum, quotiensque usus venisset, ut nes isti magistratus eodem tempore Romae essent, n quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior s esset, ei potissimum senatus consulendi ius fuisse deinde extraordinario iure tribunos quoque militares, 5
i pro consulibus fuissent, item decemviros, quibus perium consulare tum esset, item triumviros reipucae constituendae causa creatos ius consulendi senan habuisse.

Postea scripsit de intercessionibus dixitque inter- 6
endi, ne senatusconsultum fieret, ius fuisse iis solis, i eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum fare vellent, maioreve essent.

Tum adscripsit de locis, in quibus senatusconsultum 7
i iure posset, docuitque confirmavitque, nisi in loco augurem constituto, quod 'templum' appellaretur, atusconsultum factum esset, iustum id non fuisse. opterea et in curia Hostilia et in Pompeia et post Iulia, cum profana ea loca fuissent, templa esse r augures constituta, ut in iis senatusconsulta more iorum iusta fieri possent. Inter quae id quoque

21 sqq. Varro l. l. VII 2, 8; 10 Serv. (pl.) A. I 446 VII 153 I 225 XII 120 GLK VII 523, 27 Liv. I 30, 2

2 conducentia O²X ‖ 4 dictatores Q ‖ 5 trib. regi δ ‖ 7 usu γ ‖ 1 ait] Q addit ω | iure trib. *om.* δ ‖ 13 datum e. s. c. fuisset *Mms.* ‖ 4 const.] TYX² reconstituend(a)e ω rei pop. Rom. const. *Nieahr* | cretos Z *om.* Q | senatus *CFWMueller* ‖ 17 hi(i)s δ Π ‖ 8 hi(i) Q Π ‖ 19 maioreque Q¹ ‖ 22 augure Z augures γ ‖ 25 iuasum pr. Q(Z) ‖ 26 in hi(i)s δ Π intus TY

[redacted]



scriptum reliquit non omnes aedes sacras templa e
ac ne aedem quidem Vestae templum esse.
8 Post haec deinceps dicit senatusconsultum a
exortum aut post occasum solem factum ratum n
fuisse; opus etiam censorium fecisse existimatos, p
quos eo tempore senatusconsultum factum esset.
9 Docet deinde inibi multa: quibus diebus hab
senatum ius non sit; immolareque hostiam prius
auspicarique debere, qui senatum habiturus esset,
rebusque divinis prius quam humanis ad senat
referendum esse; tum porro referri oportere aut
finite de republica aut de singulis rebus finite; senat
que consultum fieri duobus modis, aut per discession
si consentiretur, aut, si res dubia esset, per singulor
sententias exquisitas; singulos autem debere cons
gradatim incipique a consulari gradu. Ex quo gr
semper quidem antea primum rogari solitum, qui pr
ceps in senatum lectus esset; tum autem, cum h
scriberet, novum morem institutum refert per am
tionem gratiamque, ut is primus rogaretur, qu
rogare vellet, qui haberet senatum, dum is tamen
10 gradu consulari esset. Praeter haec de pignore q
que capiendo disserit deque multa dicenda senat
qui, cum in senatum venire deberet, non ades
11 Haec et alia quaedam id genus in libro, quo su
dixi, M. Varro epistula ad Oppianum scrip
executus est.
12 Sed quod ait senatusconsultum duobus modis f
solere aut conquisitis sententiis aut per discession
parum convenire videtur cum eo, quod Ateius Capi
13 in coniectaneis scriptum reliquit. Nam in libro VI

2 Serv. pl. A. VII 153 IX 4 15 sqq. IV 10

4 solis *Π* ‖ 7 haberi **NOZ** ‖ 15 singulas **Z** ‖ 24 ven.] dicere
nam deesset *Π* 31 collectaneis **TY** ‖ 31 *et* 125, 17 VIIII. *B*
COIVIIII. **Q** CCIVIIII **ZQ²** CCLVIIII (*s.* — IX) *γ*

r. *3 H. 5 Br.)* Tuberonem *(fr. 1 H. de off. sen. 1 Br.)* cere ait nullum senatusconsultum fieri posse non ssione facta, quia in omnibus senatusconsultis, m in iis, quae per relationem fierent, discessio esset ssaria, idque ipse Capito verum esse adfirmat. d de hac omni re alio in loco *(III 18)* plenius ac- atiusque nos memini scribere.

## VIII

**sitam esse dissensumque, an praefectus Latinarum causa atus ius senatus convocandi consulendique habeat.**

**Praefectum** urbi Latinarum causa relictum senatum 1
bere posse Iunius *(fr. 10 H. et Br.)* negat, quoniam senator quidem sit neque ius habeat sententiae ndae, cum ex ea aetate praefectus fiat, quae non senatoria. M. autem Varro in IIII. epistolica- 2
m quaestionum *(p. 196 Bip.)* et Ateius Capito in niectaneorum VIIII. *(fr. 4 H. et Br.)* ius esse prae- to senatus habendi dicunt; deque ea re adsensum s Capito ⟨Varro⟩nem Tuberoni *(de off. sen. 2 r.)* contra sententiam Iunii refert: Nam et tribu- is inquit plebis senatus habendi ius erat, quam- am senatores non essent ante Atinium ple- iscitum.

4 his Q *П* | per elationem γ per lationem δ *corr.* O² per- tione *s.* perrogatione *Mms.* per rogationem *Vassis* || 10 crea- s] relictus *Lion* || 12 Mutius σ || 15 in *om.* Z || 17 *vd. 124, 31* || Capito Varronem *Hertz* capitonem ω ads. esse ⟨se⟩ (ads. se *Boot*) Capito Tuberoni *Wesseling* || 20 tribunus (-os Q) δX

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER QVINTVS DECIMVS

## I

Quod in Quinti Claudii annalibus scriptum est lignum alumine oblitum non ardere.

1 Declamaverat Antonius Iulianus rhetor praeter-
quam semper alias, tum vero nimium quantum de-
lectabiliter et feliciter. Sunt enim ferme scholasticae
istae declamationes eiusdem hominis eiusdemque fa-
2 cundiae, non eiusdem tamen cotidie felicitatis. Nos
ergo familiares eius circumfusi undique eum proseque-
bamur domum, cum inde subeuntes montem Cispium
conspicimus insulam quandam occupatam igni multis
arduisque tabulatis editam et propinqua iam omnia
3 flagrare vasto incendio. Tum quispiam ibi ex comi-
tibus Iuliani: 'magni' inquit 'reditus urbanorum prae-
diorum, sed pericula sunt longe maxima. Si quid
autem posset remedii fore, ut ne tam adsidue domus
Romae arderent, venum hercle dedissem res rusticas
4 et urbicas emissem.' Atque illi Iulianus laeta, ut
mos eius fuit, inter fabulandum venustate: 'si anna-

7 factum die *δ* || 8 Nos *om.* Q || 9 prosequebantur X[1] || 10 deinde *γ* | caspium *ω* *corr. Beroaldus* || 16 ferri *Rubenius* || 19 interfabulatur Q -tus *JGr.*

[redacted]



lem' inquit 'undevicensimum Q. Claudii legisses, optumi et sincerissimi scriptoris, docuisset te profecto Archelaus, regis Mithridati praefectus, qua medela quaque sollertia ignem defenderes, ut ne ulla tua aedificatio e ligno correpta atque insinuata flammis arderet.'

Percontatus ego sum, quid esset illud mirum 5
Quadrigarii. Repetit: 'In eo igitur libro scriptum 6
inveni, cum obpugnaret L. Sulla in terra Attica Piraeum et contra Archelaus regis Mithridati praefectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, cum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod alumine ab Archelao oblita fuisset.'

Verba Quadrigarii ex eo libro haec sunt *(fr. 81 P.)*: 7
Cum Sulla conatus esset tempore magno, eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet. Venit, accessit, ligna subdidit, submovit Graecos, ignem admovit; satis sunt diu conati, numquam quiverunt incendere; ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine. Quod Sulla atque milites mirabantur, et postquam non succendit, reduxit copias.

## II

Quod Plato in libris, quos de legibus composuit, largiores laetioresque in conviviis invitatiunculas vini non inutiles esse existimavit.

Ex insula Creta quispiam aetatem Athenis agens 1
Platonicum sese philosophum dicebat et viderier ge-

---

13 (Amm. XX 11, 13)

---

11 ligne ac Z ligneam ac Q || 12 cum *om.* δ || 16 Cum] δ tum γ | *an* cunctatus? | esset] Q est et ω | opere *Lipsius* || 18 imposuit Π || 21 Item Q idem *Salmas.* || 26 scripsit Π || 30 sese] esse ΠZ esse se N(O) | gestiebat QO[3] gestabat Z

[redacted]



2 stibat. Erat autem nihili homo et nugator atque in
Graecae facundiae gloria iactabundus et praeterea vini
3 libidine adusque ludibria ebriosus. Is in conviviis
iuvenum, quae agitare Athenis hebdomadibus lunae
sollemne nobis fuit, simulatque modus epulis factus
et utiles delectabilesque sermones coeperant, tum
silentio ad audiendum petito loqui coeptabat atque id
genus vili et incondita verborum caterva hortabatur
omnes ad bibendum idque se facere ex decreto Platonico praedicabat, tamquam Plato in libris, quos de legibus composuit, laudes ebrietatis copiosissime scripsisset utilemque esse eam bonis ac fortibus viris censuisset; ac simul inter eiusmodi orationem crebris et ingentibus poculis ingenium omne ingurgitabat fomitem esse quendam dicens et incitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagraret.
4 Sed enim Plato in primo *(9 p. 637 A 14 p. 647 E)* et secundo *(9 p. 666 A 12 p. 671 B)* de legibus non, ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quae labefacere et inminuere hominum mentes solet, laudavit, sed hanc largiorem paulo iucundioremque vini invitationem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris et magistris conviviorum sobriis,
5 non inprobavit. Nam et modicis honestisque inter
bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existumavit reddique eos sensim laetiores atque ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores, et simul, si qui penitus in his adfectionum cupiditatumque errores inessent, quos aliqui pudor reverens concelaret, ea omnia sine gravi periculo libertate per vinum data detegi et ad corrigendum medendumque fieri oportuniora.

9 sqq. Macr. II 8, 4 sqq. (Galen. IV 808 K.)

1 autem] enim *ΠX* | in *om.* X || 13 eius moderationem *ΠZ* || 15 ignitabulum *Macr.* || 21 largiciorem *δ* | poculo *Π* || 27 lectiores Z || 30 aliquis Q alioquin *Macr.* | c(a)elaret O *Macr.*

[redacted]



Atque hoc etiam Plato ibidem dicit non defugiendas esse neque respuendas huiuscemodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam neque ullum umquam continentem prorsum ac temperantem satis fideliter visum esse, cuius vita victusque non inter ipsa errorum pericula et in mediis voluptatum inlecebris explorata sit. Nam cui libentiae gratiaeque 7 omnes conviviorum incognitae sint quique illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas eiusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas compulerit, deleniri plerumque et capi neque mentem animumque eius consistere, sed vi quadam nova ictum labascere. Congrediendum 8 igitur censuit et tamquam in acie quadam cum voluptariis rebus cumque ista vini licentia comminus decernendum, ut adversum eas non fuga simus tuti nec absentia, sed vigore animi et constanti praesentia, moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur et calefacto simul refotoque animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae vel torpentis verecundiae fuerit, deluamus. 6

## III

Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque, quae praeposita est verbis 'aufugio' et 'aufero'; et an in verbo 'autumo' eadem istaec praepositio esse videri debeat.

Legimus librum M. Ciceronis, qui inscriptus est 1
orator. In eo libro *(XLVII 158)* Cicero, cum di- 2
xisset verba haec 'aufugio' et 'aufero' composita quidem esse ex praepositione 'ab' et ex verbis 'fugio' et

26 sqq. GLK V 600, 17; 632, 6; 637, 20 cfr. VII 60, 7 II 18, 14; 39, 3; 46, 16 al. VII 161, 22 Anecd. H. 295, 24 Quint. I 5, 69

5 cui *Macr.* | vita] uisum ipsa Q || 11 impulerit mox deleniri et *Macr.* || 16 dec. ait; adu. X || 19 et] te. Et Q | refectoque (ec *ex* e) Q || 21 diluamus *Π Macr.* deluamur N || 24 est] sunt est Q || 25 ista *Π* ista ha(e)c *ω corr. Hertz* || 26 M. *om. γ* || 29 praecessione Q

[redacted]



'fero', sed eam praepositionem, quo fieret vox pronun-
tiatu audituque lenior, versam mutatamque esse in 'au'
syllabam coeptumque esse dici 'aufugio' et 'aufero'
3 pro 'abfugio' et 'abfero', cum haec, inquam, ita dixisset,
tum postea ibidem super eadem particula ita scripsit:
Haec inquit praepositio praeter haec duo verba
nullo alio in verbo reperietur.
4 Invenimus autem in conmentario Nigidiano
*(fr. 51 Sw.)* verbum 'autumo' compositum ex 'ab'
praepositione et verbo 'aestumo' dictumque intercise
'autumo' quasi 'abaestumo', quod significaret 'totum
5 aestumo' tamquam 'abnumero'. Sed, quod sit cum
honore multo dictum P. Nigidii, hominis eruditissimi,
audacius hoc argutiusque esse videtur quam verius.
6 'Autumo' enim non id solum significat 'aestumo', sed
et 'dico' et 'opinor' et 'censeo', cum quibus verbis
praepositio ista neque cohaerentia vocis neque signifi-
7 catione sententiae convenit. Praeterea vir acerrimae
in studio litterarum diligentiae M. Tullius non sola
esse haec duo verba dixisset, si reperiri posset ullum
8 tertium. Sed illud magis inspici quaerique dignum
est, versane sit et mutata 'ab' praepositio in 'au'
syllabam propter lenitatem vocis, an potius 'au' par-
ticula sua sit propria origine et proinde, ut pleraeque
aliae praepositiones a Graecis, ita haec quoque inde
accepta sit; sicuti est in illo versu Homeri *(Il. I 459)*:

αὐέρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,

et *(Il. XIII 41)*:

ἄβρομοι, αὐίαχοι.

---

15 sq. Non. IV p. 237, 3 CGL VI 119

---

6 Quae *Cic.* ‖ 9 ab σ eau N au N² ω ‖ 12 sicut abnumero idem est et (esse quod *p. 637, 20*) numero *GLK V 600, 17; 637, 20 (Macr.)*; idem est quod n. *fort. textui addendam esse opinatur Hertz* ‖ 13 onere *Π* ‖ 15 aestumo *om.* γ ‖ 19 licentiae *s corr. Acidalius* scientiae *Scriverius* ‖ 28 ET Z KAI N *ΠX*

[redacted]



# IV

**Historia de Ventidio Basso, ignobili homine, quem primum de Parthis triumphasse memoriae traditum est.**

In sermonibus nuper fuit seniorum hominum et 1
eruditorum multos in vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos prius homines et despicatissimos. Nihil adeo de quoquam tantae ad- 2
mirationi fuit, quantae fuerunt, quae de Ventidio Basso scripta sunt: eum Picentem fuisse genere et loco humili, 3
et matrem eius a Pompeio Strabone, Pompei Magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam cum ipso esse; mox triumphante Pompeio Strabone eum quoque puerum inter ceteros ante currum imperatoris sinu matris vectum esse; post, cum adolevisset, victum sibi aegre quaesisse eumque sordide invenisse comparandis mulis et vehiculis, quae magistratibus, qui sortiti provincias forent, praebenda publice conduxisset. In isto quaestu notum esse coepisse C. Caesari et cum eo profectum esse in Gallias; tum, quia in ea provincia satis naviter versatus esset et deinceps civili bello mandata sibi pleraque inpigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Caesaris, sed ex ea in amplissimum quoque ordinem pervenisse; mox tribunum quoque plebi ac deinde praetorem creatum atque in eo tempore iudicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio; post vero coniunctis partibus non pristinam tantum dignitatem reciperasse, sed pontificatum ac deinde con-

8 sqq. Val. Max. VI 9, 9 Vell. II 65, 3 Plin. VII 43, 135 Plut. Ant. 33 sq. Dio Cass. XLIII 51, 5 XLIX 21, 3 schol. Iuv. VII 199 Verg. catal. 10

2 ignobile *δ* || 11 (a)esculanos *ω praeter* X || 15 conprandis $Q^1X^1$ curandis *Scriverius* || 16 quae *om.* *γ* || 17 cum dixisset *δ* conduxisse $ΠX^2(Q^2)$, *quo servato* uehicula mag. *Scriverius* || 18 C. *om.* X || 19 esse *om.* Q || 25 M. *om.* X || 26 iunctis X | patribus *ω corr.* *ς* coniunctum patribus *Hertz*

[redacted]



sulatum quoque adeptum esse, eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur *(p. 331, 7 B.)*:

concúrrite omnes aúgures, harúspices!
porténtum inusitátúm conflatúm est recens:
nam múlas qui fricábat, consul fáctus est.

4 Eundem Bassum Suetonius Tranquillus *(fr. 210 R.)* praepositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo proelis fusos scribit eumque primum omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere sepultum esse.

## V

Verbum 'profligo' a plerisque dici inproprie insciteque.

1 Sicut alia verba pleraque ignoratione et inscitia improbe dicentium, quae non intellegant, deflexa ac depravata sunt a ratione recta et consuetudine, ita huius quoque verbi, quod est 'profligo', significatio
2 versa et corrupta est. Nam cum ab adfligendo et ad perniciem interitumque deducendo inclinatum id tractumque sit semperque eo verbo, qui diligenter locuti sunt, ita usi sint, ut 'profligare' dicerent 'prodigere' et 'deperdere' 'profligatasque' res quasi 'proflictas' et 'perditas' appellarent, nunc audio aedificia et templa et alia fere multa, quae prope absoluta adfectaque sunt, 'in profligato' esse dici ipsaque esse iam 'pro-

---

8 sqq. l. l. Liv. epit. 127 sq. Flor. II 19, 5 Iustin. XLII 4, 7 Eutr. VII 5 Sext. Ruf. 18 19 sqq. Non. II p. 160, 24 Gl. Reiff. 36 CGL VII 138 supra III 16, 19

---

6 invisitatum *Broukhusius* || 7 mulas] Q mulos ω | 20 ab *om.* Z ab fligendo id est *Sk.* || 23 profligere *Ott* || 24 perdere *Π*[1] quasi proflicta deperdita perditas Q q. proflicta profligata deperdita sed perditas Z deperditas *Ott, sed non Non.* | 26 ferme Z

[redacted]



fligata'. Quapropter urbanissime respondisse praetorem, 3
non indoctum virum, barbasculo cuidam ex advocatorum turba Sulpicius Apollinaris in quadam
epistula scriptum reliquit. Nam cum ille inquit 4
rabula audaculus ita postulasset verbaque ita fecisset: 'Omnia, vir clarissime, negotia, de quibus te cogniturum esse hodie dixisti, diligentia et velocitate tua profligata sunt; unum id solum relictum est, de quo rogo audias', tum praetor satis ridicule: 'An illa negotia, de quibus iam cognovisse me dicis, profligata sint, equidem nescio; hoc autem negotium, quod in te incidit, procul dubio, sive id audiam sive non audiam, profligatum est'.
Quod significare autem volunt, qui 'profligatum' 5
dicunt, hi, qui Latine locuti sunt, non 'profligatum', sed 'adfectum' dixerunt, sicuti M. Cicero in oratione,
quam habuit de provinciis consularibus. Eius 6
verba haec sunt *(VIII 19)*: Bellum adfectum vi-
demus et, vere ut dicam, paene confectum. Item 7
infra *(XII 29)*: Nam ipse Caesar quid est, quod in ea provincia commorari velit, nisi ut ea, quae per eum adfecta sunt, perfecta reipubli-
cae tradat? Idem Cicero in oeconomico *(fr. 21* 8
*p. 978 Or.*[1]*)*: Cum vero adfecta iam prope aestate uvas a sole mitescere tempus est.

## VI

In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore et Aiace.

In libro M. Tullii, qui est secundus de gloria, 1
manifestus error est non magnae rei, quem errorem

2 baruasculo *ω* barbatulo *ς* barbariusculo *Mdg.* || 5 audaculum (-bulum Z) sita *δ* || 6 omniaque *δ* || 12 eq. inte nescio Z || 15 qui] quod Z || 21 est cur *Cic.* || 22 ea *om. Cic.* mea *Π* || 25 aetate *Non.* || 26 uvas a] *σ* uasa *ω om. Non.* || 28 secundo *om. δ* | erat ut *δ* || 29 in *alt. om.* Q | super] de *Π*

esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui
2 tantum legerit Ὁμήρου τὸ Η'. Quamobrem non tam id mirabamur errasse in ea re M. Tullium, quam non esse animadversum hoc postea correctumque vel ab ipso vel a Tirone, liberto eius, diligentissimo
3 homine et librorum patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eo libro est *(II fr. I p. 989 Or.*[2] *p. 307, 24 B.)*: Apud eundem poetam *(Il. VII 89)* Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus, declaratque se velle, ut suum tumulum multis etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur:

hic situs est vitae iampridem lumina linquens,
qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet.

4 Huius autem sententiae versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Aiax apud Homerum dicit, neque Aiax agit, ut sepeliatur, sed Hector dicit, et Hector de sepultura agit, priusquam sciat, an Aiax secum depugnandi causa congressurus sit.

## VII

Observatum esse in senibus, quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione exemplum adpositum epistulae divi Augusti ad Gaium filium.

1 Observatum in multa hominum memoria expertumque est senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitae annum cum periculo et clade aliqua venire aut corporis morbique gravioris aut vitae in-

28 sqq. Lydus mens. III 6 (9), cfr. Salmas. de annis climact.

2 ΤΟΗ Z ΤΟΝ N ΠX[2] | tam admirabimur Z || 4 correptumque N || 24 aetate Q[1] || 29 plerumque X || 31 morbi *Mdg.*

[redacted]



teritus aut animi aegritudinis. Propterea, qui rerum 2
verborumque istiusmodi studio tenentur, eum aetatis annum appellant *κλιμακτηρικόν*.

Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum 3
epistularum divi Augusti, quas ad Gaium nepotem suum scripsit, legeremus duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam epistula super eodem anno scriptum offendimus; eiusque epistulae exemplum hoc est *(p. 155, 18 W.)*:

IX. Kal. Octobris.

Ave, mi Gai, meus asellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cum a me abes. Set praecipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Gaium, quem, ubicumque hoc die fuisti, spero laetum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Nam, ut vides, *κλιμακτῆρα* communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. Deos autem oro, ut, mihi quantumcumque superest temporis, id salvis nobis traducere liceat in statu reipublicae felicissimo *ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων* stationem meam.

## VIII

**Locus ex oratione Favoni, veteris oratoris, de cenarum atque luxuriae obprobratione, qua usus est, cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit.**

Cum legeremus orationem veterem Favoni, non 1
indiserti viri, qua oratione *** totum, ut meminisse

2 sq. III 10, 9 Censor. XIV 14

3. ΚΛΕΙΜ. *fere* ω ‖ 12 asellus *ΠX* ocellus *Beroaldus* ‖ 21 mihi *om.* *δ* ‖ 22 uobis *NOΠ* ‖ 26 *et* 29 *et* 136, 3 fauorini ω *corr.* *v. d. apud JGr.* Fannii *Pithoeus* ‖ 27 cum *om.* *δ* ‖ 30 *lacunam indicant Hertz al.*

[redacted]



possemus odio esse hercle istiusmodi sumptus atque
2 victus, perdidicimus. Verba haec, quae adposuimus, Favoni sunt *(ORF*[2] *p. 207)*: Praefecti popinae atque luxuriae negant cenam lautam esse, nisi, cum lubentissime edis, tum auferatur et alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nunc flos cenae habetur inter istos, quibus sumptus et fastidium pro facetiis procedit, qui negant ullam avem praeter ficedulam totam comesse oportere; ceterarum avium atque altilium nisi tantum adponatur, ut a cluniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putant inopia sordere, superiorem partem avium atque altilium qui edint, eos palatum * habere. Si proportione pergit luxuria crescere, quid relinquitur, nisi ut delibari sibi cenas iubeant, ne edendo defetigentur, quando stratus auro, argento, purpura amplior aliquot hominibus quam dis inmortalibus adornatur?

## IX

Quod Caecilius poeta 'frontem' genere virili non poetice, sed cum probatione et cum analogia appellavit.

1 Vere ac diserte Caecilius hoc in Subditivo scripsit *(v. 79 R.*[3]*)*:

nam hi súnt inimici péssumi, fronte hílaro, corde trísti,
quos néque ut adprendas néque uti dimittás sciás.

---

23 sqq. Non. III p. 204, 33 27 Ter. Phorm. 176; 507; cfr. Otto, Sprichw. p. 199

---

2 metus Q || 4 nisi si Q² || 14 edunt QX² | palatim Z | *possis* ⟨hebetatum⟩ *s.* ⟨hebes⟩ habere; ⟨parum delicatum⟩ *Herts* ⟨non⟩ habere *σ* eis p. hebere *Gr.* || 15 proportionem *δ* | pergit] crescit *γ* || 16 uti OXZ | deliberari *δ* delibrari *γ corr.* Q² || 17 stratus ⟨lectus⟩ *Sk.* || 23 ac *om.* Q | in *om. γ* || 27 ad prebendas Z adprehendas *ω* | ut (aut X²) mittas *ω* (ut) vitare *codd. Non. corr. Spengel ex cod. Monac.* (*ubi* ut)

s ego versus, cum de quodam istiusmodi homine 2
iones essent, in circulo forte iuvenum eruditiorum
i. Tum de grammaticorum volgo quispiam nobis- 3
a ibi adsistens non sane ignobilis: 'quanta' inquit
ntia audaciaque Caecilius hic fuit, cum fronte
laro, non 'fronte hilara' dixit et tam inmanem
oecismum nihil veritus est?' 'Immo' inquam 'potius 4
et quam audaces et quam licentes sumus, qui
ntem' inprobe indocteque non virili genere dicimus,
n et ratio proportionis, quae 'analogia' appellatur,
veterum auctoritates non 'hanc', sed 'hunc frontem'
ere dici suadeant. Quippe M. Cato in quinto 5
ginum ita scripsit *(fr. 99 P.)*: Postridie signis
latis, aequo fronte, peditatu, equitibus at-
e alis cum hostium legionibus pugnavimus.
cto quoque fronte idem Cato in libro eodem
*. 100 P.)* dicit.'

At ille semidoctus grammaticus: 'missas' inquit 6
uctoritates facias, quas quidem ut habeas, posse fieri
ito, sed rationem dic, quam non habes'. Atque ego 7
s eius verbis, ut tum ferebat aetas, inritatior: 'audi,'
quam 'mi magister, rationem falsam quidem, sed
am redarguere falsam esse tu non queas. Omnia' 8
quam 'vocabula tribus litteris finita, quibus 'frons'
itur, generis masculini sunt, si in genetivo quoque
u eadem syllaba finiantur, ut 'mons', 'fons', 'pons',
rons'.' At ille contra renidens: 'audi,' inquit 'disci- 9
ule, plura alia consimilia, quae non sint generis
masculini'. Petebant ibi omnes, ut vel unum statim 10

2 IV 1, 1    9 sqq. Non. l. l. Fest. p. 150, 26; 286, 13
aul. p. 60, 8; 90, 8 GLK II 169, 12

10 pro portione *Sk. coll. Varr. l. l.* X 3, 37 || 11 auctoritas
X | 12 quinto] *Π*(X) quinta N O (*unde* origine *JGr.*) primo *δ* ||
equit.] peditibus Q velitibus *JGr.* || 15 aliis *δ* | pugnauit *γ* ||
his] usus Z || 26 fons] *Π om.* *ω* || 27 renitens Q²T | aut Q¹Z ||
sunt *Π*Z

[redacted]



diceret. Sed cum homo voltum intorqueret et non hisceret et colores mutaret, tum ego intercessi et: 'vade' inquam 'nunc et habeto ad requirendum triginta
11 dies; postquam inveneris, repetes nos'. Atque ita hominem nulli rei ad indagandum vocabulum, quo rescinderet finitionem fictam, dimisimus.

## X

De voluntario et admirando interitu virginum Milesiarum.

1 Plutarchus in librorum, quos περὶ ψυχῆς inscripsit, primo *(VII p. 20 Bern.)*, cum de morbis dissereret in animos hominum incidentibus, virgines dixit Milesii nominis fere quot tum in ea civitate erant, repente sine ulla evidenti causa voluntatem cepisse obeundae mortis ac deinde plurimas vitam
2 suspendio amisisse. Id cum accideret in dies crebrius neque animis earum mori perseverantium medicina adhiberi quiret, decrevisse Milesios, ut virgines, quae corporibus suspensis demortuae forent, ut hae omnes nudae cum eodem laqueo, quo essent praevinctae, efferrentur. Post id decretum virgines voluntariam mortem non petisse pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

## XI

Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item verba edicti censorum, quo inprobati et coerciti sunt, qui disciplinam rhetoricam instituere et exercere Romae coeperant.

1 C. Fannio Strabone M. Valerio Messala coss. senatusconsultum de philosophis et de rhetoribus La-

9 sqq. Plut. mulier. virt. p. 249 B    27 Suet. rhet. 1 p. 119 R.

11 uirginem δ virginum *Hertz* || 17 quisisset Q cui res Z || 19 quo] T *om.* Q qui ω *an recte?* | praecinctae (ae *ex* o) Q || 24 inprobantur *Π* || 25 et *om.* Q || 28 Latinis *del.* *Pighius coll.* *Suet.*

factum est *(FIR p. 157)*: M. Pomponius praetor natum consuluit. Quod verba facta sunt de ilosophis et de rhetoribus, de ea re ita censerunt, ut M. Pomponius praetor animadverret curaretque, uti ei e republica fideque sua deretur, uti Romae ne essent.

Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. 2 mitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus censores coercendis rhetoribus Latinis ita edixerunt *(FIR 215)*: Renuntiatum est nobis esse homines, i novum genus disciplinae instituerunt, ad s iuventus in ludum conveniat; eos sibi nen inposuisse Latinos rhetoras; ibi homines lescentulos dies totos desidere. Maiores stri, quae liberos suos discere et quos in os itare vellent, instituerunt. Haec nova, e praeter consuetudinem ac morem maiorum nt, neque placent neque recta videntur. Quapter et his, qui eos ludos habent, et his, qui venire consuerunt, visum est faciundum, ut nderemus nostram sententiam nobis non cere.

Neque illis solum temporibus nimis rudibus necdum 3 eca disciplina expolitis philosophi ex urbe Roma i sunt, verum etiam Domitiano imperante senatus- 4 ulto eiecti atque urbe et Italia interdicti sunt. tempestate Epictetus quoque philosophus prop- 5 r id senatusconsultum Nicopolim Roma decessit.

7 sqq. Suet. rhet. 1 p. 120 R. (Cic. de or. III 24, 93 Tac. dial. 35) 24 Amm. XXX 4, 2 25 sq. Tac. Agr. 2 Suet. Dom. 10 Dio LXVII 13 Hieron. ad a. Abr. 2105; 2111

5 ut si ei *Suet.* ‖ 9 dixerunt *ΠQ* ‖ 14 desire *δ* ‖ 17 maio- 1 OZ ‖ 24 et ex *δ* ‖ 28 meopolim Q neapolim Q²

## XII

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

1 C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, oratio-
2 nem ad populum in contione habuit. Ea verba
haec sunt *(ORF² p. 231)*: Versatus sum inquit in
provincia, quomodo ex usu vestro existimabam
esse, non quomodo ambitioni meae conducere
arbitrabar. Nulla apud me fuit popina, neque
pueri eximia facie stabant, et in convivio liberi
vestri modestius erant quam apud principia.
3 Post deinde haec dicit: Ita versatus sum in pro-
vincia, uti nemo posset vere dicere assem aut
eo plus in muneribus me accepisse aut mea
opera quemquam sumptum fecisse. Biennium
fui in provincia; si ulla meretrix domum meam
introivit aut cuiusquam servulus propter me
sollicitatus est, omnium nationum postremis-
simum nequissimumque existimatote. Cum a
servis eorum tam caste me habuerim, inde po-
teritis considerare, quomodo me putetis cum
4 liberis vestris vixisse. Atque ibi ex intervallo:
Itaque, inquit Quirites, cum Romam profectus
sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex
provincia inanes retuli; alii vini amphoras
quas plenas tulerunt, eas argento repletas
domum reportaverunt.

---

4 sqq. Plut. C. Gracch. 2

---

4 C. *om.* Q || 5 contionem δ || 7 nostro Z || 10 et *om.* Π sed Π | 15 triennium *Lipsius* || 18 sollicitatus] Q sol(l)icitus ω | natorum *Lipsius* latronum *JGr.* raponum *Nettl.* nebulonum *Vliet* || 19 ⟨me⟩ neq. *HJMueller* || 24 ex] in Q || 25 prouincias X¹ZQ² || 26 argenti TY | plenas γ

[redacted]



XIII

verbis inopinatis, quae utroqueversum dicuntur et a grammaticis 'communia' vocantur.

'Vtor' et 'vereor' et 'hortor' et 'consolor' com- 1
munia verba sunt ac dici utroqueversus possunt:
vereor te' et 'vereor abs te', id est 'tu me vereris';
utor te' et 'utor abs te', id est 'tu me uteris'; 'hortor
te' et 'hortor abs te', id est 'tu me hortaris'; 'con-
solor te' et 'consolor abs te', id est 'tu me consolaris';
testor' quoque et 'interpretor' significatione reciproca
dicuntur. Sunt autem verba haec omnia ex altera 2
parte inusitata et, an dicta sint in eam quoque partem,
quaeri solet.

Afranius in Consobrinis *(v. 33 R.*[3]*)*: 3

Em istó parentum est víta vilis líberis,
ubi málunt metui, quám vereri se áb suis.

Hic vereri ex ea parte dictum est, quae est non usitatior. Novius in Lignaria verbum, quod est uti- 4
tur, ex contraria parte dicit *(v. 43 R.*[3]*)*:

quía supellex múlta, quae non útitur, emitúr tamen,

id est 'quae usui non est'. M. Cato in quinta ori- 5
gine *(fr. 101 P.)*: exercitum inquit suum pransum,
paratum, cohortatum eduxit foras atque in-

4 sqq. GLK I 165, 4; (377, 16;) 400, 15; 562, 11 II 379, 2; 384, 1; 392, 8; 396, 10 III 200, 5; 270, 7 IV 548, 33 V 56, 22; 383; 84;) 367, 17; 30; 551, 19 VI 198, 10 VII 346, 12 Anecd L 51, 8 CGL VI 528; 596

7 id — uteris *σ* id (pro id Q) factum *ω* || 14 consolobrinis X | 15 uitabilis *ω corr. Lipsius* || 16 a Z || 17 patria edictum Z | ae] *Π* qua *ω unde* usitatum *Ribb.* || 18 in ligatarc(h)a N O *Π* ligot tarca X in ligat archiam (archa iam Z) in lignariam *δ* corr. *Lambecius* || 22 quinto originum *Π* || 24 paratumque *Π* | hortauit *Π* et hortatum Q

[redacted]



6 struxit. Consolor quoque in partem alteram, praeterquam dici solitum est, scriptum invenimus in epistula Q. Metelli, quam, cum in exilio esset, ad Cn. et ad L. Domitios dedit. At cum animum inquit vestrum erga me video, vehementer consolor, et fides virtusque vestra mihi ante oculos

7 versatur. Testata itidem et interpretata eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro de divinatione *(40, 87; 25, 53)*, ut 'testor' 'interpretor'-

8 que verba communia videri debeant. Sallustius quoque eodem modo *(hist. fr. I 49 M.)* dilargitis proscriptorum bonis dicit, tamquam verbum 'largior' sit ex verbis communibus.

9 Veritum autem, sicut 'puditum' et 'pigitum', non personaliter per infinitum modum dictum esse non a vetustioribus tantum videmus, sed a M. quoque Tullio in secundo de finibus *(13, 39)*. Primum inquit Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere.

10 'Dignor' quoque et 'veneror' et 'confiteor' et 'testor' habita sunt in verbis communibus. Sic illa in Vergilio dicta sunt *(A. III 475)*:

coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,

et *(A. III 460)*:

cursusque dabit venerata secundos.

11 Confessi autem aeris, de quo facta confessio est, in XII tabulis scriptum est his verbis *(III 1)*: Aeris

---

10 sqq. GLK II 392, 21 14 sqq. GLK (I 167, 5; 253, 16; 398, 14) V (Macr.) 648, 5 21 sqq. Serv. (pl.) A. I 335 III 475 XI 169 Non. IV p. 281, 1; 286, 28 VII p. 470, 22 II p. 98, 12 26 Serv. pl. A. III 460 GLK II 387, 14 Non. II p. 188, 9 28 XX 1, 42

---

2 scr. invenimus *om.* N *IIX* ‖ 3 quamquam in *δ* ‖ 12 uerbis bonis Q urbis b. *JGr.* ‖ 27 est *om.* *δ*

'ebusque ⟨iure⟩ iudicatis XXX dies
o. Item ex isdem tabulis id quoque est
Qui se sierit testarier libripensve
testimonium fariatur, inprobus in-
ıue esto.

## XIV

s Numidicus figuram orationis novam ex orationi-
s mutuatus est.

Metellum Numidicum in libro accusa- 1
Valerium Messalam tertio nove dictum
vimus. Verba ex oratione eius haec sunt 2
*76)*: Cum sese sciret in tantum crimen
que socios ad senatum questum flen-
e sese pecunias maximas exactos esse.
cunias inquit ⟨maximas⟩ exactos esse 3
d est: 'pecunias a se esse maximas exactas'.
s videbatur Graeca figura dictum; Graeci 4
t: *εἰσεπράξατό με ἀργύριον*, id significat
pecuniam'. Quod si id dici potest, etiam
ıe aliqui pecuniam' dici potest, Caecilius- 5
figura in Hypobolimaeo Aeschino usus
*92 R.*[3]):

d minus nihilo éxigor portórium,

lominus exigitur de me portorium'.

[ 382, 2 19 sqq. Non. II p. 106, 19

*X 1, 45, hic om.* ω ‖ 2 hisdem QN*Π* ‖ 3 qui secierit Q ‖
*oell* ‖ 9 Q] . p. Q ‖ 12 se sciret O resciret X ‖ 14 pec.
. | max. — a se esse *om.* Z | exactas NX[2] ‖ 15 pec.
*om.* γ | Sese *add. Hertz* | maximas *add. Carrio* ‖
*Hertz* esse Q a se ω ‖ 20 aliquis Q -quid X[1] ‖
. Z ad eschiñ Q excino (hyp. *om.*) *libri Non.* ‖
X nilo *Fleckeisen* ‖ 24 exigitur *om.* δ

## XV

'Passis velis' et 'passis manibus' dixisse veteres non a verbo suo, quod est 'patior', sed ab alieno, quod est 'pando'.

1 Ab eo, quod est 'pando', 'passum' veteres dixerunt,
non 'pansum', et cum 'ex' praepositione 'expassum', non
2 'expansum'. Caecilius in Synaristosis *(v. 197 R.[3])*:

heri véro prospexísse eum se ex tégulis,
haec núntiasse et flámmeum expassúm domi.

3 'Capillo' quoque esse mulier 'passo' dicitur quasi
porrecto et expanso, et 'passis manibus' et 'velis
passis' dicimus, quod significat diductis atque distentis.
4 Itaque Plautus in Milite glorioso a littera in e
mutata per compositi vocabuli morem dispessis dicit
pro eo, quod est 'dispassis' *(v. 359)*:

credo égo istoc exempló tibi esse eundum
extra pórtam,
dispéssis manibus pátibulum cum habébis.

## XVI

De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

1 Milo Crotoniensis, athleta inlustris, quem in chro-
nicis scriptum est Olympiade ⟨LXII.⟩ primum coro-
natum esse, exitum habuit e vita miserandum et miran-
2 dum. Cum iam natu grandis artem athleticam desisset
iterque faceret forte solus in locis Italiae silvestribus,
quercum vidit proxime viam patulis in parte mediis

---

4 Serv. A. I 480 GLK I 247, 29; 377, 22 II (485, 11;) 519, 22 III 504, 21 V (Macr.) 607, 2 Anecd. H. 255, 11 adn. Non. IV p. 370, 12; 16 20 sqq. Val. Max. IX 12 ext. 9 Strab. VI 1, 12 p. 263 Paus. VI 14, 3 (= Suid. s. v.) schol. Theocr. IV 6 Ov. Ib. 607

---

5 ex] Q *om.* ω ‖ 7 eumpse *Bergk* | se — flammeum *om. Non.* 8 ecnunt. *Ribb.* | nuntiasset fl. ω *corr.* σ | dn̄i (= domini) Q'Z ‖ 11 deductis δ ‖ 14 eo *om.* δ ‖ 15 pereundum *recte in Plauto edd. ex cod. A* eundum actutum si *fere codd. Pal.* ‖ 21 ⟨LXII⟩ primum *Luebbert* prima ω quinquagesima *Salmas.* ‖ 22 e *om.* γ | uitae ΠX²

mis hiantem. Tum experiri, credo, etiam tunc volens, ullae sibi reliquae vires adessent, inmissis in cavern arboris digitis diducere et rescindere quercum atus est. Ac mediam quidem partem discidit llitque; quercus autem in duas diducta partis, cum quasi perfecto, quod erat conixus, manus laxasset, nte vi rediit in naturam manibusque eius retentis usisque stricta denuo et cohaesa dilacerandum hoem feris praebuit.

## XVII

n ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere derint, cum patrium istum morem canendi haberent.

Alcibiades Atheniensis, cum apud avunculum Pem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, ut canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, eret, traditas sibi tibias, cum ad os adhibuisset ssetque, pudefactus oris deformitate abiecit ingitque. Ea res cum percrebuisset, omnium tum heniensium consensu disciplina tibiis canendi desita Scriptum hoc est in conmentario Pamphilae no et vicesimo *(FHG III 521, 9)*.

## XVIII

d pugna belli civilis victoriaque Gai Caesaris, quam vicit Pharsaliis campis, nuntiata praedictaque est per cuiuspiam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavi.

Quo C. Caesar et Cn. Pompeius die per civile bellum nis conlatis in Thessalia conflixerunt, res accidit

---

18 Plut. Alcib. 2 Plato Alcib. I 3 p. 106 E 27 sqq. Liv. d Plut. Caes. 47 Luc. (cum comm. et schol.) VII 192 Dio Cass. I 61, 4 Obseq. 125 Sidon. Ap. c. IX 194

---

1 ramis ω *corr. Ranchinus* ‖ 2 in *om.* Z | cauernis δ ‖ 3 reduδ ‖ 4 partem *del. Ranchinus* ‖ 7 eui (cessante *om.*) Q ‖ 21 est ‖ 24 qua *II* ‖ 26 remigis (-giis O) ω Romani auguris *Lion* dotis σ praesagi (*vel* sagacis *cfr. Ov. m. V 146*) *coniciebam*

2 Patavi in transpadana Italia memorari digna. Corne-
lius quidam sacerdos et loco nobilis et sacerdotii re-
ligionibus venerandus et castitate vitae sanctus repente
mota mente conspicere se procul dixit pugnam acer-
rimam pugnari ac deinde alios cedere, alios urgere,
caedem, fugam, tela volantia, instaurationem pugnae,
inpressionem, gemitus, vulnera, proinde ut si ipse in
proelio versaretur, coram videre sese vociferatus est
3 ac postea subito exclamavit Caesarem vicisse. Ea
Cornelii sacerdotis hariolatio levis tum quidem visa est
et vecors; magnae mox admirationi fuit, quod non
modo pugnae dies, quae in Thessalia pugnata est,
neque proelii exitus, qui erat praedictus, idem fuit,
sed omnes quoque pugnandi reciprocae vices et ipsa
exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu atque
verbis repraesentata est.

## XIX

Verba M. Varronis memoria digna ex satura, quae inscribitur *περὶ ἐδεσμάτων*.

1 Non paucissimi sunt, in quos potest convenire id,
quod M. Varro dicit in satura, quae inscribitur
2 *περὶ ἐδεσμάτων*. Verba haec sunt *(fr. 404 B.)*: Si,
quantum operae sumpsisti, ut tuus pistor bonum
faceret panem, eius duodecimam philosophiae
dedisses, ipse bonus iampridem esses factus.
Nunc illum, qui norunt, volunt emere milibus
centum, te, qui novit, nemo centussis.

---

1 memora/// Z[1] memoria *γ* ‖ 2 loco *om.* *δ* ‖ 9 Ea] TY a Z et Q At *γ*Q[2] ‖ 10 est *om.* Y et *om.* *Π* ‖ 11 quod non] TY quo non *γ* que non Z quonam Q *unde* quoniam non *Hertz* ‖ 12 qua O*Π* | pugnatum O[2]X ‖ 23 ut] ait Q[1]

## XX

quaedam de Euripidis poetae genere, vita, moribus;
s eiusdem fine vitae.

uripidi poetae matrem Theopompus (FHG 1
) agrestia olera vendentem victum quaesisse dicit.
autem eius nato illo responsum est a Chaldaeis 2
puerum, cum adolevisset, victorem in certamini-
ore; id ei puero fatum esse. Pater interpretatus 3
am debere esse roborato exercitatoque filii sui
re Olympiam certaturum eum inter athletas
s deduxit. Ac primo quidem in certamen per
uam aetatem receptus non est, post Eleusino et
o certamine pugnavit et coronatus est. Mox a 4
ris cura ad excolendi animi studium transgressus
r fuit physici Anaxagorae et Prodici rheto-
a morali autem philosophia Socratis. Tragoe-
scribere natus annos duodeviginti adortus est.
ochorus (FHG I 412) refert in insula Salamine 5
ucam esse taetram et horridam, quam nos vidimus,
a Euripides tragoedias scriptitarit.
ulieres fere omnes in maiorem modum exosus 6
dicitur, sive quod natura abhorruit a mulierum
sive quod duas simul uxores habuerat, cum id
o ab Atheniensibus facto ius esset, quarum
nonii pertaedebat. Eius odii in mulieres Aristo- 7
es quoque meminit ἐν ταῖς προτέραις Θεσμο-
ιζούσαις in his versibus (v. 453):

---

qq. vit. Eurip. schol. Arist. eq. 19 al. Suid. s. v. Εὐρ. Val.
I 4 ext. 2 Plin. XXII 22, 80 Hesych. et Suid. s. v. σκάνδιξ
. 1. 1. Euseb. praep. ev. V 33

---

isocratis Q[1] ‖ 19 quam nos vid. *om.* δ ‖ 20 in quam Q
‖ 20 Eur. trag. *om.* δ ‖ 22 naturam abhorruea (abhor-
mul. (coetu *om.*) Q

*νῦν οὖν ἁπάσαισιν παραινῶ καὶ λέγω*
*τοῦτον κολάσαι τὸν ἄνδρα πολλῶν οὕνεκα.*
*ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, δρᾷ κακά*
*ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.*

8 Alexander autem Aetolus hos de Euripide versus composuit *(anal. Alex. p. 247 Mein.)*:

*ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στριφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν*
*καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς,*
*ἀλλ' ὅ τι γράψαι, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει.*

9 Is, cum in Macedonia apud Archelaum regem esset utereturque eo rex familiariter, rediens nocte ab eius cena canibus a quodam aemulo inmissis dilaceratus est, et ex his vulneribus mors secuta est. Sepulchrum autem eius et memoriam Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriae quoque loco praedicarent: *οὔποτε σὸν μνῆμα, Εὐρίπιδες, ὄλοιτό που*, quod egregius poeta morte obita sepultus in eorum terra foret. Quamobrem cum legati ad eos ab Atheniensibus missi petissent, ut ossa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo consensu Macedones in ea re deneganda perstiterunt.

13 sqq. vit. Eurip. Diod. XIII 103 Ov. Ib. 593 Hygin. f. 247 Val. Max. IX 12 ext. 4 Anth. Pal. VII 44; 51 Diogenian. VII 52 ibique Leutsch-Schneid. Steph. Byz. s. v. *Βορμίσκος* p. 176, 1 Suid. s. v. *Εὐριπ.* et *Προμέρου κύνες*

3 TINꓥC *ω* ‖ 3 sq. KꓥꓥΛΛꓥΓEEN (-TEEN *Π*) *sic fere* **XOΠ** KꓥΔꓥMTEEN **X** ‖ 4 AΓPIOIC **OΠZ** ATPIOIC **X** AΓIOIC **X** | *τοῖς om. codd. Ar.* ‖ 7 OΔE *fere ω* | *χαιοῦ Valckenaer* ꓥPXIꓥYOI **X** ꓥPXꓥIOY *ω* | CTPEIΦNOC *ω* *στρυφνὸς vita Eurip. p. 5 Schw.* ‖ 8 EMOΠE *γ* ‖ 9 MEICOTEꓥωTꓥZEINCYꓥEΠPꓥPOINNON **X** | *οἴνῳ Wilamowitz* ‖ 17 macedones (es *ex* is) condignati **Q** | 18 honore *om.* **Z** ‖ 20 obitus *δ*

## XXI

*a poetis Iovis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni ... ferocissimi et inhumanissimi traduntur.*

...aestantissimos virtute, prudentia, viribus Iovis ... poetae appellaverunt, ut Aeacum et Minoa et ...donat; ferocissimos et inmanes et alienos ab omni ...anitate tamquam e mari genitos Neptuni filios ...runt, Cyclopa et Cercyona et Scirona et Laestry-...

## XXII

*...ria de Sertorio, egregio duce, deque astu eius commen-...isque simulamentis, quibus ad barbaros milites continen-... conciliandosque sibi utebatur.*

Sertorius, vir acer egregiusque dux, et utendi re- 1
...que exercitus peritus fuit. Is in temporibus 2
...illimis et mentiebatur ad milites, si mendacium ...sset, et litteras compositas pro veris legebat et ...ium simulabat et falsas religiones conferebat, si ... istae res eum apud militum animos adiutabant.
... adeo Sertorii nobile est: Cerva alba eximiae 3.4
...ritudinis et vivacissimae celeritatis a Lusitano ei ...m dono data est. Hanc sibi oblatam divinitus et 5
...ctam Dianae numine conloqui secum monereque ...ocere, quae utilia factu essent, persuadere omnibus ...it ac, si quid durius videbatur, quod imperandum ...ibus foret, a cerva sese monitum praedicabat. Id ... dixerat, universi tamquam si deo libentes pare-

---

6 sqq. Cornut. 22 (Cic. nat. d. I 23, 63 Serv. A. III 241) ...q. Val. Max. I 2, 4 Plin. VIII 32, 117 Frontin. I 11, 13 Plut. . 11; 20 Appian. b. c. I 110 Polyaen. VIII 22

---

... cyclo Q cyclopas et cercyonas et scironas T | et Sc. *om.* ... 14 agere Q¹Z | dux educendi TY *tum mallem* exacuendi, ...ndi *sim.* || 16 diff. ementiebatur TY || 18 si quid] sicut δ || ...iuuabant Q || 23 me numine Q¹Z || 25 instituit NOX || 27 si ...T tum quasi *Salmas.*

6 bant. Ea cerva quodam die, cum incursio esset hostium
nuntiata, festinatione ac tumultu consternata in fugam
se prorupit atque in palude proxima delituit et postea
7 requisita perisse credita est. Neque multis diebus
8 post inventam esse cervam Sertorio nuntiatur. Tum,
qui nuntiaverat, iussit tacere ac, ne cui palam diceret,
interminatus est praecepitque, ut eam postero die re-
pente in eum locum, in quo ipse cum amicis esset,
inmitteret. Admissis deinde amicis postridie visum
sibi esse ait in quiete cervam, quae perisset, ad se
reverti et, ut prius consuerat, quod opus esset facto,
9 praedicere; tum servo, quod imperaverat, significat,
cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit, clamor
factus et orta admiratio est.

Eaque hominum barbarorum credulitas Sertorio in
10 magnis rebus magno usui fuit. Memoria prodita est
ex his nationibus, quae cum Sertorio faciebant, cum
multis proeliis superatus esset, neminem umquam ab
eo descivisse, quamquam id genus hominum esset mo-
bilissimum.

## XXIII

De aetatibus historicorum nobilium, Hellanici, Herodoti, Thu-
cydidis.

1 Hellanicus, Herodotus, Thucydides, historiae
scriptores, in isdem fere temporibus laude ingenti
floruerunt et non nimis longe distantibus fuerunt aeta-
2 tibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponnesiaci
fuisse quinque et sexaginta annos natus videtur,
Herodotus tres et quinquaginta, Thucydides qua-
draginta. Scriptum est hoc in libro undecimo
Pamphilae *(FHG III 521, 7)*.

---

1 dum Z || 3 proripuit *Davisius* | et frustra *Cornelissen* 6 ac *om.* Q || 11 op. est δ || 12 praedicare O *Π*X | sermo Z sertorio γ | significante OX significato *Bourdelotius* || 13 missa Q | 16 usus Z | memoriae proditum (it *ex* ict X) γ || 25 hisdem γ | ferme Z | temp. fere γ t. pari l. ingenii *Beloe* || 28 et LXX X

## XXIV

Quid Vulcacius Sedigitus in libro, quem de poetis scripsit, de comicis Latinis iudicarit.

Sedigitus in libro, quem scripsit de poetis, quid de his sentiat, qui comoedias fecerunt, et quem ex omnibus praestare ceteris putet ac deinceps, quo quemque in loco et honore ponat, his versibus suis demonstrat *(fr. 1 B.)*:

multós incertos cértare hanc rem vídimus,
palmám poetae cómico cui déferant.
eum méo iudicio errórem dissolvám tibi,
ut, cóntra si quis séntiat, nihil séntiat.
Caecílio palmam Státio do mímico.
Plautús secundus fácile exuperat céteros.
dein Naévius, qui férvet, pretio in tértiost.
si erít, quod quarto détur, dabitur Lícinio.
post ínsequi Licínium facio Atílium.
in séxto consequétur hos Teréntius,
Turpílius septimúm, Trabea octavum óptinet,
nonó loco esse fácile facio Lúscium.
decimum áddo causa antíquitatis Énnium.

## XXV

De verbis quibusdam novis, quae in Gnaei Mati mimiambis offenderamus.

Cn. Matius, vir eruditus, in mimiambis suis 1
non absurde neque absone finxit recentatur pro eo,

---

18 Vita Terent. p. 33 Reiff. 25 sqq. Non. II p. 167, 13

---

9 uidemus *ω corr. σ* ‖ 12 qui *Osann* | nil *σ* ‖ 13 dominico *δ* do comico **N O** *Π* **X**[2] do cominico **X** *corr. JGr.* ‖ 14 acie *Baehrens* ‖ 15 n(a)e uias *δ* ne liuius **X**[1] | seruet *ω corr. edd. vett.* servet pretium, tertiust *Ritschl* ‖ 17 licium **N O** licio (-inio *m. 2*) **X** ‖ 18 consequitur *ω corr. Pithoeus* ‖ 19 trabeam **Q**[1]**Z** ‖ 21 antiq. causa *ω corr. σ* ‖ 26 neque *om.* **Q**

[redacted]



quod Graeci dicunt *ἀνανεοῦται*, id est 'denuo nasci atque iterum fit recens'. Versus, in quibus hoc v bum est, hi sunt *(fr. 9 B.)*:

iam iam albicascit Phoebus et recentatur
commune lumen hominibus voluptatis.

2 Idem Matius in isdem mimiambis edulcare di quod est 'dulcius reddere', in his versibus *(fr. 10 1*

quapropter edulcare convenit vitam
curasque acerbas sensibus gubernare.

## XXVI

Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogism eiusque definitionis interpretamentum verbis Latinis fact

1 Aristoteles, quid syllogismus esset, his versib definivit *(topic. I 1 p. 100, 25)*: *Λόγος, ἐν ᾧ τεθέ των τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκ*
2 *συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων.* Eius definitio non videbatur habere incommode interpretatio fa hoc modo: Syllogismus est oratio, in qua consen quibusdam et concessis aliud quid, quam quae conce sunt, per ea, quae concessa sunt, necessario conficit

## XXVII

Quid sint 'comitia calata', quid 'curiata', quid 'centuriat quid 'tributa', quid 'concilium'; atque inibi quaedam ei demmodi.

1 In libro Laelii Felicis ad Q. Mucium prir *(fr. 1 sqq. H. I p. 70 Br.)* scriptum est Labeone

6 sqq. Non. II p. 106, 21 = CGL V 641, 16  13 Ar anal. pr. I 1 p. 24, 18 soph. el. I 3 p. 165, 1 rhet. I 2, 9 p. 1356,

4 iam iam] Iam X[1] nam Z | Phoebus *om. Non.* ‖ 5 omni *Scaliger* | et uoluptatis ω *om. Non.* voluptatist *L.Mueller* ‖ 9 p rasque ac. senibus (eminus *Onions*) gubernasse *Non.* ‖ 13 u bis σ ‖ 15 *τινῶν ἕτ. τι τῶν om.* γ ‖ 17 uidebitur Q ‖ 22 cent censoria ω ‖ 23 eiusmodi N Π ‖ 25 lelie δ | atque XZ ad Q

[redacted]



(*fr. 22 H. inc. 187 Br.*) scribere 'calata' comitia esse, quae pro conlegio pontificum habentur aut regis aut flaminum inaugurandorum causa. Eorum autem alia 2
esse 'curiata', alia 'centuriata'; 'curiata' per lictorem curiatum 'calari', id est 'convocari', 'centuriata' per cornicinem.

Isdem comitiis, quae 'calata' appellari diximus, et 3
sacrorum detestatio et testamenta fieri solebant. Tria enim genera testamentorum fuisse accepimus: unum, quod calatis comitiis in populi contione fieret, alterum in procinctu, cum viri ad proelium faciendum in aciem vocabantur, tertium per familiae emancipationem, cui aes et libra adhiberetur.

In eodem Laeli Felicis libro haec scripta sunt: 4
Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non 'comitia', sed 'concilium' edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios neque ad eos referre ulla de re possunt. Ita ne 'leges' quidem proprie, sed 'plebisscita' appellantur, quae tribunis plebis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator legem tulit, ut eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Item in eodem libro hoc scriptum est: 'Cum 5
ex generibus hominum suffragium feratur, 'curiata' comitia esse; cum ex censu et aetate, 'centuriata'; cum

---

5 Serv. A. VIII 654 Paul. p. 38, 13; 225, 8 Non. I p. 23, 27 (Varro) Macr. I 15, 10 CGL VI 169 8 sqq. Gai. II 101 sqq. Ulpian. XX 2 Inst. II 10, 1 Fest. p. 249, 27 Paul. p 109, 7 Cic. leg. II 20, 51 Plut. Coriol. 9 19 sqq. Gai. I 3 Inst. I 2, 4 Plin. XVI 10, 37 Dig. I 2, 2, 8

---

2 regis sacrorum *σ* || 3 in *eras.* Q || 4 centurio alia cur. Z || 7 hisdem hiis Z his Q || 8 distestatio (dit. X) *γ* || 12 mancipationem *Hertz olim* || 14 loco leli Z || 15 non] non ut Q || 18 ferre *Huschke* || 22 utebantur *Π* || 23 dictatorem Z dictator eam *γ*

[redacted]



ex regionibus et locis, 'tributa'; centuriata autem comitia intra pomerium fieri nefas esse, quia exercitum extra urbem imperari oporteat, intra urbem imperari ius non sit. Propterea centuriata in campo Martio haberi exercitumque imperari praesidii causa solitum, quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.'

## XXVIII

Quod erravit Cornelius Nepos, cum scripsit Ciceronem tres et viginti annos natum causam pro Sexto Roscio dixisse.

1 Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens et M. Ciceronis ut qui maxime amicus fa-
2 miliaris fuit. Atque is tamen in librorum primo, quos de vita illius composuit, *(fr. 1 P.)* errasse videtur, cum eum scripsit tres et viginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Ro-
3 scium parricidii reum defendisse. Dinumeratis quippe annis a Q. Caepione et Q. Serrano, quibus consulibus ante diem tertium Nonas Ianuar. M. Cicero natus est, ad M. Tullium et Cn. Dolabellam, quibus consulibus causam privatam pro Quinctio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex et viginti anni reperiuntur. Neque dubium est, quin post annum, quam pro Quinctio dixerat, Sex. Roscium reum parricidii defenderit annos iam septem atque viginti natus L. Sulla Felice II. Q. Metello Pio consulibus.

4 In qua re etiam Fenestellam *(fr. 17 P.)* errasse Pedianus Asconius *(p. XV K.-Sch.)* animadvertit, quod eum scripserit sexto vicesimo aetatis anno pro

11 sqq. Suet. fr. 51 sq. R.

2 quia] Q[2] qui ω || 11 diligens Z || 12 familiarisque N *Π* 13 tamen] cum Z || 14 quem comp. *Π* | ipsius Z || 16 primum] Q primam ω || 18 ãque δ atque *Π*[1] X || 19 ianuarium Q ianuariarum ω ianuarii *s.* -ias σ || 26 II. *om.* N X in (?) O[1] hii *Π* | quinto N qui *Π* X qui /// /// Q que Z | co(n)s. *sic fere* ω || 29 inscripserit Z

[redacted]



Sex. Roscio dixisse. Longior autem Nepotis quam 5
Fenestellae error est, nisi quis vult in animum inducere Nepotem studio amoris et amicitiae adductum amplificandae admirationis gratia quadriennium suppressisse, ut M. Cicero orationem florentissimam dixisse pro Roscio admodum adulescens videretur.

Illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animad- 6
versum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero pari aetate inlustrissimas orationes in causis dixerunt, alter κατὰ Ἀνδροτίωνος et κατὰ Τιμοκράτους septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quinctio septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio. Vixerunt quoque non nimis numerum 7
annorum diversum: alter tres et sexaginta annos, Demosthenes sexaginta.

## XXIX

Quali figura orationis et quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

Duae istae in loquendo figurae notae satis usitatae- 1
que sunt: 'mihi nomen est Iulius' et 'mihi nomen est Iulio'; tertiam figuram novam hercle repperi apud 2
Pisonem in secundo annalium. Verba Pisonis haec sunt *(fr. 19 P.)*: L. Tarquinium, collegam suum, quia Tarquinio nomine esset, metuere; eumque orat, uti sua voluntate Roma concedat.

---

19 sqq. GLK III 360, 12 VII 494, 14 Serv. A. I 267  23 sqq. Cic. de rep. II 31, 53 off. III 10, 40 Liv. II 2, 3 sqq. IV 15, 4 Plut. Public. 7

---

2 qui Z ‖ 3 nepotem *om.* γ ‖ 4 sumpsisse O ‖ 5 florentem γ ‖ 9 illustrissimis *Valckenaer* inl. ⟨primas⟩ *opinor* | causis ⟨privatis⟩ *Hertz* ‖ 10 dixerint ZNO*Π* | KAI KATATE X(*Π*) KATATE NO | TEIM. ω ‖ 12 P.] Q. Z ‖ 13 inserunt Q | m. numerum δ ‖ 14 alterum δ ‖ 19 Duae] *Π* Qu(a)e ω ‖ 20 iulius — est *om.* γ ‖ 21 iulii σ ‖ 24 nomen *hic* ω (*deest in* Z) ‖ 25 romam contendat ω *corr.* σ

[redacted]



Quia Tarquinio inquit nomine esset: hoc proin est, tamquam si ego dicam: 'mihi nomen est Iuliur

## XXX

Vehiculum, quod 'petorritum' appellatur, cuiatis linguae v cabulum sit, Graecae an Gallicae.

1 Qui ab alio genere vitae detriti iam et retorri ad litterarum disciplinas serius adeunt, si forte ide sunt garruli natura et subargutuli, oppido quam fiu
2 in litterarum ostentatione inepti et frivoli. Quo genus profecto ille homo est, qui de petorritis nupe
3 argutissimas nugas dixit. Nam cum quaereretu 'petorritum' quali forma vehiculum cuiatisque lingua vocabulum esset, et faciem vehiculi ementitus est long alienam falsamque et vocabulum Graecum esse dix atque adsignificare volucres rotas interpretatus e commutataque una littera 'petorritum' esse dictu
4 volebat quasi 'petorrotum'; scriptum etiam hoc ess a Valerio Probo contendit.
5 Ego, cum Probi multos admodum commen tationum libros adquisierim, neque scriptum in hi inveni nec usquam alioqui Probum scripsisse cred
6 'Petorritum' enim est non ex Graecia dimidiatum, se
7 totum Transalpibus; nam est vox Gallica. Id scriptu est in libro M. Varronis quarto decimo rerui divinarum *(fr. 108 Ag.)*, quo in loco Varro, cu de petorrito dixisset, esse id verbum Gallicum, 'la ceam' quoque dixit non Latinum, set Hispanicu verbum esse.

12 sqq. Fest. p. 206, 30     22 l. l. Quint. I 5, 57

1 nomine] δ nomen γ ‖ 2 Gellium *Btl.* ‖ 9 priuoli δ ‖ 15 sign. Z id sign. γ significare Q ‖ 17 uol.] uel X ‖ 19 comment riorum N² ‖ 23 t. ⟨ortum⟩ trans Alp. *Hertz* t. transalpinum *JG sed vd. Thielmann, Arch. f. Lex. IV p. 252* | Inscriptum ω *corr.*

[redacted]



## XXXI

**ae verba legaverint Rodii ad hostium ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super illa incluta Ialysi imagine.**

Rodum insulam celebritatis antiquissimae oppidum- 1
ne in ea pulcherrimum ornatissimumque obsidebat
bpugnabatque Demetrius, dux aetatis suae inclutus,
ui a peritia disciplinaque faciendi obsidii machinarum-
ue sollertia ad capienda oppida repertarum cognomen-
um *Πολιορκητὴς* fuit. Tum ibi in obsidione illa aedes 2
uasdam publice factas, quae extra urbis muros cum
arvo praesidio erant, adgredi et vastare atque ab-
umere igni parabat. In his aedibus erat memora- 3
issima illa imago Ialysi Protogenis manu facta,
nlustris pictoris, cuius operis pulchritudinem prae-
tantiamque ira percitus Rodiis invidebat. Mittunt 4
Rodii ad Demetrium legatos cum his verbis: 'Quae,
nalum,' inquiunt 'ratiost, ut tu imaginem istam velis
ncendio aedium facto disperdere? Nam si nos omnes
uperaveris et oppidum hoc totum ceperis, imagine
uoque illa integra et incolumi per victoriam potieris;
in vero nos vincere obsidendo nequiveris, petimus
onsideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello
Rodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse.'
Hoc ubi ex legatis audivit, obpugnatione desita et ima- 5
gini et civitati pepercit.

---

4 sqq. Plin. XXXV 10, 104 Plut. Demetr. 22 (apophth. Demetr. 1) 16 XII 1, 17 23 cfr. Otto, Sprichw. p. 230

---

6 in ductus Q indutus ZX inditus Q²X² || 7 pueritia *ΠQ* | ue *om.* Q¹ || 9 illa *om.* *δ* || 11 adsumere (ass. Q) *δ* || 12 diebus Q / aediebus X || 17 mali Q² || 18 homines *Eussner* || 24 deserta O¹

[redacted]

# A. GELLII

# [illegible] ATTICARVM LIBER SEX DECIMVS

## I

[illegible] Graeca digna atque utilia [illegible] [illegible] utilitatis sententia a M. C[illegible] [illegible] Numantiae ad equites dicta.

[illegible] etiamtum in scholis esse [illegible] [illegible]um, quod adposui, dictum [illegible] audiebamus et, quoniam [illegible] verbisque est brevibus et [illegible] libenter memineramus (p. [illegible] μετὰ πόνου, ὁ μὲν π[illegible] [illegible] ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν [illegible] [illegible] τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. [illegible] sententiam in Catonis c[illegible] [illegible] Numantiae apud equi[illegible] [illegible] laxioribus paulo longi[illegible] [illegible] est praequam illud G[illegible] [illegible] quoniam tamen prior tem[illegible] [illegible] videri debet. Verba [illegible] Cogitate cum ani[illegible]

sign. -
riorum
sed ed.

[illegible] sententiam — dictam δ [illegible] 16 [illegible]
[illegible] priore ω

[redacted]



stris: si quid vos per laborem recte feceritis, bor ille a vobis cito recedet, bene factum a bis, dum vivitis, non abscedet: sed si qua per luptatem nequiter feceritis, voluptas cito ibit, nequiter factum illud apud vos semper anebit.

II

**iusmodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique: et quae sit eius legis reprehensio**

Legem esse aiunt disciplinae dialecticae, si de qua- 1
am re quaeratur disputeturque atque ibi quid rogere, respondeas, tum ne amplius quid dicas, quam id lum, quod es rogatus, aut aias aut neges: eamque gem qui non servent et aut plus aut aliter, quam nt rogati, respondeant, existimantur indoctique esse putandique morem atque rationem non tenere. Hoc 2
idem, quod dicunt, in plerisque disputationibus pro- l dubio fieri oportet. Indefinitus namque inexplic- 3
bilisque sermo fiet, nisi interrogationibus respon- ibusque simplicibus fuerit determinatus.
Sed enim esse quaedam videntur, in quibus, si 4
viter et ad id, quod rogatus fueris, respondeas, re. Nam si quis his verbis interroget: 'Postulo, 5
respondeas, desierisne facere adulterium an non', mcumque dialectica lege responderis, sive aias seu s, haerebis in captione, tamquam si te dicas adul- m *** negent: nam qui facere non desinit, non 6
necessario etiam fecit. Falsa igitur est species 7
s captionis et nequaquam procedere ad id potest, colligi concludique posse eum facere adulterium, se negaverit facere desisse. Quid autem negasse

cita Z[1] | 8 Cuimodi X 11 ... II | 15 indoct. IIQ[2] indoctique X[2] mallem indocti ... XIX ... 24 spl. determinatur II | 26 tam ... aut ... quam ... neges ... rium (-imum Z ZYY 27 aliquid ... ... t ς | 30 concludi II

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEXTVS DECIMVS

## I

**Verba Musoni philosophi Graeca digna atque utilia audiri observarique; eiusdemque utilitatis sententia a M. Catone multis ante annis Numantiae ad equites dicta.**

1 Adulescentuli cum etiamtum in scholis essemus,
*ἐνθυμημάτιον* hoc Graecum, quod adposui, dictum esse
a M u s o n i o philosopho audiebamus et, quoniam vere
atque luculente dictum verbisque est brevibus et ro-
tundis vinctum, perquam libenter memineramus *(p. 273*
2 *Pe.)*: *Ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος
οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ
ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.*
3 Postea istam ipsam sententiam in C a t o n i s ora-
tione, quam dixit Numantiae apud equites,
positam legimus. Quae etsi laxioribus paulo longiori-
busque verbis comprehensa est praequam illud Grae-
cum, quod diximus, quoniam tamen prior tempore
4 antiquiorque est, venerabilior videri debet. Verba ex
oratione haec sunt *(V 1 J.)*: C o g i t a t e c u m a n i m i s

3 utilem (em *ex* itas) Q | sentenciam — dictam δ ‖ 16 postquam X preterquam T² ‖ 17 prior] TY priore ω

vestris: si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, bene factum a vobis, dum vivitis, non abscedet; sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.

## II

**Cuiusmodi sit lex apud dialecticos percontandi disserendique; et quae sit eius legis reprehensio.**

Legem esse aiunt disciplinae dialecticae, si de qua- 1
piam re quaeratur disputeturque atque ibi quid rogere,
ut respondeas, tum ne amplius quid dicas, quam id
solum, quod es rogatus, aut aias aut neges; eamque
legem qui non servent et aut plus aut aliter, quam
sunt rogati, respondeant, existumantur indoctique esse
disputandique morem atque rationem non tenere. Hoc 2
quidem, quod dicunt, in plerisque disputationibus pro-
cul dubio fieri oportet. Indefinitus namque inexpli- 3
cabilisque sermo fiet, nisi interrogationibus respon-
sionibusque simplicibus fuerit determinatus.

Sed enim esse quaedam videntur, in quibus, si 4
breviter et ad id, quod rogatus fueris, respondeas,
capiare. Nam si quis his verbis interroget: 'Postulo, 5
uti respondeas, desierisne facere adulterium an non',
utrumcumque dialectica lege responderis, sive aias seu
neges, haerebis in captione, tamquam si te dicas adul-
terum *** negent; nam qui facere non desinit, non 6
id necessario etiam fecit. Falsa igitur est species 7
istius captionis et nequaquam procedere ad id potest,
ut conligi concludique possit eum facere adulterium,
qui se negaverit facere desisse. Quid autem legis 8

---

4 cita $Z^1$ ‖ 8 Cuimodi N ‖ 11 quod O *Π* ‖ 15 indocti *Π* $Q^2$ rudes indoctique $N^2$ *mallem* indocti inscitique *ut XIX 8, 12* ‖ 20 simpl. determinatur *Π* ‖ 26 tam si te d. ad. quam si neges *σ* | adulterium (-imum Z) ZTY ‖ 27 ⟨aliquid⟩ non *σ* | desiuit *γ* desiit *ς* ‖ 30 concludi *Π*

[redacted]



istius propugnatores in illa captiuncula facient, in
haerere eos necessum est, si nihil amplius, quam q
9 interrogati erunt, responderint? Nam si ita ego i
rum aliquem rogem: 'Quicquid non perdidisti, habe
an non habeas, postulo ut aias aut neges', utrumc
10 que breviter responderit, capietur. Nam si haber
negaverit, quod non perdidit, colligetur oculos e
non habere, quos non perdidit; sin vero habere
dixerit, colligetur habere eum cornua, quae non p
11 didit. Rectius igitur cautiusque ita respondebit
12 'Quicquid habui, id habeo, si id non perdidi.' S
huiuscemodi responsio non fit ex ea lege, quam di
mus; plus enim, quam quod rogatus est, respon
13 Propterea id quoque ad eam legem addi solet n
esse captiosis interrogationibus respondendum.

## III

Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si ci
forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia possit et tole
fames; verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta.

1 Cum Favorino Romae dies plerumque totos
mus, tenebatque animos nostros homo ille fandi d
cissimus, atque eum, quoquo iret, quasi ex ling
prorsum eius capti prosequebamur; ita sermonibus
2 quequaque amoenissimis demulcebat. Tum ad qu
dam aegrum cum isset visere nosque cum eo u
introissemus multaque ad medicos, qui tum forte i
erant, valitudinis eius gratia oratione Graeca dixis
'ac ne hoc quidem mirum' inquit 'videri debet, qu

4 XVIII 2, 9 25 Ter. Hec. 189 Lucr. VI 1236

3 interrogauerunt *δ* | ista Q || 5 ut] au X aut N²O *II*
utrumquemque Q¹Z || 6 si non habere *ω* non *del. Gruppe* || 7
*om.* Q¹ || 8 quod Q || 9 collige tu Z || 11 perdidissem (-sse Z) hui
14 Propt.] Q Et propt. *ω* || 19 uerborum *δ* || 23 apti *Steph*
28 anne Z

[redacted]



cum antehac semper edundi fuerit adpetens, nunc post
imperatam inediam tridui omnis ėius adpetitio pristina
elanguerit. Nam quod Erasistratus *(p. 193 Fu.)* 3
scriptum' inquit 'reliquit, propemodum verum est:
esuritionem faciunt inanes patentesque intestinorum
fibrae et cava intus ventris ac stomachi vacua et hiantia;
quae ubi aut cibo conplentur aut inanitate diutina
contrahuntur et conivent, tunc loco, in quem cibus
capitur, vel stipato vel adducto voluntas capiendi eius
desiderandique restinguitur.' Scythas quoque ait eun- 4
dem Erasistratum dicere, cum sit usus, ut famem
longius tolerent, fasceis ventrem strictissime circumligare.
Ea ventris conpressione esuritionem posse depelli
creditum est.

Haec tum Favorinus multaque istiusmodi alia 5
adfabilissime dicebat; nos autem postea, cum librum 6
forte Erasistrati legeremus *διαιρέσεων* primum, id
ipsum in eo libro, quod Favorinum audiebamus dicere,
scriptum offendimus. Verba Erasistrati ad eam 7
rem pertinentia haec sunt: *Ἐλογιζόμεθα οὖν παρὰ
τὴν ἰσχυρὰν σύμπτωσιν τῆς κοιλίας εἶναι τὴν
σφόδρα ἀσιτίαν· καὶ γὰρ τοῖς ἐπιπλέον ἀσιτοῦσιν
κατὰ προαίρεσιν ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις ἡ
πεῖνα παρακολουθεῖ, ὕστερον δὲ οὐκέτι.* Deinde 8
paululum infra: *Εἰθισμένοι δέ εἰσιν καὶ οἱ Σκύθαι,
ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζωνται ἀσιτεῖν,
ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν, ὡς
τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης· σχεδὸν
δὲ καὶ ὅταν πλήρης κοιλία ᾖ, διὰ τὸ κένωμα
ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, διὰ τοῦτο οὐ πεινῶσιν,*

1 eundi *σ* || 2 pristine lang. *σ* || 7 diutina] dr = dicitur Q || 9 abducto Q || 13 Ea] a Z in Q || 17 ΔΙΑΡΕϹΕϹ (-ΕΦ *Π*) *Π*X || 21 ΤΝΑΙϹΧΡΑΝ X || 22 ΑϹΕΙΤΕΙΑΝ *ω* | ΑϹΕΙΤΟΥϹΙΝ ZNO ΑϹΕϹΕΙΤΟΥϹΙΝ (-ΥΝ X) *Π*X || 25 paulum *γ* || 26 ΑΝΑΓΚ[illegible]ΤΑΙ Z ΑΝΑΓΡΑΖΟΝΤΑΙ *ω* | ΑϹΕΙΤΙΝ *ω* || 27 ΔΙΑϹΦΙΝΓΙΝ
29 *ἡ κοιλία σ* | ΚΑΙΝΩΜΑ *ω* (*etiam p. 162*)

[redacted]



*ὅταν δὲ σφόδρα συμπεπτωκυῖα ᾖ, κένωμα οὐκ ἔχει.*

9 In eodem libro Erasistratus vim quandam famis non tolerabilem, quam Graeci *βούλιμον* appellant, in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait, quam cum serenum atque placidum est, atque eius rei causas, cur is morbus in eo plerumque tempore
10 oriatur, nondum sibi esse compertas dicit. Verba, quibus id dicit, haec sunt: *Ἄπορον δὲ καὶ δεόμενον ἐπισκέψεως καὶ ἐπὶ τούτου καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν βουλιμιώντων, διὰ τί ἐν τοῖς ψύχεσιν μᾶλλον τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται ἢ ἐν ταῖς εὐδίαις.*

## IV

Quo ritu quibusque verbis fetialis populi Romani bellum indicere solitus sit his, quibus populus bellum fieri iusserat; et item in quae verba conceptum fuerit iusiurandum de furtis militaribus sanciendis et uti milites scripti intra praedictum diem in loco certo frequentitarent causis quibusdam exceptis, propter quas id iusiurandum remitti aecum esset.

1 Cincius in libro tertio de re militari fetialem populi Romani bellum indicentem hostibus telumque in agrum eorum iacientem hisce verbis uti scripsit *(fr. 12 H. 1 Br.)*: 'Quod populus Hermundulus hominesque populi Hermunduli adversus populum Romanum bellum fecere deliqueruntque quodque populus Romanus cum populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum iussit, ob eam rem ego populusque Romanus populo Her-

---

4 Arist. probl. VIII 9 p. 887, 38 Paul. p. 32, 10 CGL II 259, 26 VI 156     21 sqq. Liv. I 32, 12 sq.

---

4 ΒΟΥΛΕΙΜΟΝ (ΒΟΥΔ. Z) *ω* ‖ 6 placidissimum *Π* ‖ 11 ΒΟΥδΕΥΜΙΩΝ Z ΒΟΥΛΕΙΜΙΩΝΤΩΝ *fere ω* ‖ 12 ΓΕΙΝ(Ε)ΤΑΙ *ω* ‖ 13 ΕΥΔΕΙΑΙC *fere ω* ‖ 18 sciendis Z ‖ 19 frequentarent *ω praeter* Q ‖ 24 Quod *om.* Q ‖ 25 populi *del. Gr.* ‖ 26 bellum *del. HJMueller et ASchmidt* ‖ 28 hom. Herm.] Q *om. ω* | duxit *Π*

[redacted]



mundulo hominibusque Hermundulis bellum dico facioque.'

Item in libro eiusdem Cincii de re militari 2
quinto ita scriptum est *(fr. 13 H. 2 Br.)*: Cum dilectus antiquitus fieret et milites scriberentur, iusiurandum eos tribunus militaris adigebat in verba haec [Magistratus verba]: 'C. Laelii C. fili consulis L. Cornelii P. fili consulis in exercitu decemque milia passuum prope furtum non facies dolo malo solus neque cum pluribus pluris nummi argentei in dies singulos; extraque hastam, hastile, ligna, poma, pabulum, utrem, follem, faculam si quid ibi inveneris sustulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, uti tu ad C. Laelium C. filium consulem Luciumve Cornelium P. filium consulem sive quem ad uter eorum iusserit, proferes aut profitebere in triduo proximo, quidquid inveneris sustulerisve dolo malo, aut domino suo, cuium id censebis esse, reddes, uti quod rectum factum esse voles.'

Militibus autem scriptis dies praefinibatur, 3
quo die adessent et citanti consuli responderent;
deinde concipiebatur iusiurandum, ut adessent, 4
his additis exceptionibus: 'nisi harunce quae causa erit: funus familiare feriaeve denicales, quae non eius rei causa in eum diem conlatae sint, quo is eo die minus ibi esset, morbus sonticus auspiciumve, quod sine piaculo prae-

2 indico σ ‖ 6 adiebat *Π* **X** ‖ 7 Magistratu (-tus **Q**²) uerba δ In magistratu uerba **OX** In magistratu **N** *Π* *del. Hertz* (*quem cfr. II p. XCI*) ‖ 10 ⟨neque⟩ solus *Huschke* ‖ 12 pompabulum ω *corr. Lion et Lipsius* (pomum) ‖ 15 uti] aut *Boot* ‖ 17 uter] **TY** utrum ω alteruter *Scriverius* | ius erit ς ‖ 18 perferes *Huschke* ‖ 19 quodquid ω *recte* **TY** quum quid *Huschke* | dolo *Ald.* in dolo ω sine d. *Carrio* ‖ 20 esse *om.* **Q**¹ *Π* ‖ 21 recte **O**² *Π* **X** ‖ 22 scripsit δ | praefiniebatur γ ‖ 23 citati ς ‖ 24 deinde ita γ ‖ 26 deinic(h)ales ω

[redacted]



terire non liceat, sacrificiumve anniversarium, quod recte fieri non possit, nisi ipsus eo die ibi sit, vis hostesve, status condictusve dies cum hoste; si cui eorum harunce quae causa erit, tum se postridie, quam per eas causas licebit, eo die venturum adiuturumque eum, qui eum pagum, vicum, oppidumve delegerit.'

5 Item in eodem libro verba haec sunt *(fr. 14 H. 3 Br.)*: Miles cum die, qui prodictus est, aberat neque excusatus erat, infrequens notabatur.

6 Item in libro sexto hoc scriptum est *(fr. 15 H. 4 Br.)*: Alae dictae exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraque tamquam alae in avium corporibus locabantur. In legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

## V

'Vestibulum' quid significet; deque eius vocabuli rationibus.

1 Pleraque sunt vocabula, quibus vulgo utimur neque tamen liquido scimus, quid ea proprie atque vere significent, sed incompertam et vulgariam traditionem rei non exploratae secuti videmur magis dicere, quod volumus, quam dicimus: sicuti est 'vestibulum' verbum in sermonibus celebre atque obvium, non omni-

---

3 XII tab. II 2 Plaut. Curc. 5 10 Paul. p. 112, 7 CGL VI 574 12 sqq. Serv. A. IV 121 XI 604 Isid. IX 3, 62 Veget. II 1 schol. Luc. I 476 CGL VI 46; 47 14 sq. Serv. A. XI 463 Isid. IX 3, 47 23 sqq. Macr. VI 8, 14 sqq. (Non. I p. 53, 3 Serv. A. II 469 VI 273 GLK II 124, 10 Isid. XV 7, 2 CGL VII 409)

---

2 posset *ω corr. Hertz* | ipsius *δ ΠX* ‖ 3 sit] TY sint *ω* | 6 die *del. Scioppius* | aditurumque ς ‖ 9 productus *δ* pr(a)edictus *γ corr. Ursinus* ‖ 10 notabatur *Gr.* dabatur *ω* dicebatur *Lipsius* venum dabatur *Goettling* ‖ 11 sexto *om.* Q ‖ 18 eius fabulationibus Q ‖ 22 uidemus *ΠX*[1] audemus Q ‖ 24 serm. tam cel. Q

[redacted]



bus tamen, qui illo facile utuntur, satis spectatum.
Animadverti enim quosdam hautquaquam indoctos 2
viros opinari vestibulum esse partem domus primorem,
quam vulgus 'atrium' vocat. C. Aelius Gallus in 3
libro de significatione verborum, quae ad ius
civile pertinent, secundo *(fr. 5 H. 23 Br.)* vestibulum
esse dicit non in ipsis aedibus neque partem
aedium, sed locum ante ianuam domus vacuum, per
quem a via aditus accessusque ad aedis est, cum dextra
sinistraque ianuam tectaque sunt viae iuncta atque
ipsa ianua procul a via est area vacanti intersita.
Quae porro huic vocabulo ratio sit, quaeri multum 4
solet; sed quae scripta legi, ea ferme omnia inconcinna
atque absurda visa sunt. Quod Sulpicium autem 5
Apollinarem memini dicere, virum eleganti scientia
ornatum, huiuscemodi est: "'Ve' particula, sicuti quaedam
alia, tum intentionem significat, tum minutionem.
Nam 'vetus' et 'vehemens', alterum ab aetatis magni- 6
tudine compositum elisumque est, alterum a mentis
vi atque impetu dicitur. 'Vescum' autem, quod ex
ve particula et esca copulatum est, utriusque diversae
significationis vim capit. Aliter enim Lucretius 7
*(I 326)* vescum salem dicit ex edendi intentione,
aliter Lucilius *(XXVI 29 M. 499 B.)* vescum appel-
lat cum edendi fastidio. Qui domos igitur amplas 8

---

4 Paul. p. 13, 10 6 sqq. Gl. Reiff. 37 18 sqq. V 12, 10 19 GLK VII 19, 16; 524, 4 20 sqq. Paul. p. 368, 14 Non. II p. 186, 35 Serv. pl. g. III 175 IV 131 Gl. Reiff. 38 CGL VII 408 24 Gl. Reiff. 37

---

1 expectatum δ ‖ 3 iuris X ‖ 4 Celius Q C(a)ecilius ω *corr. Pontanus* ‖ 7 illis sedibus Z | p. mediam Q ‖ 9 accessus X ‖ 10 inter ianuam σ ianuarum *Salmas.* | tecta quae N O Π Q[2] tecte X tecta *Carrio* i. tecta saepiunt *Mdg.* ⟨antae⟩ tectaque *Mms.* ⟨ianorum⟩ ianua t. *vel* alarum tecta quidem *Weiss, sed vd. eundem Fleckeis. ann. 131, 629, ubi cum Roenschio* ianuam ⟨rectaque⟩ tecta quidem s. v. i.; atqui | uinctae O[1] ‖ 14 absurda insunt Q ‖ 17 aliae *Vogel* ‖ 23 dixit N O Π

[redacted]



antiquitus faciebant, locum ante ianuam vacuum relinquebant, qui inter fores domus et viam medius esset.
9 In eo loco, qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant et neque
10 in via stabant neque intra aedis erant. Ab illa ergo grandis loci consistione et quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt spatia, sicuti diximus, grandia ante fores aedium relicta, in quibus starent, qui venissent, priusquam in domum intromitterentur.
11 Meminisse autem debebimus id vocabulum non semper a veteribus scriptoribus proprie, sed per quasdam translationes esse dictum, quae tamen ita sunt factae, ut ab ista, de qua diximus, proprietate non longe descíverint, sicut illud in sexto Vergilii *(A. VI 273)*:

> vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci
> Luctus et ultrices posuere cubilia Curae;

12 non enim vestibulum priorem partem domus infernae esse dicit, quod obrepere potest, tamquam si ita dicatur, sed loca duo demonstrat extra orci fores, 'vestibulum' et 'fauces', ex quibus vestibulum appellat ante ipsam quasi domum et ante ipsa Orci penetralia, fauces autem vocat iter angustum, per quod ad vestibulum adiretur.'

## VI

Hostiae, quae dicuntur 'bidentes', quid sint et quam ob causam ita appellatae sint; superque ea re P. Nigidii et Iulii Hygini sententiae.

1 Redeuntes Graecia Brundisium navem advertimus. Ibi quispiam linguae Latinae litterator Roma a Brun-
2 disinis accersitus experiundum sese vulgo dabat. Imus

---

1 uacuum *om.* γ ‖ 6 constitione σ (consitio *Non.*) ‖ 11 scriptoribus *om.* N O *Π* ‖ 21 q. et uest. γ | appellant Q¹Z ‖ 22 quasi *om.* γ | et *om.* Z ‖ 27 sunt *Π*X | super quare Q supq; re Z VII. P. Nigid. γ ‖ 29 ⟨ex⟩ Graecia *Herts* | brundusi Q

[redacted]



d eum nos quoque oblectamenti gratia; erat enim ssus atque languens animus de aestu maris. Legebat arbare insciteque Vergilii septimum, in quo libro hic versus est (*A. VII 93*):

centum lanigeras mactabat rite bidentis,

t iubebat rogare se, si quis quid omnium rerum velt discere. Tum ego indocti hominis confidentiam miratus: 'docesne' inquam 'nos, magister, cur bientes dicantur?' ''Bidentes' inquit 'oves appellatae, ideircoque lanigeras dixit, ut oves planius demontraret.' 'Posthac' inquam 'videbimus, an oves solae, ut tu ais, bidentes dicantur et an Pomponius, atellaarum poeta, in Gallis transalpinis erraverit, cum hoc scripsit (*v. 51 R.*[3]):

Mars, tíbi voveo facturum, si umquam réd-
ierit,
bidénti verre,

sed nunc ego a te rogavi, ecquam scias esse huiusce vocabuli rationem.' Atque ille nihil cunctatus, sed nimium quantum audacter: 'oves' inquit 'bidentes dictae, quod duos tantum dentes habeant.' 'Vbi terrarum, quaeso te,' inquam 'duos solos per naturam dentes habere ovem vidisti? ostentum enim est et piaculis factis procurandum.' Tum ille permotus mihi et inritatus: 'quaere' inquit 'ea potius, quae a grammatico quaerenda sunt; nam de ovium dentibus opiliones percontantur.' Facetias nebulonis hominis risi et reliqui.

---

8 sqq. Non. I p. 53, 13 Macr. VI 9, 1 sqq. CGL VI 140

---

3 barbaris Z || 6 quis *om.* δ || 7 dicere γ || 8 nobis magist Z || 13 Galliis Π || 15 fact. voveo *Fleckeisen* Mars t. voveo | factúrum *eqs. dist. Seyffert* | suum quam δ | rediero *Macr.* || 18 et quam ω || 25 a *Macr.* ex O²X *om.* ω || 26 upiliones (ap. X) γZ || 27 percontator *Macr.*

P. autem Nigidius in libro, quem de extis composuit *(fr. 81 Sw.)*, 'bidentes' appellari ait non oves solas, sed omnes bimas hostias, neque tamen dixit
13 apertius, cur bidentes; sed, quod ultro existumabamus, id scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad ius pontificum pertinentibus *(III p. 566 Br.)* 'bidennes' primo dictas d littera inmissa quasi biennes, tum longo usu loquendi corruptam vocem esse et ex bidennibus bidentes factum, quoniam id videbatur esse dictu facilius leniusque.

14 Hyginus tamen Iulius, qui ius pontificum non videtur ignorasse, in quarto librorum, quos de Vergilio fecit, 'bidentes' appellari scripsit hostias,
15 quae per aetatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui *(fr. 5 p. 27 Bu.)*: Quae bidens est inquit hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores, per quos appareat ex minore aetate in maiorem transcendisse. Haec Hygini opinio an vera sit, non argumentis, sed oculis videri potest.

## VII

Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit; et quod multis item verbis utitur, de quibus, an sint Latina, quaeri solet.

1 Laberius in mimis, quos scriptitavit, oppido quam
2 verba finxit praelicenter. Nam et *(v. 150 R.[3])* men-

---

1 sqq. l. l. Paul. p. 4, 17 Serv. A. IV 57 VI 39 Acro Hor. c. III 23, 14 13 sqq. l. l. Paul. p. 33, 10; (35, 2; 66, 16) schol. Luc. I 607 Isid. XII 1, 9 26 sq. Non. II p. 140, 31; 70, 3 (= CGL V 637, 10)

---

6 pontificium *Macr.* ‖ 7 bidentes Q | d *om.* γ ‖ 8 tamen Q | 9 bidenibus γ biennibus Q[2] ‖ 10 leniusque *ex* leuisque Q lenisque *ex* lenique Z *om.* γ ‖ 11 pontificium NX *Macr.* ‖ 12 quinto *Macr.* ‖ 16 habere *Π* ‖ 17 iis NO(X) | duos Q ‖ 19 arg. iudicari *Hertz, vd. v. l. in v. 20; mallem* ⟨argui⟩ argumentis ‖ 20 oculis] documentis *Π* | uideri] Q indicari ω

[redacted]



imonium dicit et moechimonium et adulionem adulteritatemque pro 'adulterio' et deiicavit pro 'stupravit' et abluvium pro 'diluvio' quod in mimo ponit, quem Cophinum inscripsit, 9 *R.*[3]) manuatus est pro 'furatus est' et item ullone (*v. 46 R.*[3]) furem manuarium appellat: 3

manuari, inquit pudorem perdidisti,

aque alia huiuscemodi novat. Neque non obso- 4 quoque et maculantia ex sordidiore vulgi usu it, quale est in Staminariis (*v. 87 R.*[3]):

ollet bona fide vos Orcus nudas in catomum.

*v. 151 R.*[3]) elutriare lintea et lavandaria dicit, 5 ad lavandum sint data, et (*v. 147 R.*[3]):

coícior inquit in fullónicam,

(*v. 148 R.*[3]):

uid próperas? ecquid praécurris Caldónia?

a in Restione (*v. 79 R.*[3]) talabarriunculos dicit, 6 s vulgus 'talabarriones'; item in Compitalibus 7 *37 R.*[3]):

malas malaxavi;

a in Cacomnemone (*v. 13 R.*[3]): 8

hic est inquit
lle gurdus, quém ego me abhinc ménses duos
ex África
énientem excepísse tibi narrávi.

---

1 *Ante* et moech. *excidisse opinatur Hertz* et miserimonium *Non. III p. 214, 18* ‖ 4 cropium *Non. p. 140* quoprino *p. 70* r. *Non.* scripsit ω ‖ 5 maustus *Non. p. 141, 1* ‖ 8 huiusmodi γ ‖ aculantie δ ‖ 11 catonium X catomium *Iunt.* ‖ 12 eleutriare labandaria δ labandria (labr. X) γ ‖ 16 et quid Π quid ω *add. vett.* | Calidoniam *Ribb.* ‖ 17 in *om.* δ X O Π | tallabarr. δ lariunculos *Falster* ‖ 18 tabelliones *idem* ‖ 20 malaxauit δ scissaui *Ribb.* ‖ 21 cacomemmone γ ‖ 22 *sic versus dist. Seyf-* ‖ 23 duos menses ω *transp. Bothe* ‖ 25 aduénientem *Ribb.*

[redacted]



9 Item in mimo, qui inscribitur Natal, *(v. 60* cippum dicit et obbam et camellam et *(v. 61* pittacium et capitium:

induis inquit capitium tunicae pittacium.

10 Praeterea in Anna Peranna *(v. 3 R.*[3]*)* gubern pro 'gubernatore' et planum pro 'sycophanta nanum pro 'pumilione' dicit; quamquam planum 'sycophanta' M. quoque Cicero in oratione scri
11 reliquit, quam pro Cluentio dixit *(XXVI 72)*. que item in mimo, qui Saturnalia inscriptus *(v. 80 R.*[3]*)* botulum pro 'farcimine' appellat et
12 minem levennam pro 'levi'. Item in Necyom tia cocionem pervulgate dicit, quem veteres 'a torem' dixerunt. Verba Laberi haec sunt *(v. 63*

dúas uxores? hércle hoc plus negóti est,
quit cócio;
séx aediles víderat.

13 Sed enim in mimo, quem inscripsit Alexandre eodem quidem, quo vulgus, sed probe Latineque est Graeco vocabulo: emplastrum enim dixit o τέρως, non genere feminino, ut isti novicii semid
14 Verba ex eo mimo adposui *(v. 1 R.)*:

quíd est ius iurandum? émplastrum a
álieni.

---

7 XIX 13, 2 Fest. p. 177, 7 CGL VII 160 11 Pa 35, 13 CGL VI 150 13 sq. Paul. p. 20, 12 (Porph. Hor. 3, 25) CGL VI 94; 226 15 (cfr. Otto, Sprichw. p. 87)

---

1 nata . L . . . l . X) *ΠX* nata Z[1] Natalis *vel* Natta *Both* talicius *Fleckeisen* ‖ 2 et capitatium Q ‖ 4 captiuum δNC 5 gubernum *Ribb., sed cfr. Gundermann, Archiv f. Lex. VII* 11 bortulum Q ‖ 12 levennem *Bothe* | necromantia N ‖ 13 nem X | aryllatorem γ ‖ 15 hoc hercule (hercle NX) ω *corr. B* negotio O | esset (eē̄n Z) quid δ ‖ 16 coctio *Festus* | cocio les Q ‖ 18 scripsit δ ‖ 19 sed σ se ω ‖ 20 emplaustrum Q i strum NO inplaustrum *ΠX* ‖ 23 inplastrum (-nstrum *Π*) a

## VIII

**id significet et quid a nostris appellatum sit, quod 'axioma' dialectici dicunt; et quaedam alia, quae prima in disciplina dialectica traduntur.**

Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui 1
emus, necessus fuit adire atque cognoscere, quas
ant dialectici εἰσαγωγάς. Tum, quia in primo περὶ 2
ωμάτων discendum, quae M. Varro *(fr. 36 W.)* alias
ofata, alias proloquia appellat, commentarium
proloquiis L. Aelii, docti hominis, qui magister
rronis fuit, studiose quaesivimus eumque in Pacis
liotheca repertum legimus. Sed in eo nihil edo- 3
ter neque ad instituendum explanate scriptum est,
seque videtur eum librum Aelius *(p. 36, 15 Me.)*
magis admonendi, quam aliorum docendi gratia.
Redimus igitur necessario ad Graecos libros. Ex 4
ibus accepimus ἀξίωμα esse his verbis: λεκτὸν
τοτελὲς ἀπόφαντον ὅσον ἐφ’ αὑτῷ. Hoc ego 5
persedi vertere, quia novis et inconditis vocibus
ndum fuit, quas pati aures per insolentiam vix
sent. Sed M. Varro in libro de lingua Latina 6
Ciceronem quarto vicesimo expeditissime ita
it *(fr. 36 W.)*: Proloquium est sententia, in qua
ihil desideratur.
Erit autem planius, quid istud sit, si exemplum 7
ius dixerimus. Ἀξίωμα igitur, sive id 'proloquium'
cere placet, huiuscemodi est: 'Hannibal Poenus fuit';
Scipio Numantiam delevit'; 'Milo caedis damnatus
st'; 'neque bonum est voluptas neque malum'; et 8
mnino, quicquid ita dicitur plena atque perfecta ver-

---

17 Chrysipp. apud Diog. L. VII 1, 48 (65) Donat. Ter. Andr. 1, 18 Eun. I 2, 95; 98 Ad. V 8, 29   26 Mart. Cap. IV 390

---

4 tradantur *Π* ‖ 6 ualemus *ex* uidemus Q ‖ 8 dicendumque Q ‖ l(a)elii δOX ‖ 13 dictum *Π* ‖ 16 rediimus *Eussner* ‖ 17 his bis: *del. aut* ⟨definitum⟩ esse *scr. Sk.* ‖ 19 nobis et condi- δ ‖ 21 in libro *om.* δ ‖ 27 huiusmodi γ ‖ 30 Plana Q

[redacted]



borum sententia, ut id necesse sit aut verum aut fal-
sum esse, id a dialecticis *ἀξίωμα* appellatum est, a
M. Varrone, sicuti dixi, proloquium, a M. autem
Cicerone *(Tusc. I 7, 14)* pronuntiatum, quo ille
tamen vocabulo tantisper uti se adtestatus est, quoad
melius inquit invenero.
9 Sed quod Graeci *συνημμένον ἀξίωμα* dicunt, id
alii nostrorum *(Stil. fr. III 21 p. 34 Me.)* 'adiunctum',
alii 'conexum' dixerunt. Id 'conexum' tale est: 'si
Plato ambulat, Plato movetur'; 'si dies est, sol super
10 terras est'. Item quod illi *συμπεπλεγμένον*, nos vel
'coniunctum' vel 'copulatum' dicimus, quod est eius-
demmodi: 'P. Scipio, Pauli filius, et bis consul fuit
et triumphavit et censura functus est et collega in
11 censura L. Mummii fuit'. In omni autem coniuncto
si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt,
totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia,
quae de Scipione illo vera dixi, addidero 'et Hanni-
balem in Africa superavit', quod est falsum, universa
quoque illa, quae coniuncte dicta sunt, propter hoc
unum, quod falsum accesserit, quia simul dicentur,
vera non erunt.
12 Est item aliud, quod Graeci *διεζευγμένον ἀξίωμα*,
nos 'disiunctum' dicimus. Id huiuscemodi est: 'aut
malum est voluptas aut bonum aut neque bonum ne-
13 que malum est'. Omnia autem, quae disiunguntur,
pugnantia esse inter sese oportet, eorumque opposita,
quae *ἀντικείμενα* Graeci dicunt, ea quoque ipsa inter
se adversa esse. Ex omnibus, quae disiunguntur,
14 unum esse verum debet, falsa cetera. Quod si aut

3 sq. Ps. Apul. dogm. Plat. III p. 265 Oud. 7 Rhet. lat. min. 246, 2 H. CGL II 446, 20 9 Augustin. princ. dial. 3 11 CGL II 442, 55 23 sq. Mart. Cap. (IV 417) V 536 Rhet. lat. min. (36, 3;) 246, 2; (482, 23) 27 sq. Isid. II 31, 1

8 id *om.* Q ‖ 12 eiuscemodi *Gr.* ‖ 19 falsissimum *Π* ‖ 24 ἀ
26 est *om.* Q ‖ 28 quae *om.* γ ‖ 29 adiunguntur O

[redacted]



nihil omnium verum aut omnia plurave, quam unum, vera erunt aut quae disiuncta sunt, non pugnabunt aut quae opposita eorum sunt, contraria inter sese non erunt, tum id disiunctum mendacium est et appellatur παραδιεζευγμένον, sicuti hoc est, in quo, quae opposita, non sunt contraria: 'aut curris aut ambulas aut stas'. Nam ipsa quidem inter se adversa sunt, sed opposita eorum non pugnant; 'non ambulare' enim et 'non stare' et 'non currere' contraria inter sese non sunt, quoniam 'contraria' ea dicuntur, quae simul vera esse non queunt; possis enim simul eodemque tempore neque ambulare neque stare neque currere.

Sed hoc iam breve ex dialectica libamentum de- 15
disse nunc satis erit, atque id solum addendum ad- 16
monendumque est, quod huius disciplinae studium atque cognitio in principiis quidem taetra et aspernabilis insuavisque esse et inutilis videri solet, sed, ubi aliquantum processeris, tum denique et emolumentum eius in animo tuo dilucebit, et sequitur quae-
dam discendi voluptas insatiabilis, cui sane nisi modum 17
feceris, periculum non mediocre erit, ne, ut plerique alii, tu quoque in illis dialecticae gyris atque maeandris tamquam apud Sirenios scopulos consenescas.

## IX

Quid significet verbum in libris veterum creberrime positum 'susque deque'.

'Susque deque fero' ⟨aut 'susque deque sum'⟩ aut 1
'susque deque habeo' — his enim omnibus modis

---

22 Amm. XXX 1, 12 23 Amm. XXIX 2, 14, cfr. Otto, Sprichw. p. 324 27 sqq. Fest. p. 290, 29 Otto, Sprichw. p. 337

---

2 adiuncta OX | impugnabunt *Π* || 4 tunc *γ* | iunctum O || 3 igpugnant Q repugnant *σ* || 10 contrarie dic. *δ* || 11 posses *Π* || 15 esse Z[1] || 19 sequetur *γ* || 20 nisi *om.* OX || 23 syrenicos *Π* || 26 usque *δ*OX || 27 *suppl. Hertz* ⟨a. s. d. est⟩ *Sk.*

dicitur — verbum est ex hominum doctorum sermonibus. In poematis quoque et in epistulis veterum
2 scriptum est plurifariam; sed facilius reperias, qui id verbum ostentent, quam qui intellegant. Ita plerique nostrum, quae remotiora verba invenimus, dicere ea
3 properamus, non discere. Significat autem 'susque deque ferre' animo aequo esse et, quod accidit, non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere et propemodum id valet, quod dicitur Graece
4 ἀδιαφορεῖν. Laberius in Compitalibus *(v. 29 R.*[3]*)*:

> núnc tu lentu's, núnc tu susque déque fers;
> matér familias túa in lecto adversó sedet,
> servós sextantis útitur nefáriis
> verbís.

5 M. Varro in Sisenna vel de historia *(p. 256 R.)*: Quod si non horum omnium similia essent principia ac postprincipia, susque deque esset.
6 Lucilius in tertio *(III 11 M. 79 B.)*:

> verum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt,
> susque et deque fuere, inquam, omnia, ludus iocusque;
> illud opus durum, ut Setinum accessimus finem:
> *αἰγίλιποι* montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

17 cfr. Otto, Sprichw. p. 287

3 qui id] quiḍ **X** qui *δ* ‖ 11 em nunc *Ribb.* | lentus es ω *corr. Fleckeisen* lentus tu es *Scaliger* | nun **N O** non **X** | fers (*ex* fer) sanatur familiam tua (*ex* tuam) **Q** ‖ 13 uerbis nef. utitur ω *transp. Bothe* ‖ 16 quid *δ* **O** *Π* | non omnino s. *β* | omnia **X** ‖ 21 et] haec *Dousa* ‖ 23 dirum *Π* | sedinum *δ* ‖ 25 ΑΙΓΙΑΠΟΙ **Z** ΑΙΠΙΛΙΠΟΙ (-ΠΟΥ *Π*) ait *γ* *corr. Giphanius* *αἰγίλιπες* *Francken* | omne **Z** *om.* *Π***X** ocres *Loewe* | aperi *γ* **Q**

[redacted]



## X

**Quid sint 'proletarii', quid 'capite censi'; quid item sit in XII tabulis 'adsiduus'; et quae eius vocabuli ratio sit.**

Otium erat quodam die Romae in foro a negotiis 1
et laeta quaedam celebritas feriarum, legebaturque in consessu forte conplurium Ennii liber ex annalibus. In eo libro versus hi fuerunt *(183 M. 136 B.)*:

proletarius publicitus scutisque feroque
ornatur ferro; muros urbemque forumque
excubiis curant.

Tum ibi quaeri coeptum est, quid esset proletarius. 2
Atque ego aspiciens quempiam in eo circulo ius ci- 3
vile callentem, familiarem meum, rogabam, ut id verbum nobis enarraret, et, cum illic se iuris, non rei 4
grammaticae peritum esse respondisset, 'eo maxime' inquam 'te dicere hoc oportet, quando, ut praedicas, peritus iuris es. Nam Q. Ennius verbum hoc ex 5
duodecim tabulis vestris accepit, in quibus, si recte commemini, ita scriptum est *(I 4)*: Adsiduo vindex adsiduus esto. Proletario iam civi, cui, quis volet, vindex esto. Petimus igitur, ne annalem 6
nunc Q. Ennii, sed duodecim tabulas legi arbitrere et, quid sit in ea lege proletarius civis, interpretere.' 'Ego vero' inquit ille 'dicere atque interpretari 7
hoc deberem, si ius Faunorum et Aboriginum didicissem. Sed enim cum *(XII tab. I 4; 5; 10 VIII 2; 4; 15)* 8
proletarii et adsidui et sanates et vades et sub-

6 Non. II p. 155, 19

6 annali *Non.* annalibus III σ ‖ 8 proletari ut *codd. Non.* | publicitus iam δ | scutisque *Iunt.* scutaque *Non.* sicuti (si uti Q) isque ω | ferique ornatus (*rell. om.*) *codd. Non.* ‖ 9 murus QZ ‖ 11 q. c.] quesitum Q ceptum Z ‖ 14 ille γ ‖ 20 est pr. Q est oleatorio Z | iam ciui *om.* γ | cui *del. Schoell* cui quiuis *Scioppius* ‖ 24 ille *om.* γ | in terra et dari δ ‖ 26 cum σ quam ω

vades et viginti quinque asses et taliones fur-
torumque quaestio cum lance et licio evanuerint
omnisque illa duodecim tabularum antiquitas nisi in
legis actionibus centumviralium causarum lege Aebutia
lata consopita sit, studium scientiamque ego praestare
debeo iuris et legum vocumque earum, quibus utimur.'
9 Tum forte quadam Iulium Paulum, poetam me-
moriae nostrae doctissimum, praetereuntem conspexi-
10 mus. Is a nobis salutatur rogatusque, uti de sententia
deque ratione istius vocabuli nos doceret: 'qui in plebe'
inquit 'Romana tenuissimi pauperrimique erant neque
amplius, quam mille quingentum aeris in censum de-
ferebant, 'proletarii' appellati sunt, qui vero nullo aut
perquam parvo aere censebantur, 'capite censi' vocaban-
tur; extremus autem census capite censorum aeris fuit
11 trecentis septuaginta quinque. Sed quoniam res pe-
cuniaque familiaris obsidis vicem pignerisque esse apud
rempublicam videbatur amorisque in patriam fides
quaedam in ea firmamentumque erat, neque proletarii
neque capite censi milites nisi in tumultu maximo
scribebantur, quia familia pecuniaque his aut tenuis
12 aut nulla esset. Proletariorum tamen ordo honestior
aliquanto et re et nomine quam capite censorum fuit:
13 nam et asperis reipublicae temporibus, cum iuventutis
inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur,
armaque is sumptu publico praebebantur, et non capi-
tis censione, sed prosperiore vocabulo a munere offi-
cioque prolis edendae appellati sunt, quod, cum re
familiari parva minus possent rempublicam iuvare,
subolis tamen gignendae copia civitatem frequentarent.

2 sqq. Gai. IV 30 sq. 10 sqq. Non. II p. 155, 19 Exuper. 2 22 sqq. Non. I p. 67, 18 Paul. p. 226, 13 Cic. de re p. II 22, 40 CGL VI 106 VII 140 (Liv. II 9, 6)

5 lala cum sopita *δ* ‖ 16 trecenti *JGr.* ‖ 18 rem . p. *γ* rem *δ* 21 familia quae (pecunia *om.*) **NOX** pecuniaque *om.* ***Π*** | 23 re et n.] rectior est ***Π*** re et non est **X** ‖ 26 his ***Π*** | non ⟨a⟩ *Hertz*

[redacted]



Capite censos autem primus C. Marius, ut quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis reipublicae temporibus vel potius, ut Sallustius ait, bello Iugurthino milites scripsisse traditur, cum id factum ante in nulla memoria extaret. 14 Adsiduus in XII tabulis *(I 4; 10)* pro locuplete et facile facienti dictus aut ab assibus id est aere dando, cum id tempora reipublicae postularent, aut a muneris pro familiari copia faciendi adsiduitate.' 15

Verba autem Sallusti in historia Iugurthina de C. Mario consule et de capite censis haec sunt *(LXXXVI 2)*: Ipse interea milites scribere non more maiorum nec ex classibus, sed ut libido cuiusque erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat et homini potentiam quaerenti egentissimus quisque oportunissimus. 16

## XI

Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

Gens in Italia Marsorum orta fertur a Circae filio. 1
Propterea Marsis hominibus, quorum dumtaxat familiae 2 cum externis cognationibus nondum etiam permixtae corruptaeque sunt, vi quadam genitali datum, ut et

---

1 sqq. Val. Max. II 3, 1 Plut. Mar. 9 Flor. I 36, 13 Exuper. 2 (Lydus mag. I 48) 5 sq. Cic. top. II 10 (Stilo) de rep. II 22, 40 Quint. V 10, 55 GLK I 75, 10 II 118, 18 Paul. p. 9, 9 Isid. X 17 Gl. Reiff. 40 CGL VI 106 22 sqq. Plin. VII 2, 15 XXI 13, 78 XXV 2, 11 XXVIII 2, 19; 3, 30 etc.

---

6 facile ⟨munus⟩ σ | ab assiduis ω *corr.* σ *an* ab assariis? (*Varro ling. l. VIII 38, 71 GLK I p. 76, 3*) ab assibus duendis *Gifanius* ‖ 7 id est] ab Q id est ab *Salmasius* ‖ 16 commemorabant Q ‖ 22 esse fertur ZN f. esse O*ΠX* | filio ⟨Marso⟩ σ | 25 sint Z | datum est γ | et *om.* γ

[redacted]



serpentium virulentorum domitores sint et incentionibus herbarumque sucis faciant medelarum miracula.
3 Hac eadem vi praeditos esse quosdam videmus, qui Psylli vocantur. Quorum super nomine et genere cum in veteribus litteris quaesissem, in quarto denique Herodoti libro *(c. 173)* fabulam de Psyllis hanc
4 invenimus: Psyllos quondam fuisse in terra Africa conterminos Nasamonibus Austrumque in finibus eorum quodam in tempore perquam validum ac diutinum
5 flavisse; eo flatu aquam omnem in locis, in quibus
6 colebant, exaruisse; Psyllos re aquaria defectos eam iniuriam graviter Austro suscensuisse decretumque fecisse, uti armis sumptis ad Austrum proinde quasi ad
7 hostem iure belli res petitum proficiscerentur. Atque ita profectis ventum Austrum magno spiritus agmine venisse obviam eosque universos cum omnibus copiis armisque cumulis montibusque harenarum supervectis
8 operuisse. Eo facto Psyllos ad unum omnis interisse, itaque eorum fines a Nasamonibus occupatos.

## XII

De his vocabulis, quae Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde et inlepide ad origines linguae Graecae redigit.

1 Cloatius Verus in libris, quos inscripsit verborum a Graecis tractorum, non pauca hercle dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quae-
2 dam futtilia et frivola. Errare inquit *(p. 31 E.)* dictum est *ἀπὸ τοῦ ἔρρειν* versumque infert Homeri, in quo id verbum est *(Od. X 72)*:

*ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον, ἐλέγχιστε ζωόντων.*

---

26 Varro l. l. VI 10, 96

---

3 praedictos Q¹X || 14 res pet. *rasa* s Q res repetitum || 16 eoque O Π Eque X¹ || 17 montibus Π || 26 facilia X | 29 NH COY NOZ NECCOY ΠX

[redacted]



Item alucinari factum scripsit ex eo, quod dicitur 3
Graece ἀλύειν, unde elucum quoque esse dictum
putat a littera in e versa tarditatem quandam animi
et stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit.
Item fascinum appellat quasi 'bascanum' et fasci- 4
nare esse quasi 'bascinare'.

Commode haec sane omnia et conducenter. Sed 5
in libro quarto (*p. 32 E.*): 'faenerator' inquit ap-
pellatus est quasi φαινεράτωρ ἀπὸ τοῦ φαίνε-
σθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus
hominum speciem ostentent humanitatis et
commodi esse videantur inopibus nummos de-
siderantibus, idque dixisse ait Hypsicraten quem- 6
piam grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super
his, quae a Graecis accepta sunt. Sive hoc autem
ipse Cloatius sive nescio quis alius nebulo effutivit,
nihil potest dici insulsius. 'Faenerator' enim, sicuti 7
M. Varro in libro tertio de sermone Latino
scripsit (*fr. 62 W.*), a faenore est nominatus; 'fae-
nus' autem dictum ait a fetu et quasi a fetura
quadam pecuniae parientis atque increscentis.
Idcirco et M. Catonem (*fr. inc. 62 J.*) et ceteros 8
aetatis eius feneratorem sine a littera pronuntiasse
tradit, sicuti 'fetus' ipse et 'fecunditas' appellata.

---

1 sqq. Non. II p. 121, 19 Paul. p. 24, 14; 75, 17; 100, 8 Fulgent. serm. ant. p. 566 M. CGL VI 56 5 (GLK III 284, 16) CGL VI 437 17 sqq. Non. I p. 53, 27 V p. 439, 15 Paul. p. 86, 1; 94, 1 Isid. X 96 Gl. Reiff. 39

---

2 ἀλύειν non delutum Q | unde lucum ω (Q) *corr. Cael. Rhodiginus* ‖ 3 a litt. in e *idem* d litt. in c ω | conuersa *Π* ‖ 4 venit, item f. appellatum q. b. *Sk.* ‖ 9 quasi *om.* δ ‖ 11 hominem Q[1]Z homines *Sk.* ‖ 16 qui NO*Π*Z ‖ 20 ait *om.* O est *Π*

[redacted]



## XIII

Quid sit 'municipium' et quid a 'colonia' differat; et quid sint 'municipes' quaeque sit eius vocabuli ratio ac proprietas; atque inibi, quod divus Hadrianus in senatu de iure atque vocabulo municipum verba fecit.

1 'Municipes' et 'municipia' verba sunt dictu facilia et usu obvia, et neutiquam reperias, qui haec dicit, quin scire se plane putet, quid dicat. Sed profecto
2 aliud est, atque aliter dicitur. Quotus enim fere nostrum est, qui, cum ex colonia populi Romani sit, non se municipem esse et populares suos municipes esse dicat, quod est a ratione et a veritate longe aversum?
3 Sic adeo et municipia quid et quo iure sint quantumque a colonia differant, ignoramus existimamusque meliore condicione esse colonias quam municipia.
4 De cuius opinationis tam promiscae erroribus divus Hadrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in senatu habuit, *(ORF*[2] *p. 608)* peritissime disseruit mirarique se ostendit, quod et ipsi Italicenses et quaedam item alia municipia antiqua, in quibus Vticenses nominat, cum suis moribus legibusque uti possent, in ius coloniarum mutari gesti-
5 verint. Praenestinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore petisse orasseque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur, idque illis Tiberium pro ferenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo revaluisset.
6 Municipes ergo sunt cives Romani ex municipiis legibus suis et suo iure utentes, muneris tantum cum populo Romano honorari participes, a quo munere

---

28 sqq. Fest. p. 142, 6 = Paul. p. 131, 3; 127, 1 Isid. IX 3, 21; 4, 21 XV 2, 10 diff. 371 Anecd. H. 242, 25 Dig. L 1, 1; 16, 18 CGL VI 716

---

5 cepit Q ‖ 7 inuenias Π | dicat X ‖ 9 atque al.] aliud γ 12 dicit N[1] dicit . sibi Z ‖ 16 opinionis ω *praeter* Q ‖ 22 potuissent Π | mutare O[1] | gestauerint δ O[1] ‖ 25 pro referenda NOΠ ‖ 30 honerari QNO[1]

[redacted]



capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus neque ulla populi Romani lege adstricti, nisi in quam populus eorum fundus factus est. Primos autem 7
municipes sine suffragii iure Caerites esse factos accepimus concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc 'tabulae Caerites' appellatae versa vice, in quas censores referri iubebant, quos notae causa suffragiis privabant.

Sed coloniarum alia necessitudo est; non enim 8
veniunt extrinsecus in civitatem nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt et iura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii, habent. Quae tamen condicio, cum sit magis obnoxia 9
et minus libera, potior tamen et praestabilior existimatur propter amplitudinem maiestatemque populi Romani, cuius istae coloniae quasi effigies parvae simulacraque esse quaedam videntur, et simul quia obscura oblitterataque sunt municipiorum iura, quibus uti iam per innotitiam non queunt.

## XIV

Quod M. Cato differre dixit 'properare' et 'festinare'; et quam incommode Verrius Flaccus verbi, quod est 'festinat', ἔτυμον interpretatus sit.

'Festinare' et 'properare' idem significare atque in 1
eandem rem dici videntur. Sed M. Cato id differre 2

3 Cic. pro Balb. VIII 19 sqq. XVIII 42 Paul. p. 89, 1 3 sqq. Strab. V 2, 3 p. 220 Porph. et schol. Cruq. Hor. ep. I 6, 62 Ps. Ascon. in Cic. div. III 8 p. 103 Or. 26 sqq. X 11 Suet. rell. p. 285 R. Fest. p. 234, 17 Non. V p. 441, 17 Isid. diff. 440

1 ab his Q ‖ 2 stricti δ | nisi (ni O Π) inquam δ O Π X numquam X ‖ 3 esset *Longolius* ‖ 9 uidebant X[1] Z ‖ 13 iniuria δ ‖ 15 obnixa Q ‖ 21 uti *om.* δ | ignotitiam O X ignorantiam N Z | querunt X[1] ‖ 24 festinate TOIMONZ -ate GR. Q festinat γ *corr. Lion*

[redacted]



existimat eaque hoc modo divisa — verba sunt ipsius ex oratione, quam de suis virtutibus habuit *(XI 4 J.)* —: Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is properat; qui multa simul incipit neque perficit, is festinat.

3 Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius *(p. XV M.)*: 'festinat' inquit a fando dicitur, quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operae

4 habent. Sed id nimis coactum atque absurdum videtur, neque tanti esse momenti potest prima in utroque verbo littera, ut propter eam unam tam diversa verba

5 'festinare' et 'fari' eadem videri debeant. Commodius autem propiusque visum est 'festinare' esse quasi 'fessum esse'. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is iam non properat, set festinat.

## XV

Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit et quid Theopompus de leporibus.

1 Theophrastus, philosophorum peritissimus, *(fr. 182 Wi.)* omnes in Paphlagonia perdices bina corda habere dicit, Theopompus *(FHG I 301)* in Bisaltia lepores bina iecora.

---

15 sq. GLK VII 527, 5 21 Theophr. apud Aelian. nat. an. X 35 XI 40 Athen. IX 43 p. 390c Plin. XI 37, 183 23 sq. Theop. apud Aelian. nat. an. V 27 XI 40 Athen. IX 63 p. 401a Theop. et Favorin. (fr. 58 Ma.) apud Steph. Byz. s. v. *Βισαλτία*, cfr. Arist. mir. ausc. 122 p. 842, 15 anim. hist. II 17 p. 507, 16 part. an. III 7 p. 669, 34 Plin. XI 37, 190

---

1 diu. sunt; uerba *ΠX* uerba diu. sunt Z *dist. Hertz* | 4 unum quodque *Suet. Fest. al.* unum quicquid *pars codd. Nonii* | 5 simul] sibi *δ* | percipit, is Q || 6 is *om. Non. al.* || 12 tanti] tamen X || 15 propiusque ⟨vero⟩ *Sk.* || 22 omnes *om.* Q

[redacted]



## XVI

rippas' a partus aegri et inprosperi vitio appellatos; deque
is deabus, quae vocantur 'Prorsa' et 'Postverta'.

Quorum in nascendo non caput, sed pedes primi 1
iterant, qui partus difficillimus aegerrimusque habe-
', 'Agrippae' appellati vocabulo ab aegritudine et
libus conficto. Esse autem pueros in utero Varro 2
*st. rer. div. XIV fr. 17ᵉ Ag.)* dicit capite infimo nixos,
rsum pedibus elatis, non ut hominis natura est, sed
arboris. Nam pedes cruraque arboris ramos appel- 3
, caput stirpem atque caudicem. Quando igitur 4
uit contra naturam forte conversi in pedes
achiis plerumque diductis retineri solent
griusque tunc mulieres enituntur, huius peri-
li deprecandi gratia arae statutae sunt Ro-
ae duabus Carmentibus, quarum altera 'Post-
rta' cognominatast, 'Prorsa' altera a recti
rversique partus et potestate et nomine.

## XVII

Quae ratio vocabuli sit agri Vaticani.

Et agrum Vaticanum et eiusdem agri deum prae- 1
lem appellatum acceperamus a vaticiniis, quae vi
que instinctu eius dei in eo agro fieri solita essent.
d praeter hanc causam M. Varro in libris divi- 2
arum aliam esse tradit istius nominis rationem
*r. 20ᵇ; 103 Ag.)*: Nam sicut Aius inquit deus ap-

4 sqq. Plin. VII 8, 45 Quint. I 4, 25 Serv. pl. A. VIII 682
om. XX p. 557, 1 Solin. I 65 Anecd. H. 239, 19 CGL VI 46
Tertull. ad nat. II 11 (Serv. A. VIII 336) 26 sqq. Cic. div.
45, 101 II 32, 69 Liv. V 50, 5; 52, 11 Plut. Cam. 14; 30 de
rt. Rom. 5 p. 319 A

3 iis X | prosa *hic* ω ‖ 5 que *om.* NOX¹ ‖ 7 confixo δ con-
xos γ *corr. Carrio* ‖ 8 in imo nixo *Meursius* ‖ 13 diductus δ ‖
6 altera *om.* NX una O ‖ 17 nominata(e)st γ ¦ prosa NOX *om.* Π ¦
diecti Q ‖ 23 huius Z ‖ 26 arius ω *corr. Beroaldus*

[redacted]



pellatus araque ei statuta est, quae est infima nova via, quod eo in loco divinitus vox edita erat, ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humanae initia, quoniam pueri, simul atque parti sunt, eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllabast idcircoque 'vagire' dicitur exprimente verbo sonum vocis recentis.

## XVIII

Lepida quaedam et memoratu et cognitu de parte geometriae quae ὀπτική appellatur, et item alia, quae κανονική, et tertia itidem, quae dicitur μετρική.

1 Pars quaedam geometriae ὀπτική appellatur, quae ad oculos pertinet, pars altera, quae ad auris, κανονική vocatur, qua musici ut fundamento artis suae utuntur.
2 Vtraque harum spatiis et intervallis linearum et ratione numerorum constat.
3 Ὀπτική facit multa demiranda id genus, ut in speculo uno imagines unius rei plures appareant; item ut speculum in loco certo positum nihil imaginet, aliorsum translatum faciat imagines; item si rectus speculum spectes, imago fiat tua eiusmodi, ut caput deorsum videatur, pedes sursum. Reddit etiam causas ea disciplina, cur istae quoque visiones fallant, ut quae in aqua conspiciuntur, maiora ad oculos fiant, quae procul ab oculis sunt, minora.
4 Κανονική autem longitudines et altitudines vocis emetitur. Longior mensura vocis ῥυθμὸς dicitur, altior
5 μέλος. Est et alia species κανονικῆς, quae appellatur μετρική, per quam syllabarum longarum et brevium

3 sqq. August. civ. dei IV 8; 11; 21

7 dicitur σ dicit ω | sono δ || 10 et *prius om.* γ || 11 et *prius om.* Q || 19 uno] illo Q || 20 tercio δ || 21 rectius ω *corr. Carrio* 25 ad] in Q || 26 minora *om.* X || 29 spec. καν.] ς GR. Q spec. KaNONIKH (-KE *Π*) ω καν. *om. Hertz*

et mediocrium iunctura et modus congruens cum principiis geometriae aurium mensura examinatur. Sed 6
haec inquit M. Varro *(p. 337 Bip.)* aut omnino non discimus aut prius desistimus, quam intellegamus, cur discenda sint. Voluptas autem inquit vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit, cum perfectae absolutaeque sunt; in principiis vero ipsis ineptae et insuaves videntur.

## XIX

Sumpta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

Celeri admodum et cohibili oratione vocumque filo 1
tereti et candido fabulam scripsit Herodotus *(I 23)*
super fidicine illo Arione. 'Vetus' inquit 'et nobilis 2
Arion cantator fidibus fuit. Is loco et oppido Me- 3
thymnaeus, terra atque insula omni Lesbius fuit. Eum 4
Arionem rex Corinthi Periander amicum amatumque
habuit artis gratia. Is inde a rege proficiscitur terras 5
inclutas Siciliam atque Italiam visere. Vbi eo venit 6
auresque omnium mentesque in utriusque terrae urbibus demulsit, in quaestibus istic et voluptatibus
amoribusque hominum fuit. Is tum postea grandi 7
pecunia et re bona multa copiosus Corinthum instituit 8
redire, navem igitur et navitas ut notiores amicioresque sibi Corinthios delegit.' Sed eos Corinthios ho- 9
mine accepto navique in altum provecta praedae

---

12 sqq. Strab. XIII 2, 4 p. 618 Ov. f. II 83 Hygin. fab. 194 astr. II 17 Plin. IX 8, 28 Plut. conv. sept. sap. 18 p. 161 B Ps. Dio Chrys. 37 Aelian. nat. an. II 6 VI 15 XII 45 Oppian. hal. V 4 Pausan. III 25, 7 Fronto p. 237 N. Solin. XII 12 Serv. pl. VIII 55 schol. Germ. Arat. p. 165 Br.

---

6 talium] est alium (aliarum Q²) δ || 7 cum p
cuntur *Π* || 11 ex hist. N O *Π* | libro I σ || 12 Cel
16 omni] homo *Crusius* || 22 Istum Q *Π* X Isti
*Crusius* || 24 amiciciores que *Π* Q || 25 eos *Mdg.*

pecuniaeque cupidos cepisse consilium de necando
10 Arione. Tum illum ibi pernicie intellecta pecuniam
ceteraque sua, ut haberent, dedisse, vitam modo sibi
11 ut parcerent, oravisse. Navitas precum eius harum
commiseritum esse illactenus, ut ei necem adferre per
vim suis manibus temperarent, sed imperavisse, uti
12 iam statim coram desiliret praeceps in mare. 'Homo'
inquit 'ibi territus spe omni vitae perdita id unum
postea oravit, ut, priusquam mortem obpeteret, in-
duere permitterent sua sibi omnia indumenta et fides
capere et canere carmen casus illius sui consolabile.
13 Feros et inmanes navitas prolubium tamen audiendi
14 subit; quod oraverat, impetrat. Atque ibi mox de
more cinctus, amictus, ornatus stansque in summae
puppis foro carmen, quod 'orthium' dicitur, voce sub-
15 latissima cantavit. Ad postrema cantus cum fidibus
ornatuque omni, sicut stabat canebatque, iecit sese
procul in profundum. Navitae hautquaquam dubi-
tantes, quin perisset, cursum, quem facere coeperant,
16 tenuerunt. Sed novum et mirum et pium facinus
contigit.' Delphinum repente inter undas adnavisse
fluitantique sese homini subdidisse et dorso super
fluctus edito vectavisse incolumique eum corpore et
17 ornatu Taenarum in terram Laconicam devexisse. Tum
Arionem prorsus ex eo loco Corinthum petivisse ta-
lemque Periandro regi, qualis delphino vectus fuerat,
inopinanti sese optulisse eique rem, sicuti acciderat,
18 narravisse. Regem istaec parum credidisse, Arionem,
19 quasi falleret, custodiri iussisse, navitas inquisitos ab-
legato Arione dissimulanter interrogasse, ecquid au-
20 dissent in his locis, unde venissent, super Arione; eos
dixisse hominem, cum inde irent, in terra Italia fuisse
eumque illic bene agitare et studiis delectationibusque

13 sibi Z ibi homo X *et v. l. in* O || 17 se pronus *Crusius* | contingit $X^1Z$ || 27 inopinanti *om.* $\gamma$ || 28 isti p. X ist(a)e gra- $\delta$ || 29 requisitos $\gamma$ || 30 et quid $\omega$ || 32 unde $\delta$

[redacted]



urbium florere atque in gratia pecuniaque magna opulentum fortunatumque esse. Tum inter haec eorum 21
verba Arionem cum fidibus et indumentis, cum quibus se in salum eiaculaverat, extitisse, navitas stupefactos 22
convictosque ire infitias non quisse. Eam fabulam 23
dicere Lesbios et Corinthios, atque esse fabulae argumentum, quod simulacra duo aenea ad Taenarum viserentur, delphinus vehens et homo insidens.

---

1 opulentum *om.* *γ* || 2 que *om.* *Π*[1] || 7 aena *Π* ena Z cęna X

[redacted]

# A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER SEPTIMVS DECIMVS

---

## I

Quod Gallus Asinius et Largius Licinus sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Caelio; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere digneque dici possit.

1 Vt quidam fuerunt monstra hominum, quod de dis inmortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt, ita nonnulli tam prodigiosi tamque vecordes extiterunt, in quibus sunt Gallus Asinius et Largius Licinus, cuius liber etiam fertur infando titulo Ciceromastix, ut scribere ausi sint M. Ciceronem parum integre
2 atque inproprie atque inconsiderate locutum. Atque alia quidem, quae reprehenderunt, neque dictu neque
3 auditu digna sunt; sed enim hoc, in quo sibimet ipsi praeter cetera esse visi sunt verborum pensitatores subtilissimi, cedo, quale id sit, consideremus.
4 M. Cicero pro M. Caelio ita scribit *(III 6)*: Nam quod obiectum est de pudicitia quodque om-

---

2 larcius OQ lartius *ω* | licinius (*om. hic* X) *ω item in v. 9 corr. Hertz* || 5 mere *δ* e re *Sk.* || 6 qui *σ* || 12 in consilium ante Z || 14 sed etenim hi *Π* | in hoc *ω* in *eieci* | in *om.* NQ*Π* | quod N[1] || 14 ipsis *γ* || 16 considerem *Π* || 17 scribsit *γ* || 18 subiectum *δ*

ım accusatorum non criminibus, sed vocibus
ıledictisque celebratum est, id numquam tam
ırbe feret M. Caelius, ut eum paeniteat non
formem esse natum. Non existumant verbo pro- 5
o esse usum, quod ait paeniteat, atque id prope
ptum etiam esse dicunt. 'Nam 'paenitere'' inquiunt 6
m dicere solemus, cum, quae ipsi fecimus aut quae
nostra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea
bis post incipiunt displicere sententiamque in iis
stram demutamus'; neminem autem recte ita loqui 7
enitere sese, quod natus sit' aut 'paenitere, quod
rtalis sit' aut 'quod ex offenso forte vulneratoque
pore dolorem sentiat', quando istiusmodi rerum nec
nsilium sit nostrum nec arbitrium, sed ea ingratis
stris vi ac necessitate naturae nobis accidant: 'sicut 8
rcle' inquiunt 'non voluntarium fuit M. Caelio, quali
ma nasceretur, cuius eum dixit non paenitere,
nquam in ea causa res esset, ut rationem caperet
enitendi.'
Est haec quidem, quam dicunt, verbi huiusce sen- 9
tia et 'paenitere' nisi in voluntariis rebus non probe
itur, tametsi antiquiores verbo ipso alio quoque
odo usitati sunt et 'paenitet' ab eo, quod est 'paene',
'paenuria' dixerunt. Sed id aliorsum pertinet atque
o in loco dicetur. Nunc autem sub hac eadem 10
nificatione, quae vulgo nota est, non modo ineptum
e non est, quod M. Cicero dixit, sed festivissimum
leo et facetissimum est. Nam cum adversarii et 11
trectatores M. Caeli, quoniam erat pulchro corpore,
rmam eius et faciem in suspiciones inpudicitiae ac-
rserent, inludens Cicero tam absurdam criminatio-

23 Paul. p. 222, 2 Serv. A. I 548 ecl. II 34 Donat. et schol.
ler. Eun. V 6, 12 schol. Ter. Haut. I 1, 20

3 cecilius *δ* || 9 hi(i)s *ΠZ* || 14 nostrorum Q || 15 in nostris *ω*
del. *Carrio* | sic OX || 18 reus *Sk.* || 24 et a NOΠZ | penitet *ω*
*Ald.* | 26 nata Q | 30 in *om.* *δ*

[redacted]



nem, quod formam, quam natura fecerat, vitio darent, eodem ipso errore, quem inludebat, sciens usus est et: 'non paenitet' inquit 'M. Caelium non deformem esse natum', ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat, obprobraret adversariis ac per facetias ostentaret facere eos deridiculum, quod proinde Caelio formam crimini darent, quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur.

## II

Verba quaedam ex Q. Claudii annalium primo cursim in legendo notata.

1 Cum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae vegetandae gratia indipisci animo ac recensere, quae in eo libro scripta essent in utrasque existimationes laudis aut culpae adnotamentis digna, eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi venisset usus, verborum sententiarumque elegantium recordationes. 2 Velut haec verba ex Q. Claudii primo annali, quae meminisse potui, notavi, quem librum legimus biduo proximo superiore.

3 Arma inquit *(fr. 22 P.)* plerique abiciunt atque inermi inlatebrant sese. Inlatebrant verbum poeticum visum est, sed non absurdum neque asperum.

4 Ea inquit *(fr. 13 P.)* dum fiunt, Latini subnixo animo ⟨ex victoria inerti consilium ineunt. Subnixo animo⟩ quasi sublimi et supra nixo, verbum bene significans et non fortuitum; demonstratque animi altitudinem fiduciamque, quoniam, quibus innitimur, iis quasi erigimur attollimurque.

---

21 Liv. IX 31, 15 22 Non. II p. 129, 21 = CGL V 643, 23
26 Non. IV p. 405, 29 CGL VII 306 cfr. Serv. pl. A. IV 216 extr.

---

12 ueterum *Π* || 16 erat quam *δ* || 19 *Coelio attribuit fragmenta Non.* || 22 inermis in latebras se inlatebrant *Non.* || 24 dum fiunt *om. Non.* || 25 ex — animo *suppl. Hertz ex Non.* et victoriae certi *Canter* || 28 altitudinemque $Q^{1}$ fortitudinem *γ*

[redacted]



Domus inquit *(fr. 23 P.)* suas quemque ire 5
iubet et sua omnia frunisci. ⟨Frunisci⟩ rarius
quidem fuit in aetate M. Tulli ac deinceps infra ra-
rissimum, dubitatumque est ab inperitis antiquitatis,
an Latinum foret. Non modo autem Latinum, sed 6
iucundius amoeniusque etiam verbum est 'fruniscor'
quam 'fruor', et ut 'fatiscor' a 'fateor', ita 'fruniscor'
factum est a 'fruor'. Q. Metellus Numidicus, qui 7
caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistula,
quam exul ad Domitios misit, ita scripsit: Illi vero
omni iure atque honestate interdicti, ego ne-
que aqua neque igni careo et summa gloria
fruniscor. Novius in atellania, quae Parcus in- 8
scripta est, hoc verbo ita utitur *(v. 77 R.³)*:

quód magno opere quaésiverunt, íd frunisci
nón queunt.
quí non parsit ápud se, ..... frunítus est.

Et Romani inquit *(fr. 24 P.)* multis armis et 9
magno commeatu praedaque ingenti copiantur.
⟨Copiantur⟩ verbum castrense est, nec facile id re-
perias apud civilium causarum oratores, ex eademque
figura est, qua 'lignantur' et 'pabulantur' et 'aquantur'.
Sole inquit *(fr. 3 P.)* occaso. Sole occaso non 10
insuavi vetustate est, si quis aurem habeat non sordi-
dam nec proculcatam; in duodecim autem tabulis
verbum hoc ita scriptum est *(I 7; 8; 9)*: Ante meri-
diem causam coniciunto, cum perorant ambo

---

2 Non. II p. 113, 7 Paul. p. 92, 9 CGL VI 471   7 GLK II 429, 9   13 sqq. Non. II p. 113. 9   19 Non. II p. 87, 3 = CGL V 639, 21   23 GLK I 262, 18 II 566, 20

---

1 quoque *codd. Non.* ‖ 2 Fr. *add. Carrio* ‖ 7 fatisco Z ‖ 11 interdictum *Cobet* ‖ 13 partus Z parens Q ‖ 19 set praeda *Non.* ‖ 20 Cop. *add. Hertz* (*Carrio*) ‖ 21 orationes Z ‖ 23 occasu Q | Sole occ. *om.* δ ‖ 24 uenustate γ | est] et δ ‖ 26 meridiem] *sed cfr. Sk. Fleckeis. ann. suppl. XXVII 95* ‖ 27 coniciunt *s.* -tiunt ω *corr. Scaliger* conicito *Scioppius* conscito *Huschke* | com (*s.* coram; tum *Mms.*) peroranto *Schoell*

[redacted]



praesentes. Post meridiem praesenti litem addicito. Si ambo praesentes, sol occasus suprema tempestas esto.

11 Nos inquit *(fr. 25 P.)* in medium relinquemus. Vulgus 'in medio' dicit; nam vitium esse istuc putat et, si dicas 'in medium ponere', id quoque esse soloecon putant; set probabilius significantiusque sic dici videbitur, si quis ea verba non incuriose introspiciat; Graece quoque θεῖναι εἰς μέσον, vitium id non est.

12 Postquam nuntiatum est, inquit *(fr. 1 P.)* ut pugnatum esset in Gallos, id civitas graviter tulit. In Gallos mundius subtiliusque est, quam 'cum Gallis' aut 'contra Gallos'; nam pinguiora haec obsoletioraque sunt.

13 Simul inquit *(fr. 8 P.)* forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecellebat, ut facile intellegeretur magnum viaticum ex se atque in se ad rempublicam evertendam habere. Magnum viaticum pro magna facultate et paratu magno nove positum est, videturque Graecos secutus, qui ἐφόδιον a sumptu viae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt ac saepe ἐφοδίασον pro eo dicunt, quod est 'institue' et 'instrue'.

14 Nam Marcus inquit *(fr. 7 P.)* Manlius, quem Capitolium servasse a Gallis supra ostendi cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exsuperabilem respublica sensit, is et genere et vi et virtute bellica nemini concedebat. 'Adprime' crebrius

1 praesenti *eicit Raevardus* || 2 si ambo pr. *del. Scaliger* solis **Q** *alii testes, sed vd. XIV 7, 8* || 5 esse *om.* γ est **Q** || 6 sol(o)e computant **NOXZ** soloecismum putant **Q*II*X**² || 7 et γ**Q** | significatiusque **Z** || 8 uidetur **Q** || 13 iam **Z** || 14 absolutioraque γ | 15 forme δ**X**¹ | eloquentie **Z** || 17 praecollebat **Z** praecolebant **Q** | 18 ex — 19 uiaticum **Z**β *om.* ω || 21 a *om.* γ**Q** | sumptum **Q**²**Z** | 23 ΕΦΟΔΙϹΟΝ ω *corr. Stephanus* || 24 quem *om.* δ || 26 ad Gallos *Pradel, de praeposit. vi p. 493* || 27 exsuper habilem *Mms.* | 28 et vi *del. Mms.*

[redacted]



est, cumprime rarius traductumque ex eo est, quod 'cumprimis' dicebant pro quod est 'inprimis'.

Nihil sibi inquit *(fr. 26 P.)* divitias opus esse. 15
Nos 'divitiis' dicimus. Sed vitium hoc orationis nullum est, ac ne id quidem est, quod figura dici solet; recta enim istaec oratio est, et veteres conpluscule ita dixerunt, nec ratio dici potest, cur rectius sit 'divitiis opus esse' quam 'divitias', nisi qui grammaticorum nova instituta ut τεμένων ἱερὰ observant.

Nam haec inquit *(fr. 9 P.)* maxime versatur 16
deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolumiores neque optimum quemquam inter nos sinunt diurnare. Inusitate diurnare dixit pro 'diu vivere', sed ex ea figuratione est, qua dicimus 'perennare'.

Cum iis inquit *(fr. 6 P.)* consermonabatur. 17
'Sermonari' rusticius videtur, sed rectius est, 'sermocinari' tritius est, sed corruptius.

Sese inquit *(fr. 17 P.)* ne id quoque, quod tum 18
suaderet, facturum esse. Ne id quoque dixit pro 'ne id quidem', infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum.

Tanta inquit *(fr. 2 P.)* sanctitudo fani est, ut 19
numquam quisquam violare sit ausus. 'Sanctitas' quoque et 'sanctimonia' non minus Latine dicuntur,

---

2 GLK I 268, 31 CGL VI 294 12 Non. II p. 100, 14 'diurnare honestum verbum pro diu vivere ('uidere' codd. cfr. CGL V 640, 47) ut apud veterem prudentem auctoritatis incognitae: neque optumum quemquam in suos solent diurnare' 24 Non. II p. 173, 26

---

1 est] que Q || 2 eo quod X || 4 dici ac (mus — 5 n. est *om.*) δ et γ || 6 (h)ista h(a)ec O ΠX || 9 ΘΕΜΕΝΩΝ ω || 10 in hoc *LMueller; fort.* hac | vexatur *Gr.* servatur *Baehrens* || 12 quemque *Falster* || 14 figura γ | quam δ || 16 hi(i)s γZ || 17 sed] quam Q | est *om.* γ || 18 tritius *scripsi* rectius ω crebrius σ lectius *Dziatzko* rectius, sed corr. est. Se *Hertz* || 19 Sese] esse δ || 24 quis Π

[redacted]



sed nescio quid maioris dignitatis est verbum 's
20 tudo', sicuti M. Cato in L. Veturium duritud
quam 'duritiam' dicere gravius putavit (XVIII
Qui illius inquit impudentiam norat et
tudinem.
21 Cum tantus inquit (*fr. 20 P.*) arrabo
Samnites populi Romani esset. Arrab
dixit sescentos obsides et id maluit quam pign
cere, quoniam vis huius vocabuli in ea sen
gravior acriorque est; sed nunc 'arrabo' in so
verbis haberi coeptus ac multo videtur sordidius
quamquam arra quoque veteres saepe dixeri
conpluriens Laberius (*v. 152 R.*[3]).
22 Miserrimas inquit (*fr. 27 P.*) vitas exege
23 et (*fr. 28 P.*): hic nimiis in otiis inquit cons
tus est. Elegantia utrobique ex multitudine n
quaesita est.
24 Cominius, inquit (*fr. 4 P.*) qua ascendera
scendit atque verba Gallis dedit. Verb
minium dedisse Gallis dicit, qui nihil qui
cuiquam dixerat; neque eum Galli, qui Capi
obsidebant, ascendentem ⟨aut descendentem⟩ vi
Sed verba dedit haut secus posuit, quam si tu
'latuit atque obrepsit'.
25 Convalles inquit (*fr. 29 P.*) et arboreta m
erant. Arboreta ignobilius verbum, 'arbusta'
bratius.
26 Putabant inquit (*fr. 5 P.*) eos, qui foris
qui in arce erant, inter se commutation

---

2 Non. II p. 100, 17 = CGL V 640, 48 18 sqq.
46, 8 Dionys. Hal. XIII 9 Plut. Camill. 25 Diod. XIV 116
tin. III 13, 1 28 sqq. Liv. V 47, 11

---

1 qui *Mdg.* | verbo *Hertz* ‖ 4 imprudentiam qui
11 sordidius *om.* γ ‖ 14 uias NQ ‖ 15 nimiis *Lambecius* m
minus NO minus *Π*X minuss Z annus *Peter* ‖ 18 qui X ‖
… dicens ω ‖ 22 *suppl.* σ ‖ 26 uerbum est γ

ısilia facere. Commutationes. id est conlatio- communicationesque, non usitate dixit. set non ele inscite nec ineleganter.

Haec ego pauca interim super eo libro, quorum 27
moria post lectionem subpetierat. mihi notavi.

III

ba M. Varronis ex libro quinto et vicesimo humanarum. ribus contra opinionem volgariam interpretatus est Homeri ersum.

In sermonibus forte, quos de temporibus rerum ad 1
ıs hominum repertarum agitabamus, adulescens spiam non indoctus sparti quoque usum in terra aecia diu incognitum fuisse dixit multisque post ım captum tempestatibus ex terra Hispania advec-
a. Riserunt hoc ad inludendum ex his, qui ibi 2
rant, unus atque alter, male homines litterati, quod ius *ἀγοραίους* Graeci appellant, atque eum, qui id erat, librum legisse Homeri aiebant, cui versus forte deesset *(Il. II 135)*:

*ααὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυν-
ται.*

Tum ille prorsum inritatus: 'non' inquit 'meo libro 3
sus iste, sed vobis plane magister defuit, si creditis eo versu *σπάρτα* id significare, quod nos 'spartum'
imus'. Maiorem illi risum subiciunt, neque id de- 4
serunt, nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis cesimus quintus humanarum, in quo de isto omeri verbo a Varrone ita scriptum est *(fr. 4 Mi.)*:

---

1 consolationes Q ‖ 2 non inusitate dixisset non ς ‖ 7 uerba dam M. Q ‖ 12 quisquam Z ‖ 15 iis NOX ‖ 19 esset ς ‖ 22 in L Z ‖ 23 iste *Lion* ipse Q *Π* se Z sed NOX ipse, sed *Longolius* ‖ destituerunt (dist. Z) Q[1]Z; *possis* desierunt *vel* inde de- erunt

Ego σπάρτα apud Homerum non plus 'spar significare puto quam σπάρτους, qui dicu in agro Thebano nati. In Graecia sparti c modo coepit esse ex Hispania. Neque ea facultate usi Liburni; set hi plerasque n loris suebant, Graeci magis cannabo et st ceterisque sativis rebus, a quibus σπάρτα pellabant. Quod cum ita Varro dicat, dubito h an posterior syllaba in eo verbo, quod apud Hom est, acuenda sit, nisi quia voces huiusmodi, cu communi significatione in rei certae proprietatem cedunt, diversitate accentuum separantur.

## IV

Quid Menander poeta Philemoni poetae dixerit, a quo indigne in certaminibus comoediarum superatus est; e saepissime Euripides in tragoedia ab ignobilibus victus est.

1 Menander a Philemone, nequaquam pari tore, in certaminibus comoediarum ambitu grat 2 et factionibus saepenumero vincebatur. Eum cum habuisset obviam: 'quaeso,' inquit 'Philemo, bona dic mihi, cum me vincis, non erubescis?'

3 Euripidem quoque M. Varro *(p. 351 Bip.* cum quinque et septuaginta tragoedias scripser quinque solis vicisse, cum eum saepe vincerent a poetae ignavissimi.

4 Menandrum autem alii centum octo, partim tum novem reliquisse comoedias ferunt. Sed Ap dori, scriptoris celebratissimi, hos de Menandr

---

1 sqq. Plin. XIX 1, 25 sq. XXIV 9, 65 Schoell, acta s Lips VI p. 129 18 Quint. X 1, 72 Apul. flor. 16 vit. Eurip. Suid. s. v. Εὐριπ. Aelian. v. h. II 8

---

5 liburnis et δ ‖ 8 subito δ ‖ 18 paruo (o ex i) Q ( uium X[1]

[redacted]



legimus in libro, qui chronica inscriptus est (77 p. 358 Ja.):

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθους πατρὸς
πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.

6 istis tamen centum et quinque omnibus solis eum octo vicisse idem Apollodorus eodem in libro scribit.

## V

Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricae artificibus videatur, M. Ciceronem in libro, quem de amicitia scripsit, vitioso argumento usum ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου posuisse; totumque id consideratius tractatum exploratumque.

1 M. Cicero in dialogo, cui titulus est Laelius vel de amicitia, docere volens amicitiam non spe expectationeque utilitatis neque pretii mercedisque causa colendam, sed, quod ipsa per sese plena virtutis honestatisque sit, expetendam diligendamque esse, etiamsi nihil opis nihilque emolumenti ex ea percipi queat, hac sententia atque his verbis usus est eaque dicere facit C. Laelium, sapientem virum, qui Publii Africani fuerat amicissimus *(IX 30)*: Quid enim? Africanus
2 indigens mei? ne ego quidem illius. Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit; auxit benivolentiam consuetudo. Sed quamquam utilitates multae

3 Suid. s. v. Μένανδρος Anon. περὶ κωμῳδ.

3 ΚΙΦΙCΙΕΥC ΝΟ *Π* | ΙΩΝ ω | ἔκτε *Casaubonus* | ΔΙΟΠΙΘΟΥC ΟΙC *Π*) ω Διοπείθεος *Heyne* | ⟨τοῦ⟩ πατρὸς *Meineke* || 4 ΤΟΥC-ΑΤΟΝ Ζ ΤΟΙCΕΚ. ω *corr. Casaubonus* | ΓΡΑΙΑC *Π* | ΑΡΑΜΑΤ' ΑΤ Ζ) ω || 5 ΕΞΕΛΕΙΠΕ ΠΕΝΤΗΚΑΝΤΑ *sic fere* ω | ΔΙΕΙΝ Π ΕΙΠΤ Ζ) 7 *scribit*] Q *scripsit* ω || 17 quod] O² quo ω || 20 uersi-[illegible] || 23 *nec X minime hercule!* ac ne *Cic.*

[redacted]



et magnae consecutae sunt, non sunt t earum spe causae diligendi profectae. benefici liberalesque sumus, non ut e gratiam — neque enim beneficium faeı sed natura propensi ad liberalitatem s sic amicitiam non spe mercedis addı quod omnis eius fructus in ipso amo: expetendam putamus.

3 Hoc cum legeretur in coetu forte homin rum, rhetoricus quidam sophista utriusqu callens, haut sane ignobilis ex istis acutulis doctoribus, qui τεχνικοὶ appellantur, atque in tamen non impiger, usum esse existimabat a M. Tullium non probo neque apodictico, se quaestionis, cuius esset ea ipsa res, de qua qu verbisque id vitium Graecis appellat, quod

4 ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου. 'N ficos' inquit 'et liberales sumpsit ad confirm quod de amicitia dicebat, cum ipsum illud quaeri et debeat, quisquis liberaliter et beni qua mente quoque consilio benignus liberal utrum quia mutuam gratiam speret et eum, benignus sit, ad parem curam sui provocet, qı plerique omnes videntur, an quia natura sit benignitasque eum per sese ipsa et liberalita sine ulla recipiendae gratiae procuratione,

5 omnium ferme rarissimum.' Argumenta aı sebat aut probabilia esse debere aut per minime controversa idque 'apodixin' vocar cum ea, quae dubia aut obscura sunt, per

6 ambigua non sunt, inlustrantur. Atque ut

---

27 sqq. Cic. acad. II 8, 26 Quint. V 10 Speusipp. p. 79 Mu.

---

1 tamen] inde Z || 11 aut QX | minoris δ || 12 E 15 de qua *om.* Q que *add.* Q² || 16 appellabat σ || 17 TOYMENOYN ZNOΠ || 19 illum δ || 21 quoue γ || 23

neficos liberalesque ad id, quod de amicitia quaere-
tur, quasi argumentum exemplumve sumi non opor-
te: 'eodem' inquit 'simulacro eademque rationis ima-
ne amicitia invicem pro argumento sumi potest. si
iis adfirmet homines beneficos liberalesque esse de-
re non spe aliqua conpendii, set amore et studio
nestatis. Poterit enim consimiliter ita dicere: "Nam- 7
le ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur, sic
nefici liberalesque non gratiae reciperandae studio
se debemus." Poterit sane' inquit 'ita dicere, sed 8
que amicitia liberalitati neque liberalitas amicitiae
aebere argumentum potest, cum de utraque pariter
neratur.'
Haec ille rhetoricus artifex dicere quibusdam vide- 9
tur perite et scienter, sed videlicet eum vocabula
rum vera ignoravisse. Nam beneficum et libe- 10
lem Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum
se censent, non eum, qui, ut ipse ait, beneficia
eneratur, sed qui benigne facit nulla tacita ratione
l utilitates suas redundante. Non ergo obscuro ne- 11
le ambiguo argumento usus est, sed certo atque per-
icuo, siquidem, qui vere beneficus liberalisque est,
a mente bene aut liberaliter faciat, non quaeritur.
liis enim longe nominibus appellandus est, si, cum 12
lia facit, sui potius quam alterius iuvandi causa facit.
rocessisset autem argutatori isti fortassean reprehen- 13
o, si Cicero ita dixisset: 'ut enim benefice liberali-
rque facimus, non ut exigamus gratiam'; videretur
iim benefice facere etiam in non beneficum cadere
sse, si id per aliquam circumstantiam fieret, non
r ipsam perpetuae benignitatis constantiam. Sed 14
um 'beneficos liberalesque' dixerit neque alius modi

---

3 s. et eadem γ | orationis δ || 6 speciali qua Z | compendiis
δ | 7 id adicere (add. Q) δ || 9 recipiend(a)e NZ || 12 utra-
le] Q utroque ω || 16 beneficium δΠX[1] || 19 tacita] citate Q
a Q[2] citatus *Hertz* || 23 quaerit *Sk.* || 26 argumentatori OQ[2]X[2]Z

isti sint, quam cuius esse eos supra diximus, inlotis, quod aiunt, pedibus et verbis reprehendit doctissimi viri orationem.

## VI

**Falsum esse, quod Verrius Flaccus in libro secundo, quos de obscuris M. Catonis composuit, de servo recepticio scriptum reliquit.**

1 M. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est *(XXXII 1 J.)*: P r i n c i p i o v o b i s m u l i e r m a g n a m d o t e m a d t u l i t; t u m m a g n a m p e c u n i a m r e c i p i t, q u a m i n v i r i p o t e s t a t e m n o n c o n m i t t i t, e a m p e c u n i a m v i r o m u t u a m d a t; p o s t e a, u b i i r a t a f a c t a e s t, s e r v u m r e c e p t i c i u m s e c t a r i a t q u e f l a g i t a r e v i r u m i u b e t.

2 Quaerebatur, s e r v u s r e c e p t i c i u s quid esset. Libri statim quaesiti allatique sunt V e r r i i F l a c c i de obscuris Catonis. In libro secundo *(p. XVI M.)* scriptum et inventum est 'recepticium servum' dici nequam et nulli pretii, qui, cum venum esset datus,
3 redhibitus ob aliquod vitium receptusque sit. Propterea inquit servus eiusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam iubebatur, ut eo ipso dolor maior et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihili petendae pecuniae causa conpellaret.

4 Cum pace autem cumque venia istorum, si qui sunt, qui V e r r i i F l a c c i auctoritate capiuntur, dictum

---

1 I 9, 8 — 8 sqq. Fest. p. 282, 24 Non. I p. 54, 6 = CGL V 651, 24

---

1 inlatis Q[1] inlutis NOX || 3 viri] hominis γ || 5 librorum ς | quod δN[1] || 6 recepto Q -ptii Z -ptio X -ptiuo NX[2] || 10 cum Z | 11 recepit ΠZ | conmittat Q || 12 ubi rapta Q nisi rata Z || 14 *ne adicias* fl. ⟨aera⟩ *vel* ⟨eam⟩, *cfr. Usener, Mus. Rhen. LVI 11* || 18 et] Q *om.* ω || 19 quod Z || 22 uidebatur NZ || 24 ni(c)hil δX[1] | 25 conpelleret δ

hoc sit. Recepticius enim servus in ea re, quam 5
dicit Cato, aliud omnino est, quam Verrius scripsit.
Atque id cuivis facile intellectu est; res enim procul 6
dubio sic est: quando mulier dotem marito dabat, tum,
quae ex suis bonis retinebat neque ad virum tramitte-
bat, ea 'recipere' dicebatur, sicuti nunc quoque in
venditionibus 'recipi' dicuntur, quae excipiuntur neque
veneunt. Quo verbo Plautus quoque in Trinummo 7
usus est in hoc versu *(v. 194)*:

posticulum hoc recipit, cum aedis vendidit,

id est: cum aedis vendidit, particulam quandam, quae
post eas aedis erat, non vendidit, sed retinuit. Ipse 8
etiam Cato mulierem demonstrare locupletem volens:
mulier inquit et magnam dotem dat et magnam
pecuniam recipit, hoc est: et magnam dotem dat
et magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur re fami- 9
liari, quam sibi dote data retinuit, pecuniam viro
mutuam dat. Eam pecuniam cum viro forte irata 10
repetere instituit, adponit ei flagitatorem 'servum
recepticium', hoc est proprium servum suum, quem
cum pecunia reliqua receperat neque dederat doti, sed
retinuerat; non enim servo mariti imperare hoc mu-
lierem fas erat, sed proprio suo.

Plura dicere, quibus hoc nostrum tuear, super- 11
sedeo: ipsa enim sunt per sese evidentia et quod a
Verrio dicitur et a nobis; quod utrum ergo videbitur
cuique verius, eo utatur.

---

8 sqq. Non. l. l. et IV 384, 12

---

6 reciperare ω *corr.* σ ‖ 7 rec. dic.] δ dicuntur X *om.* NOΠ ‖ 10 recepit *codd. Plauti praeter Ambr. et Nonii p. 384* | venderet *Non. p. 384* ‖ 15 recipit — 16 magnam pecuniam *om.* δ *Non.* | 17 pecuniam — 18 eam *om. codd. Non.* ‖ 18 cum] a *Non.* ‖ 19 ei] *Non.* et δ *om.* γ ‖ 19 *et* 20 servum *om. Non.* ‖ 21 d. set exceperat *Non.* ‖ 26 quod a nobis. Vtrum *edd. vett.* nobis quod; utrum *dist. Boot* ‖ 27 cunque *JGr.*

[redacted]



## VII

Verba haec ex Atinia lege: 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto', P. Nigidio et Q. Scaevolae visa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cavisse.

1 Legis veteris Atiniae verba sunt *(FIR p. 45, 6)*:
Quod subruptum erit, eius rei aeterna aucto-
2 ritas esto. Quis aliud putet in hisce verbis quam
3 de tempore tantum futuro legem loqui? Sed Q. Scae-
vola *(fr. 3 H. iur. civ. XVI 5 Br.)* patrem suum *(resp.
4 Br.)* et Brutum *(resp. 5 Br.)* et Manilium *(resp.
5 Br.)*, viros adprime doctos, quaesisse ait dubitasse-
que, utrumne in post facta modo furta lex valeret an
etiam in ante facta; quoniam subruptum erit utrum-
que tempus videretur ostendere, tam praeteritum quam
futurum.
4 Itaque P. Nigidius, civitatis Romanae doctissi-
mus, super dubitatione hac eorum scripsit in tertio
vicesimo grammaticorum commentariorum *(fr.
34 Sw.)*. Atque ipse quoque idem putat incertam esse
5 temporis demonstrationem, sed anguste perquam et
obscure disserit, ut signa rerum ponere videas ad
subsidium magis memoriae suae quam ad legentium
6 disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere suum verbum
et ⟨'est'⟩ esse et 'erit': quando per sese ponuntur,
habent atque retinent tempus suum; cum vero prae-
terito iunguntur, vim temporis sui amittunt et in
7 praeteritum contendunt. Cum enim dico: 'in campo

5 sq. Gai. II 49 Inst. II 6, 2 Dig. XLI 3, 4, 6; 3, 33 pr. L 16,
215 13 sqq. Dig. L 16, 123

2 sub rutum QX subreptum *σ* | cuius Q ei X ‖ 3 ueterna X facta esse Q ‖ 5 atiniane Z ‖ 6 surruptum *ω* ‖ 7 alius (-iis X) *ω corr. σ* ‖ 10 butum Q$^1$Z | manlium O *Π*X ‖ 11 uiros *om.* Q ‖ 17 hac] X$^2$ h(a)ec *ω* ‖ 18 gramm.] com(m)aticorum *ω* ‖ 21 videatur *Klein* iudices *Salmas.* ‖ 23 suum u. et esse *δ* uerbum esse *γ* est & erit *in mg.* O$^2$ *corr. Hertz* ‖ 26 admittunt Q ‖ 27 concedunt *σ*

…t' et 'in comitio est', tempus instans significo; item …m dico 'in campo erit', tempus futurum demonstro; … cum dico: 'factum est', 'scriptum est', 'subruptum …t', quamquam 'est' verbum temporis est praesentis, …funditur tamen cum praeterito et praesens esse …nit. 'Sic igitur' inquit 'etiam istud, quod in 8
…ge est: si dividas separesque duo verba haec …bruptum' et 'erit', ut sic audias 'subruptum …rit⟩' tamquam 'certamen erit' aut 'sacrificium …it', tum videbitur lex in postfuturum loqui; … vero copulate permixteque dictum intelle…s, ut 'subruptum erit' non duo, sed unum …rbum sit idque unitum patiendi declinatione …t, tum hoc verbo non minus praeteritum tem…s ostenditur quam futurum.'

## VIII

… sermonibus apud mensam Tauri philosophi quaeri agitarique eiusmodi solita: 'cur oleum saepe et facile, vina rarius congelascant, acetum haut fere umquam' et 'quod aquae fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur.'

Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cena 1
…rumque ad id diei, ubi iam vesperaverat; id enim 2
…t tempus istic cenandi. Frequens eius cenae fundus … firmamentum omne erat aula una lentis Aegyptiae …t cucurbitae inibi minutim caesae.

Ea quodam die ubi paratis et expectantibus nobis 3
adlata atque inposita mensae est, puerum iubet Taurus oleum in aulam indere. Erat is puer genere 4
Atticus ad annos maxime natus octo festivissimis

---

1 et *om.* γ | significatio Z ‖ 4 est *tert.*] Q sit γ *om.* Z ‖ 9 erit *i.* *Hertz*; *fort.* 'subruptum', ⟨tum 'erit'⟩, *vd. adn. sq.* | cer…mentum Z ‖ 12 ut] uis δ ‖ 13 itque Z itaque Q | unita ω *corr.* …vir unita p. declinatio *Sk.* ‖ 22 uesperat $X^1$ ‖ 23 frequentis Q ‖ … fundamentum O Π | olla $O^3Q^2$ ‖ 28 aedere *rasa* a X uidere Q

[redacted]



5 aetatis et gentis argutiis scatens. Gutum Samium c
tenus inprudens inanem, tamquam si inesset oleu
adfert convertitque eum et, ut solitum est, circume
per omnem partem aulae manum: nullum inde il
6 oleum. Aspicit puer gutum atrocibus oculis stomacl
bundus et concussum vehementius iterum in aul
7 vertit; idque cum omnes sensim atque summiss
rideremus, tum puer Graece, et id quidem perqu
Attice: μὴ γελᾶτε, inquit ἔνι τοὔλαιον· ἀλλ' οὐκ ἴσ
οἷα φρίκη περὶ τὸν ὄρθρον γέγονε τήμερον; κεκ
8 στάλλωται. 'Verbero,' inquit ridens Taurus 'non
is curriculo atque oleum petis?'

Sed cum puer foras emptum isset, nihil ipse i
mora offensior: 'aula' inquit 'oleo indiget et, ut vid
intolerandum fervit; cohibeamus manus atque inter
quoniam puer nunc admonuit solere oleum conge
scere, consideremus, cur oleum quidem saepe et faci
9 set vina rarenter congelascant?' atque aspicit me
10 iubet, quid sentiam, dicere. Tum ego respondi co
iectare me vinum idcirco minus cito congelascere, qu
semina quaedam caldoris in sese haberet essetq
natura ignitius, ob eamque rem dictum esse ab H
mero (*Il. I 462 al.*) αἴθοπα οἶνον, non, ut alii put
rent, propter colorem.

11 'Est quidem' inquit Taurus 'ita, ut dicis; na
ferme convenit vinum, ubi potum est, calefacere co
12 pora. Sed non secus oleum quoque calorificum e

1 Tac. a. XV 45 16 sqq. Macr. VII 12, 28 sqq. 18 Pli
XIV 21, 132

1 scarens s *priorem eras. m. 2*) Q ‖ 4 *malim* manu ‖ 7 cu
eam Q summussim γ ‖ 8 id] hic *ΠX* ‖ 9 ΤΟΥΛΕΟΝ ω ‖ 10 ΟΙ
ΦΡΕΙΚΗ ω ‖ 14 et *om.* δ ‖ 17 faciles et Z facile stet (stet; Nam X);
19 quod γ ‖ sentenciam QX ‖ 20 congelascere] Q conualescere
coalescere cal. X γ ‖ 21 caloris O²Z *Macr.* ‖ 22 ignitus
*om.* Z ‖ 26 ibi δ

que minorem vim in corporibus calefaciendis habet. d hoc, si istaec, quae calidiora sunt, difficilius gelu guntur, congruens est, ut, quae frigidiora sunt, facile guntur. Acetum autem omnium maxime frigorificum , atque id numquam tamen concrescit. Num igitur gis causa oleo coaguli celerioris in levitate est? liora enim ad coeundum videntur, quae levatiora oraque sunt.'

Praeterea id quoque ait quaeri dignum, cur flu-orum et fontium aquae gelu durentur, mare omne congelabile sit? 'Tametsi Herodotus,' inquit 'histo-e scriptor, contra omnium ferme, qui haec quaesi-runt, opinionem scribit *(IV 28)* mare Bosporicum, od Cimmerium appellatur, earumque partium mare ne, quod Scythicum dicitur, gelu stringi et con-tere.'

Dum haec Taurus, interea puer venerat, et aula ferbuerat, tempusque esse coeperat edendi et tacendi.

## IX

notis litterarum, quae in C. Caesaris epistulis reperiuntur; deque aliis clandestinis litteris ex vetere historia petitis; et quid σκυτάλη sit Laconica.

Libri sunt epistularum C. Caesaris ad C. Oppium et Balbum Cornelium, qui rebus eius ab-tis curabant. In his epistulis *(II p. 137 Di.)* quibusdam in locis inveniuntur litterae singulariae sine agmentis syllabarum, quas tu putes positas incon-

4 Plin. II 48, 132 XXIII 1, 54 Macr. VII 6, 12    17 Amm. XXVIII 4, 34    25 sqq. Suet. Caes. 56 (Aug. 88) Dio Cass. XL 9, 3 (LI 3) Rhet. lat. min. 448, 8 H. Isid. I 24

1 calefacandis (-ficandis Z) *δ* calefactandis T *Macr.* ‖ 2 ista tec *ΠX* ita hec (est Q) *δ* ‖ 5 non Q ‖ 8 densioraque *Macr.* ‖ 1 et Cimm. appellat *Macr.* | cimmirium *fere γ* omireum *δ* ‖ 1 constringi *Macr.* ‖ 21 chaldestinis l. ex ueteris *δ* | petita *Sk.* *A. lemm.* *I 3; 7; 11* ‖ 22 laconia Q(Z) ‖ 23 C. *prius om.* *δ* | op(p)idum *δ O ΠX* ‖ 24 res *O ΠX*

[redacted]



dite; nam verba ex his litteris confici nulla possunt.
3 Erat autem conventum inter eos clandestinum de commutando situ litterarum, ut in scripto quidem alia
aliae locum et nomen teneret, sed in legendo locus
4 cuique suus et potestas restitueretur; quaenam vero
littera pro qua scriberetur, ante is, sicuti dixi, con-
5 placebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est
adeo Probi grammatici commentarius satis curiose
factus de occulta litterarum significatione in
epistularum C. Caesaris scriptura.
6 Lacedaemonii autem veteres, cum dissimulare et
occultare litteras publice ad imperatores suos missas
volebant, ne, si ab hostibus eae captae forent, consilia
sua noscerentur, epistulas id genus factas mittebant.
7 Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento
eiusdemque longitudinis, derasi atque ornati consimi-
8 liter; unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur,
alterum domi magistratus cum iure atque cum signo
9 habebant. Quando usus venerat litterarum secretiorum,
circum eum surculum lorum modicae tenuitatis, longum
autem, quantum rei satis erat, conplicabant volumine
rotundo et simplici, ita uti orae adiunctae undique et
10 cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent. Litteras
deinde in eo loro per transversas iuncturarum oras
versibus a summo ad imum proficiscentibus inscribe-

11 sqq. Plut. Lys. 19 Athen. X 74 p. 451$^{d}$ Auson. ep. XXVIII 23 p. 283 P. schol. Pind. Ol. VI 154 schol. Arist. Lys. 991 Av. 1283 schol. Thuc. I 131 Diogen. III 25 (ibique Leutsch-Schneid.) Photius Hesych. Etym. Magn. Suid. s. v. *σκυτ.* (Clem. Alex. strom. II 4, 19)

6 subderetur **N$^{2}$O$^{2}$** | his *Π* | dixit non tacebat *δ* || 7 est autem adeo **N$^{2}$O$^{2}$X** || 8 commentario **Q$^{1}$Z** || 9 in *om.* *γ* || 10 scriptarum *ω* *corr. Hertz* || 11 lacedemonum **Q$^{2}$Z** || 13 h. exceptae *ς* (*Leopold, Mnemos. XXVIII 365*) | forent capte **Q** || 15 singuli **NO$^{1}$Z(X)** || 16 tornati *edd. vett.* || 17 in] hii *δ* || 18 iure] cura *Mdg.* loro *Goettling* || 20 circa *Π* || 24 horas **Q** oris **NO$^{1}$***Π* || 25 a summo ⟨surculo⟩ *Eussner*

Id lorum litteris ita perscriptis revolutum ex 11
lo imperatori commenti istius conscio mittebant;
atio autem lori litteras truncas atque mutilas 12
ıbat membraque earum et apices in partis diver-
nas spargebat; propterea, si id lorum in manus 13
um inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo
to quibat; sed ubi ille, ad quem erat missum, 14
erat, surculo conpari, quem habebat, ⟨a⟩ capite
nem, proinde ut debere fieri sciebat, circumplica-
atque ita litterae per eundem ambitum surculi
scentes rursum coibant integramque et incorrup-
epistulam et facilem legi praestabant. Hoc genus 15
ulae Lacedaemonii σκυτάλην appellant. Legeba- 16
id quoque in vetere historia rerum Poeni-
ım virum indidem quempiam inlustrem — sive
Hasdrubal sive quis alius est, non retineo — epi-
m scriptam super rebus arcanis hoc modo abs-
isse: pugillaria nova nondum etiam cera inlita 17
pisse, litteras in lignum incidisse, postea tabulas,
solitum est, cera conlevisse easque tabulas tam-
n non scriptas, cui facturum id praedixerat, mi-
; eum deinde ceram derasisse litterasque incolumes
ı incisas legisse.
Est et alia in monumentis rerum Graecarum 18
unda quaedam et inopinabilis latebra barbarico
excogitata. Histiaeus nomine fuit loco natus in 19
ı Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio 20
Darius. Is Histiaeus, cum in Persis apud Darium 21
t, Aristagorae cuipiam res quasdam occultas nun-
ı furtivo scripto volebat. Comminiscitur opertum 22
litterarum admirandum. Servo suo diu oculos

26 sqq. Herod. V 35 Aeneas Poliorc. XXXI 28 Polyaen. I 24
a. Chil. III 511 IX 227

2 illius *δ* ‖ 8 a *add. Mdg.* ‖ 11 sursum *δ* ‖ 14 ueterum Q ‖
ut rubal *δ* | non ⟨enim⟩ *Sk.* ‖ 20 absque *δ* ‖ 21 id promi-
t *δX* ‖ 22 derosisse Q ‖ 25 barbarice Q

aegros habenti capillum ex capite omni tamquam me-
dendi gratia deradit caputque eius leve in litterarum
23 formas conpungit. His litteris, quae voluerat, per-
scripsit, hominem postea, quoad capillus adolesceret,
24 domo continuit. Vbi id factum est, ire ad Aristagoran
25 iubet et: 'cum ad eum' inquit 'veneris, mandasse me
dicito, ut caput tuum, sicut nuper egomet feci, dera-
26 dat'. Servus, ut imperatum erat, ad Aristagoran venit
27 mandatumque domini adfert. Atque ille id non esse
frustra ratus, quod erat mandatum, fecit. Ita litterae
perlatae sunt.

## X

Quid de versibus Vergilii Favorinus existumarit, quibus in describenda flagrantia montis Aetnae Pindarum poetam secutus est; conlataque ab eo super eadem re utriusque carmina et diiudicata.

1 Favorinum philosophum, cum in hospitis sui
Antiatem villam aestu anni concessisset nosque ad
eum videndum Roma venissemus, memini super Pin-
daro poeta et Vergilio in hunc ferme modum dis-
2 serere: 'Amici' inquit 'familiaresque P. Vergilii in his,
quae de ingenio moribusque eius memoriae tradiderunt,
dicere eum solitum ferunt parere se versus more at-
3 que ritu ursino. Namque ut illa bestia fetum ederet
ineffigiatum informemque lambendoque id postea, quod
ita edidisset, conformaret et fingeret, proinde ingenii
quoque sui partus recentes rudi esse facie et inper-
fecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis
4 se oris et vultus liniamenta. Hoc virum iudicii sub-

21 sqq. Donat. vit. Verg. p. 59 R. Hieron. in Zachar. III 11 init.; ep. ad Gal. III 5

3 litteras *δ* | scripsit *ΠZ*[2] perstringit uel perscripsit Q | 4 quod O quead *δ* ‖ 7 dederat Q[1] ‖ 11 perlectae *Scioppius* | 14 flagant ac non tisa et ne *δ* ‖ 16 indiiudicata *δ* iudicata *Hertz* ‖ 20 fere *γ* ‖ 23 ore Q ‖ 25 lambendo Q ‖ 28 redderetis *δ* | 29 laniamenta *δ* | uerum *ω* *corr.* *σ*

[redacted]



tilissimi ingenue atque vere dixisse res' inquit 'in-
dicium facit. Nam quae reliquit perfecta expolitaque 5
quibusque inposuit census atque dilectus sui supremam
manum, omni poeticae venustatis laude florent; sed 6
quae procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur,
et absolvi, quoniam mors praeverterat, nequiverunt,
nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque iudicio
digna sunt. Itaque cum morbo obpressus adventare 7
mortem viderat, petivit oravitque a suis amicissimis
inpense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset,
adolerent.

In his autem,' inquit 'quae videntur retractari et 8
corrigi debuisse, is maxime locus est, qui de monte
Aetna factus est. Nam cum Pindari, veteris poetae,
carmen, quod de natura atque flagrantia montis eius
compositum est, aemulari vellet, eiusmodi sententias
et verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui
nimis opima pinguique esse facundia existimatus est,
insolentior hoc quidem in loco tumidiorque sit. Atque 9
uti vosmet ipsos' inquit 'eius, quod dico, arbitros faciam,
carmen Pindari, quod est super monte Aetna, quan-
tulum est mihi memoriae, dicam *(Pyth. I 21)*:

*τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται*
*ἐκ μυχῶν παγαί· ποταμοὶ δ' ἁμέραισιν μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ*
*αἴθων'· ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν ⟨πέτρας⟩*
*φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.*

---

8 sqq. Donati vit. Verg. p. 63 R. Serv. p. 2 Th. Macr. I 24, 6 Anth. lat. 653 Plin. VII 30, 114 12 sqq. Macr. V 17, 7 sqq. 14 Hor. c. IV 2, 1

---

1 dixisses (-et Q) inquit δ | iudicium OZ uerum inditium *Π* ‖ 7 elegantissime (nomine *om.*) δ ‖ 11 abolerent ς ‖ 13 hi(i)s δ ‖ 16 emulare Q[1] ‖ 17 ipso *om.* Q ‖ 21 quod] hoc Q ‖ 27 ΕΘΩΝά *sic fere ω* | *πέτρας om. ω Macr., ex Pind. add. σ*

*κεῖνο δ' Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν δεινοτάτους ἀναπέμπει· τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι, θαῦμα δὲ καὶ παρεόντων ἀκοῦσαι.*

10 Audite nunc' inquit 'Vergilii versus, quos inchoasse eum verius dixerim, quam fecisse *(A. III 570)*:

portus ab accessu ventorum inmotus et ingens
ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis
interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
turbine fumantem piceo et candente favilla
adtollitque globos flammarum et sidera lambit;
interdum scopulos avulsaque viscera montis
erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.

11 Iam principio' inquit 'Pindarus veritati magis obsecutus id dixit, quod res erat quodque istic usu veniebat quodque oculis videbatur, interdius fumare
12 Aetnam, noctu flammigare; Vergilius autem, dum in strepitu sonituque verborum conquirendo laborat,
13 utrumque tempus nulla discretione facta confudit. Atque ille Graecus quidem fontes imitus ignis eructari et fluere amnes fumi et flammarum fulva et tortuosa volumina in plagas maris ferre quasi quosdam igneos
14 angues luculente dixit; at hic noster atram nubem turbine piceo et favilla fumantem *ῥόον καπνοῦ αἴθωνα* interpretari volens crasse et inmodice con-

---

3 ΠΡΟCΕΙΔΕCΘⲇΙ **N** ΠΡΟΕΙΔЄCΘⲇΙ **O** *et scribere volebant* ***ΠZ*** | ΠⲇΡΕΝΤѠΝ *ω* ‖ 6 perfecisse *Macr.* ‖ 7 ab] et **Q** ‖ 19 Iam] fani *δ* fanit **Q**[2] in *Macr.* ‖ 21 interdiu (-dii **X**) *γ Macr.* ‖ 24 confundit **X**[2] *Macr.* ‖ 25 fontem **Z** | imitus] (**X**?) *Lipsius* imitatus *ω codd. Macr.* ‖ 26 omnes *ω, recte Macr.* ‖ 27 ferri *Marres* ‖ 28 amnes *codd. Macr.* ‖ 29 turbineo **N O *Π*** ‖ 30 concressit (-scit **Z**) *δ*

, globos quoque flammarum, quod Pindarus κρουνοὺς dixerat, duriter et ἀκύρως transtulit. Item quod ait: sidera lambit, vacanter hoc etiam' inquit 'et mulavit et inaniter.' Neque non id quoque inenarrabile esse ait et propemodum insensibile, quod m atram fumare dixit turbine piceo et favilla candente. 'Non enim fumare' inquit 'solent neque atra esse, quae sunt candentia: nisi si candenti pervulgate et inproprie pro ferventi favilla, non gnea et relucenti. Nam 'candens' scilicet a candictum, non a calore. Quod saxa autem et ulos eructari et erigi eosdemque ipsos statim fieri et gemere atque glomerari sub auras hoc' inquit 'nec a Pindaro scriptum nec umfando auditum et omnium, quae monstra dicunnonstruosissimum est.'

## XI

Plutarchus in libris symposiacis opinionem Platonis de itu atque natura stomachi fistulaeque eius, quae τραχεῖα tur, adversum Erasistratum medicum tutatus est auctoriadhibita antiqui medici Hippocratis.

t Plutarchus *(sympos. VII 1)* et alii quidam viri reprehensum esse ab Erasistrato, nobili io, *(p. 194 Fu.)* Platonem scripsere, quod potum *(Tim. 44 p. 91 A; 31 p. 70 C)* defluere ad pulmonem satis humectato demanare per eum, quia sit ior, et confluere inde in vesicam, errorisque fuisse Alcaeum ducem, qui in poematis suis ret *(fr. 39 B.[4])*:

---

2 sqq. Macr. VII 15, 1 sqq. Cic. nat. d. II 54, 135 sqq. Hip- II 374 K. Galen. II 111 V 713 sqq. K. (Plin. XI 37, 176)

---

insensibilem Q inuisibilem Z ‖ 9 peruulgata δ ‖ 10 a *Macr.* t *Π*) a ω ‖ 19 trachia ω ‖ 24 plopotum X plotum ω *corr.* ‖ 26 dimanare NOΠZ ‖ 27 primosior δ | inde siueca δ

τέγγε πνεύμονα οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περι-
τέλλεται,

2 ipsum autem Erasistratum *(p. 184 sqq. 194 sq.)* dicere duas esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas easque ab oris faucibus proficisci deorsum per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculenta omnia et posculenta ex eoque ferri in ventriculum, quae Graece appellatur ἡ κάτω κοιλία, atque ibi subigi digerique, ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Graece κόλον dicitur, humidiora

3 per renes in vesicam. Per alteram autem fistulam, quae Graece nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum a summo ore in pulmonem atque inde rursum in os et in naris commeare, perque eandem viam vocis quoque

4 fieri meatum ac, ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, procideret ex ore labereturque in eam fistulam, per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione intercluderetur animae via, inpositam esse arte quadam et ope naturae inde apud duo ista foramina, quae dicitur ἐπιγλωττίς, quasi claustra quae-

5 dam mobilia coniventia vicissim et resurgentia, eamque ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumque operire atque protegere τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi aestuantis animae iter; ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriae communito.

Haec Erasistratus medicus adversum Platonem.

---

11 sqq. l. l. Cels. IV 1 Galen. XIII 2 K. (vd. et ind. s. v. 'trachea' et testes apud Fuchs)

---

1 ΤΕΝΓΕ ω ‖ 7 posc.] Z poculenta (pot. NQ) ω ‖ 8 qui NOΠ *Macr.* | appellantur δ ‖ 9 degerique NOZ | recreamenta δNOΠ ‖ 11 perennes γ ‖ 12 t(h)rachia ω ‖ 13 sursum Q ‖ 15 cibusque γ | quam Π | oportere Q$^{1}$Z ‖ 16 procederet δ ‖ 18 ex eaque *Macr.* | interpositam Π ‖ 19 opere Q ‖ 20 ἐπιγλωττίδα quasi claustrum mutuum utriusque fistulae, quae sibi sunt cohaerentes *Macr.* ‖ 23 ΤΡΑΧΙΑΝ ω

..d Plutarchus in libro symposiacorum (VII 1, 3) 6 ..torem Platonis sententiae Hippocraten dicit ..e idemque esse opinatos et Philistiona Locrum ..7 p. 112 We.) et Dioxippum Hippocraticum, ..res medicos et nobiles, atque illam, de qua Era..tratus dixerat, ἐπιγλωττίδα non idcirco eo in loco ..stitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam, — ..a pulmoni quoque fovendo rigandoque utiles neces..iosque humores videri — set adpositam quasi mode..ricem quandam et arbitram prohibendi admittendive, ..d ex salutis usu foret, uti edulia quidem omnia ..nderet ab arteria depelleretque in stomachum, ..tum autem partiretur inter stomachum et pulmonem ..quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam de..set, non rapidum id neque universum, sed quadam ..si obice sustentatum ac repressum sensim paula..inque tramitteret atque omne reliquum in alteram ..omachi fistulam derivaret.

## XII

..materiis infamibus, quas Graeci ἀδόξους appellant, a Favo..rino exercendi gratia disputatis.

Infames materias, sive quis mavult dicere inopina- 1 ..les, quas Graeci ἀδόξους ὑποθέσεις appellant, et ..teres adorti sunt non sophistae solum, sed philo..phi quoque, et noster Favorinus (fr. 65 Ma.) op..do quam libens in eas materias ⟨se⟩ deiciebat vel ..genio expergificando ratus idoneas vel exercendis

---

1 sqq. Plut. stoic. repugn. 29 p. 1047 C 25 Fronto p. ..5, 18 N.

---

1 libro] septimo *Volkmann* symp. ⟨VII⟩ *Sk.* ‖ 4 *Δέξιππον apud ..st. Wellmann al.* ‖ 6 dixerit γ | in eo libro γ ‖ 7 infl. materiam ..m δ ‖ 8 utile Z *om.* γ ‖ 10 et *om.* γ | admiscendiue ω *corr.* σ ..r omnem (om in Z) ω *corr. Mdg.* ‖ 21 et exercendi δ ‖ 26 dei..ebat T dicebat X deicebat ω se *add. Mdg.* descendebat *Otho*

2 argutiis vel edomandis usu difficultatibus, sicuti, cum Thersitae laudes quaesivit et cum febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa et non facilia inventu in utramque causam dixit eaque scripta in libris reliquit.

3 Sed in febris laudibus testem etiam Platonem produxit, quem *(Tim. 40 p. 86 A?)* scripsisse ait, qui quartanam passus convaluerit viresque integras recuperaverit, fidelius constantiusque postea valiturum. Atque inibi ⟨in⟩ isdem laudibus non hercle hac sententiola 4 invenuste lusit: 'versus' inquit 'est longo hominum aevo probatus *(Hes. ἔργ. 825)*:

ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Eo versu significatur non omni die bene esse posse, 5 sed isto bene atque alio male. Quod cum ita sit,' inquit 'ut in rebus humanis bene aut male vice alterna sit, haec biduo medio intervallata febris quanto est fortunatior, in qua est μία μητρυιά, δύο μητέρες?'

## XIII

'Quin' particula quot qualesque varietates significationis habeat et quam saepe in veterum scriptis obscura sit.

1 'Quin' particula, quam grammatici 'coniunctionem' appellant, variis modis sententiisque conectere oratio-2 nem videtur. Aliter enim dici putatur, cum quasi increpantes vel interrogantes vel exhortantes dicimus 'quin venis?' 'quin legis?' 'quin fugis?', aliter, cum ita confirmamus: 'non dubium est, quin M. Tullius omnium sit eloquentissimus', aliter autem, cum sic

---

13 Stob. fl. 105, 36 (IV p. 23 M.) Diogen. II 76 ibique Leutsch-Schneid., cfr. Otto, Sprichw. p. 246 22 sqq. (GLK III 467, 34 Donat. Ter. Phorm. III 2, 1 CGL VII 173) Gl. Reiff. 41

---

6 Platonem *om.* Q ‖ 10 in *add.* σ ‖ 13 MHTPYIN *fere* NOΠ · MHT(H)PI NΠ ‖ 26 quin infugis Q

[redacted]



aponimus, quod quasi priori videtur contrarium: a idcirco causas Isocrates non defendit, quin id o esse et honestum existumarit: a quo illa signi- 3
tio non abhorret, quae est in tertia origine M. tonis (*fr. 73 P.*): Haut eos inquit eo postre-
m scribo, quin populi et boni et strenui
nt. In secunda quoque origine M. Cato non 4
ge secus hac particula usus est (*fr. 36 P.*): Neque is inquit habuit, quod eum in occulto vitia- sset, quin eius famam prostitueret.

Praeterea animadvertimus Quadrigarium in oc- 5
o annalium particula ista usum esse obscurissime. ba ipsius posuimus (*fr. 70 P.*): Romam venit; superat, quin triumphus decernatur. Item 6
sexto annali eiusdem verba haec sunt (*fr. 58 P.*): ne factum est, quin castra relinquerent at- s cederent hosti. Non me autem praeterit dicere 7
uem posse de summo pectore nil esse in his verbis otii; nam 'quin' utrobique positum pro 'ut' planis- 8
umque esse, si ita dicas: 'Romam venit; vix supe- ut triumphus decernatur': item alio in loco: ene factum est, ut castra relinquerent atque cede- t hosti'. Sed utantur sane, qui tam expediti sunt, 9
fugiis commutationum in verbis, quae non intel- untur, utantur tamen, ubi id facere poterunt, vere- idius.

Hanc vero particulam, de qua dicimus, nisi si quis 10
icerit compositam copulatamque esse neque vim tum coniungendi habere, sed certa quadam signifi-

---

8 sq. Liv. V 33, 3 Dionys. Hal. XIII 15

---

2 causa (-sam Q) si socrates δ causam hanc non def. so- ates *gl. Reiff.* ‖ 7 fient δ ¦ In *om.* Z ¦ secundo q. originum m. onis *Π* ‖ 9 eam X² ‖ 11 animaduerteret Q¹ enim aduertimus ‖ 17 hosti *om.* Q ‖ 18 inesse Z ¦ 20 discas Q ‖ 22 derelinque- at *Π* linquerent X ‖ 23 hostis educantur (caduc. Q) δ ‖ 24 per- gii ω *corr.* σ ‖ 27 vero *om.* δ ¦ si] Q *om.* ω

[redacted]



catione factam, numquam profecto rationes ac varie-
11 tates istius comprehensurus est. Quod quia longioris dissertationis est, poterit, cui otium est, reperire hoc in P. Nigidii commentariis, quos grammaticos inscripsit *(fr. 52 Sw.)*.

## XIV

Sententiae ex Publilii mimis selectae lepidiores.

1 Publilius mimos scriptitavit. Dignus habitus est,
2 qui subpar Laberio iudicaretur. C. autem Caesarem ita Laberii maledicentia et adrogantia offendebat, ut acceptiores et probatiores sibi esse Publilii quam Laberii mimos praedicaret.

3 Huius Publilii sententiae feruntur pleraeque lepidae et ad communem sermonum usum commendatis-
4 simae, ex quibus sunt istae singulis versibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere:

*(362 M.)* malum ést consilium, quód mutari nón potest.
*(55)* benefícium dando accépit, qui dignó dedit.
*(176)* ferás, non culpes, quód vitari nón potest.
*(106)* cui plús licet, quam pár est, plus vult, quám licet.
*(104)* comés facundus ín via pro véhiculo est.
*(193)* frugálitas miséria est rumorís boni.
*(221)* herédis fletus súb persona rísus est.
*(178)* furór fit laesa saépius patiéntia.

8 sqq. Macr. II 7, 7 sqq. 17 sqq. cfr. Otto, Sprichw. s. v.

1 ueritates Q || 5 scripsit X || 7 publi X || 8 Publius γQ | dignusque γ || 9 cesaris δ || 11 et prob. *om.* δ || 11 *et* 13 publii ω | 14 adcommodatissimae *Macr.* || 15 circumspecte Z || 17 *sq. om. Macr.* || 20 culpas δ | mutari *Macr.* || 21 plusquam uult quam δ || 24 miseria] X² *Macr.* inserta ω || 25 risac Q risae Z || 26 laesa] O²X² *Macr.* inl(a)esa ω

[redacted]



)64) ínprobe Neptúnum accusat, qui íterum naufragiúm facit.
)45) íta amicum habeas, pósse ut ⟨facile⟩ fíeri hunc inimicúm putes.
)45) veterém ferendo iniúriam invités novam.
)83) numquám periclum síne periclo víncitur.
)16) nimium áltercando véritas amíttitur.
)69) pars bénefici est, quod pétitur si bellé neges.

## XV

Carneades Academicus elleboro stomachum purgavit ipturus adversus Zenonis Stoici decreta; deque natura elaque ellebori candidi et nigri.

Carneades Academicus scripturus adversum Stoici ionis libros superiora corporis elleboro candido gavit, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus domicilia usque animi redundaret et instantiam remque mentis labefaceret; tanta cura tantoque 2 aratu sui vir ingenio praestanti ad refellenda, quae serat Zeno, aggressus; idque cum in historia 3 eca legissem, quod 'elleboro candido' scriptum , quid esset, quaesivi.

Tum comperi duas species ellebori esse discerni- 4 coloris insignes candidi et nigri; eos autem res non in semine ellebori neque in virgultis, sed radice dinosci; candido stomachum et ventrem eriorem vomitionibus purgari; nigro alvum, quae

1 cfr. Otto, Sprichw. p. 239 3 I 3, 30 14 sqq. Val. . VIII 7 ext. 5 Petr. 88 Plin. XXV 5, 51 Mart. Cap. IV 327 sqq. Theophr. h. pl. IX 10, 1 Diosc. IV 148 sq. Plin. XXV 8 sqq. Isid. XVII 9, 24 CGL VI 382

3 facile *Syrus om.* ω *Macr.* || 6 periculum s. periculo ω uincitur δ || 7 admittitur δ || 8 beneficii ω *Macr.* | velle ω X² *Macr.* || 15 libra δ | candido *om.* Q albo Π || 20 id γ | legisset δ

inferior vocatur, dilui; utriusque esse hanc vim, ut humores noxios, in quibus causae morborum sunt,
5 extrahant. Esse autem periculum, ne inter causas morborum omni corporum via patefacta ea quoque ipsa, in quibus causa vivendi est, amissoque omni naturalis alimoniae fundamento homo exhaustus intereat.

6 Set elleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra Plinius Secundus in libris naturalis historiae *(XXV 5, 52)* scripsit. Propterea Livium Drusum, qui tribunus plebi fuit, cum morbum, qui comitialis dicitur, pateretur, Anticyram navigasse et in ea insula elleborum bibisse ait atque ita morbo liberatum.

7 Praeterea scriptum legimus Gallos in venatibus tinguere elleboro sagittas, quod his ictae exanimatae ferae teneriores ad epulas fiant; sed propter ellebori contagium vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur.

## XVI

Anates Ponticas vim habere venenis digerendis potentem; atque inibi de Mitridati regis in id genus medicamentum sollertia.

1 Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis
2 victitare. Scriptum etiam a Lenaeo, Cn. Pompei liberto, Mitridatem illum Ponti regem medicinae rei et remediorum id genus sollertem fuisse solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quae dige-

---

13 sqq. Plin. l. l. 61 (XXVII 11, 101) Cels. V 27, 8 22 sqq. Plin. XXV 2, 5 sq.; 6, 62 XXIX 5, 104 (XXIII 8, 149 Galen. XIV 2; 152 K. Diosc. II 97 Celsus V 23, 3 Scribon. 170 Gargil. 3 Seren. Samm. 1061)

---

3 autem *om.* Q ‖ 5 est, ⟨exinaniantur⟩ σ ⟨amittantur⟩ *coll. XIX 12, 5 Vahlen, malim* ⟨exeant⟩ *vel* ⟨effluant⟩ ‖ 9 inscripsit X ‖ 13 propterea δ ‖ 14 ictae ⟨et⟩ *Hertz olim* ‖ 19 degendis δ detegendis γQ² *corr.* σ ‖ 20 mithridatis Q | medicamenti (ex -tis N) γ ‖ 23 leaeo Q lenato Z

is venenis valent, eumque sanguinem vel potentis-
im esse in ea confectione; ipsum autem regem 3
mo talium medelarum usu a clandestinis epularum
iis cavisse, quin et scientem quoque ultro et osten- 4
i gratia venenum rapidum et velox saepenumero
isse, atque id tamen sine noxa fuisse. Quamobrem 5
s, cum proelio victus in ultima regni refugisset
sori decrevisset, venena violentissima festinandae
s causa frustra expertus suo se ipse gladio trans-
Huius regis antidotus celebratissima est, quae 6
idatios' vocatur.

## XVII

latem, Ponti regem, quinque et viginti gentium linguis
tum; Quintumque Ennium tria corda habere sese dixisse,
d tris linguas percalluisset, Graecam, Oscam, Latinam.

uintus Ennius tria corda habere sese dicebat, 1
loqui Graece et Osce et Latine sciret. Mitrida- 2
utem, Ponti atque Bithyniae rex inclutus, qui a
Pompeio bello superatus est, quinque et viginti
um, quas sub dicione habuit, linguas percalluit
nque omnium gentium viris haut umquam per inter-
m conlocutus est, sed ut quemque ab eo appel-
usus fuit, proinde lingua et oratione ipsius non
s scite, quam si gentilis eius esset, locutus est.

---

sqq. Iustin. XXXVII 2, 6 Dio Cass. XXXVII 13 Appian. . 111 Flor. I 40, 26 Oros. VI 5, 5 etc. 17 sqq. Val. Max. 7 ext. 16 Plin. VII 24, 88 XXV 2, 6 Quint. XI 2, 50 Aur. v. ill. 76 Solin. I 109

---

confusione T || 4 insidiis tentandi (temptandi Z) *omissis* se — et os *ↄ* || 6 adfuisse *ↄ* fecisse *Hertz* || 9 causa *om.* *Π* | figit *Π*[1] || 10 qui Z || 13 quinque] duobus *Π* II. ς duarum *al.* | gentilium X || 15 calluisset *Π* || 18 atque *om.* Q || 19 dua- s || 22 locutus O*Π*

## XVIII

**Quod M. Varro C. Sallustium, historiae scriptorem, deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit et loris caesum pecuniaque data dimissum.**

M. Varro, in litteris atque vita fide homo multa et gravis, in libro, quem inscripsit Pius aut de pace, *(p. 256 R.)* C. Sallustium scriptorem seriae illius et severae orationis, in cuius historia notiones censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene caesum dicit et, cum dedisset pecuniam, dimissum.

## XIX

**Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et inpuris disciplinas philosophiae studiose tractantibus; et quae duo verba observanda praeceperit omnium rerum longe salubria.**

1 Favorinum ego audivi dicere Epictetum philo-
sophum *(fr. 10 p. 410 Sch.)* dixisse plerosque istos, qui
philosophari viderentur, philosophos esse eiuscemodi
*ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν*, id significat
2 'factis procul, verbis tenus'. Iam illud est vehemen-
tius, quod Arrianus solitum eum dictitare in libris,
quos de dissertationibus eius composuit, scriptum
3 reliquit. 'Nam cum' inquit 'animadverterat hominem
pudore amisso, inportuna industria, corruptis moribus,
audacem, confidentem lingua ceteraque omnia praeter-
quam animam procurantem, istiusmodi' inquit 'homi-

---

7 sqq. Serv. A. VI 612 Acro, Porph., schol. Cruq. Hor. s. I 2, 41

---

5 M. *om.* δ | uite δ ‖ 6 scripsit ω *corr. Burmann* ‖ 8 hist.] oratione *Π* | notationes Q$^2$ ‖ 10 annalio δ ‖ 16 saluberrima *St.* ‖ 19 uidentur *Π*X | huiusmodi Z ‖ 21 pactis δ ‖ 22 adrianus δ ‖ 23 de *om.* QX$^1$ | dissertionibus (-ioribus X) *Π*X ‖ 24 adnimaduertat Z ‖ 26 linguam γQ ‖ 27 animum γ | inquit *om.* δ

nem cum videat studia quoque et disciplinas philosophiae contrectare et physica adire et meditari dialectica multaque id genus theoremata auspicari sciscitarique, inclamabat deum atque hominum fidem ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat: "Ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον· ἂν γὰρ εἰς τὴν οἴησιν αὐτὰ βάλλῃς, ἀπώλετο· ἢν σαπῇ, οὖρον ἢ ὄξος γένοιτο ἢ εἴ τι τούτων χεῖρον.’ Nil 4 profecto his verbis gravius, nil verius, quibus declarabat maximus philosophorum litteras atque doctrinas philosophiae, cum in hominem falsum atque degenerem tamquam in vas spurcum atque pollutum influxissent, verti, mutari, corrumpi et, quod ipse κυνικώτερον ait, urinam fieri aut si quid est urina spurcius.

Praeterea idem ille Epictetus, quod ex eodem 5 Favorino audivimus, solitus dicere est duo esse vitia multo omnium gravissima ac taeterrima intolerantiam et incontinentiam, cum aut iniurias, quae sunt ferendae, non toleramus neque ferimus, aut a quibus rebus voluptatibusque nos tenere debemus, non tenemus. 'Ita- 6 que' inquit 'si quis haec duo verba cordi habeat eaque sibi imperando atque observando curet, is erit pleraque inpeccabilis vitamque vivet tranquillissimam. Verba haec duo dicebat: ἀνέχου et ἀπέχου.

---

5 sqq. cfr. Otto, Sprichw. p. 361

---

1 uideret Q uideat *Π* || 2 meditare *Π*Z || 3 suspicari (-rique Q) *ω corr. Eussner* || 7 βάλῃς *Usener ad Epicur. fr. 396, 10* | ἢν *edd. vett.* H NO HC Z N *Π* || 8 γένοιτο ἂν *edd.* ἐγένετο *Usener* || 9 declamabat Z || 12 impollutum Z || 13 ait *om.* γ || 14 spurcitius Q || 15 idem] si quidem X || 24 et] καὶ γ

[redacted]



## XX

Verba sumpta ex Symposio Platonis numeris coagmentisque verborum scite modulateque apteque exercendi gratia in Latinam orationem versa.

1 Symposium Platonis apud philosophum Taurum
2 legebatur. Verba illa Pausaniae inter convivas amorem vice sua laudantis, ea verba ita prorsum amavi-
3 mus, ut meminisse etiam studuerimus. Sunt adeo, quae meminimus, verba haec *(c. 8 p. 180 E)*: *Πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδε ἔχει· αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά· οἷον ⟨ὃ⟩ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν ἢ διαλέγεσθαι. Οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ ⟨καθ' αὑτὸ⟩ καλὸν οὐδέν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη· καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται, μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν· οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν, καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστιν καλὸς οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.*
4 Haec verba ubi lecta sunt, atque ibi Taurus mihi: 'heus' inquit 'tu, rhetorisce, — sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat existimans eloquentiae unius extundendae gratia Athenas venisse — videsne' inquit '*ἐνθύμημα* crebrum et coruscum et convexum brevibusque et rotundis numeris cum quadam aequabili circumactione devinctum?
5 habesne nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte tamque modulate compositam orationem? sed hos' inquit 'tamen numeros censeo videas *ὁδοῦ πάρ-*
6 *εργον*. Ad ipsa enim Platonis penetralia ipsarum-

2 *an* ⟨cum⟩ numeris? ‖ 3 apta *Lion* apteque ⟨composita⟩ *Beloe* | et exercendi Z | gratiam Q¹Z ‖ 4 versis *Sk.* ‖ 7 rursum ω *corr. Beroaldus* ‖ 11 ὃ *om.* ω ‖ 12 ΠΕΙΝΕΙΝ N O *Π* Z (= ω) | ΛΔΕΙΝ O ΛΔΛΕΙΝ N O² ΛΔΛΙΗΝ *Π om.* Z | ἢ *om.* *Π*Z ‖ 13 καθ' αὑτὸ *om.* ω *pars codd. Plat., sed vd. § 9* ‖ 16 ΟΡΟΩ Z ΟΡΘΟC ω ‖ 20 Haec *om.* δ ‖ 28 aptam t. module X ‖ 30 ipsa *om.* δ

[redacted]



que rerum pondera et dignitates pergendum est, non ad vocularum eius amoenitatem nec ad verborum venustates deversitandum.'

Haec admonitio Tauri de orationis Platonicae 7
modulis non modo non repressit, sed instrinxit etiam nos ad elegantiam Graecae orationis verbis Latinis adfectandam; atque uti quaedam animalium parva et 8
vilia ad imitandum sunt, quas res cumque audierint viderintve, petulantia, proinde nos ea, quae in Platonis oratione demiramur, non aemulari quidem, sed lineas umbrasque facere ausi sumus. Velut ipsum hoc est, quod ex isdem illis verbis eius effinximus: 'Omne' 9
inquit 'omnino factum sic sese habet: neque turpe est, quantum in eo est, neque honestum; velut est, quas nunc facimus ipsi res, bibere, cantare, disserere. Nihil namque horum ipsum ex sese honestum est; quali cum fieret modo factum est, tale extitit: si recte honesteque factum est, tum honestum fit; sin parum recte, turpe fit. Sic amare, sic amor non honestus omnis neque omnis laude dignus, sed qui facit, nos ut honeste amemus.'

## XXI

**Quibus temporibus post Romam conditam Graeci Romanique inlustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.**

Vt conspectum quendam aetatum antiquissimarum, 1
item virorum inlustrium, qui in his aetatibus nati fuissent, haberemus, ne in sermonibus forte inconspectum aliquid super aetate atque vita clariorum hominum temere diceremus, sicuti sophista ille *ἀπαίδευτος*, qui publice nuper disserens Carneaden philosophum a rege Alexandro, Philippi filio, pecunia

3 diuers. *Π*Q ‖ 5 instinxit O²X instruxit Z ‖ 9 putantia (-cia Q) *δ* ‖ 10 denumeramur Q emulamur *δ* ‖ 15 fecimus nunc Z ‖ 17 quale cum *γ* qualis cum Q qualicumque Z ‖ 29 clariorum] Z clarorum (clamorum X) *γ* elarerum Q

donatum et Panaetium Stoicum cum superiore Africano vixisse dixit, ut ab istiusmodi, inquam, temporum aetatumque erroribus caveremus, excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Graeci simul atque Romani viri, qui vel ingenio vel imperio nobiles insignesque post conditam Romam fuissent ante secundum bellum Carthaginiensium, easque nunc excerptiones nostras variis diversisque in locis factas cursim digessimus. Neque enim id nobis negotium fuit, ut acri atque subtili cura excellentium in utraque gente hominum *συγχρονισμοὺς* componeremus, sed ut noctes istae quadamtenus his quoque historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur.
2 Satis autem visum est in hoc conmentario de temporibus paucorum hominum dicere, ex quorum aetatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus, haut difficilis coniectura fieri posset.

3 Incipiemus igitur a Solone claro, quoniam de Homero et Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit aetatem eos egisse vel isdem fere temporibus vel Homerum aliquanto antiquiorem, utrumque tamen ante Romam conditam vixisse Silviis Albae regnantibus annis post bellum Troianum, ut Cassius in primo annalium *(fr. 8 P. FHG III 688)* de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta, ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo chronico *(fr. 2 P.)* de Homero dicit, annis circiter centum et sexaginta.

4 Solonem ergo accepimus, unum ex illo nobili

21 sqq. FHG I 392 sqq. Clem. Alex. strom. I 21 Hieron. ad a. Abr. 1104

3 exercebamus (et ex. Q) *ω corr. Beroaldus* || 9 in] modis et T || 11 CY(N)XPONICMOIC *Π*XZ || 16 non] nos Z || 17 difficilius Q || 20 hisdem *Π*X || 23 cassius] X[3] sassius ω Q[2]X[2] sallius *ut vid.* Q iassius X || 25 plus ⟨minus⟩ *Rohde* || 27 cronico Q chonicoro Z chronicorum *γ* || 28 dixit *γ*

[redacted]



sapientium, leges scripsisse Atheniensium
iio Prisco Romae regnante anno regni eius
io tertio. Servio autem Tullio regnante Pisi- 5
Athenis tyrannus fuit Solone ante in exilium
rium profecto, quoniam id ei praedicenti non
n est. Postea Pythagoras Samius in Italiam 6
'arquini filio regnum optinente, cui cognomen-
iperbus fuit, isdemque temporibus occisus est 7
s ab Harmodio et Aristogitone Hipparchus,
ti filius, Hippiae tyranni frater. Archilochum 8
Nepos Cornelius *(fr. 4 P.)* tradit Tullo Hosti-
nae regnante iam tunc fuisse poematis clarum
lem.

entesimo deinde et sexagesimo anno post Ro- 9
onditam aut non longe amplius victos esse ab
ensibus Persas memoriae traditum est pugna
luta Marathonia Miltiade duce, qui post eam
m damnatus a populo Atheniensi in vinculis
s mortem obit. Tum Aeschylus Athenis tra- 10
um poeta celebris fuit. Romae autem istis 11
temporibus tribunos et aediles tum primum per
iem sibi plebes creavit, ac non diu post Cn.
s Coriolanus exagitatus vexatusque a tribunis
d Vulscos, qui tum hostes erant, a rep. descivit
que populo Romano fecit.

t deinde paucis annis Xerxes rex ab Athenien- 12
et pleraque Graecia Themistocle duce navali
, quod ad Salamina factum est, victus fugatus-

---

. Cic. Tusc I 16, 38 (IV 1, 2) de re p. II 15, 28 11 (Cic. 1, 3) 22 sqq. Cic. Brut. X 41 sqq.

---

eruilio (*ex* -li X) γQ || 4 sylonem autem Z || 7 cogno- || 9 armodio ω || 11 tullio δ O ΠX || 15 ab *om.* Z || 16 pu- pugnamque ς) illam inclutam marat(h)oniam ω *Gr.* amque⟩ pugnam *Alanus* || 23 cor(r)iolanius δ || 24 ple- *l erant* abdesiuit (abdescunt Z) δ || 26 paucos annos X

13 que est. Inde anno fere quarto Menenio Agrippa
M. Horatio Pulvillo consulibus bello Veienti apud
fluvium Cremeram Fabii sex et trecenti patricii cum
familiis suis universi ab hostibus circumventi perierunt.
14 Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in
15 philosophiae naturalis studio floruit. Romae autem
per eas tempestates decemviros legibus scribundis
creatos constitit tabulasque ab his primo decem conscriptas, mox alias duas additas.
16 Bellum deinde in terra Graecia maximum Peloponnensiacum, quod Thucydides memoriae mandavit,
coeptum est circa annum fere post conditam Romam
17 trecentesimum vicesimum tertium. Qua tempestate
Olus Postumius Tubertus dictator Romae fuit, qui
filium suum, quod contra suum dictum in hostem
pugnaverat, securi necavit. Hostes tum populi Romani
18 fuerunt Fidenates atque Aequi. In hoc tempore nobiles celebresque erant Sophocles ac deinde Euripides tragici poetae et Hippocrates medicus et
philosophus Democritus, quibus Socrates Atheniensis natu quidem posterior fuit, sed quibusdam temporibus isdem vixerunt.
19 Iam deinde tribunis militaribus consulari imperio
rempublicam Romae regentibus ad annum fere conditae urbis trecentesimum quadragesimum septimum
triginta illi tyranni praepositi sunt a Lacedaemoniis
Atheniensibus, et in Sicilia Dionysius superior tyrannidem tenuit, paucisque annis post Socrates Athenis
capitis damnatus est et in carcere veneno necatus.
20 Set ea fere tempestate Romae M. Furius Camillus
21 dictator fuit et Veios cepit; ac post non longo tem-

1 atque inde γ || 2 ueiente **NQ²Z** uegente **OX** || 3 fab hiis ex **Z** ab his ex γ || 6 naturali **XZ** || 7 scripsit discreatos δ || 8 constituti δ constituit **X** || 14 postumus δ**N²OX** || 15 interdictum **Q²** edictum *Oiselius* || 17 fuerant ω *corr. Mdg.* | atque A. *Hertz* (*Mdg.*) Itaque qui ω | hec **Z** inter haec tempora γ || 22 hisdem **Q** || 29 captus damn. δ || 30 Set] **Q** *om.* ω Et *Hertz*

› bellum Senonicum fuit, cum Galli Romam praeter 22
itolium ceperunt.
Neque multo postea Eudoxus astrologus in terra 23
ecia nobilitatus est, Lacedaemoniique ab Athenien-
is apud Corinthum superati duce Phormione, et 24
Manlius Romae, qui Gallos in obsidione Capitolii
spentis per ardua depulerat, convictus est consilium
regno occupando inisse damnatusque capitis e saxo
peio, ut M. Varro *(annal. III fr. 2 P.)* ait, prae-
i datus, ut Cornelius autem Nepos *(chron. fr. 5 P.)*
ptum reliquit, verberando necatus est; eoque ipso 25
o, qui erat post reciperatam urbem septimus,
stotelem philosophum natum esse memoriae man-
um est.
Aliquot deinde annis post bellum Senonicum The- 26
i Lacedaemonios duce Epaminonda apud Leuctra
raverunt, ac brevi post tempore in urbe Roma 27
Licinii Stolonis consules creari etiam ex plebe
iti, cum antea ius non esset nisi ex patriciis gen-
s fieri consulem.
Circa annum deinde urbis conditae quadringente- 28
um Philippus, Amyntae filius, Alexandri pater,
num Macedoniae adeptus est, inque eo tempore
ander natus est, paucisque inde annis post Plato 29
osophus ad Dionysium Siciliae tyrannum posterio-
profectus est; post deinde aliquanto tempore 30
ippus apud Chaeroneam proelio magno Athenien-
vicit. Tum Demosthenes orator ex eo proelio 31
tem fuga quaesivit, cumque id ei, quod fugerat,
rose obiceretur, versu illo notissimo elusit *(Me-
l. monost. 45)*:

ὴρ inquit ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

32 Apostol. III 19ª Leutsch., cfr. Otto, Sprichw. p. 148

1 Tum γ || 3 eudoxius δ || 5 formione ω || 6 manilius
O²X || 7 epulerat Z || 8 e *om.* γ ex auso Q¹ || 18 istolonis δ ||
ura omnium Q || 27 philosophus δ || 28 uincit δ O Π X¹

32 Postea Philippus ex insidiis occiditur; at Alexander
regnum adeptus ad subigendos Persas in Asiam atque
33 in Orientem transgressus est. Alter autem Alexander,
cui cognomentum Molosso fuit, in Italiam venit bel-
lum populo Romano facturus — iam enim fama vir-
tutis felicitatisque Romanae apud exteras gentes enite-
scere inceptabat —, sed priusquam bellum faceret, vita
decessit. Eum Molossum, cum in Italiam transiret,
dixisse accepimus se quidem ad Romanos ire quasi in
andronitin, Macedonem ad Persas quasi in gynaeconi-
34 tin. Postea Macedo Alexander pleraque parte orientali
subacta, cum annos undecim regnavisset, obiit mortis
35 diem. Neque haut longe post Aristoteles philo-
sophus et post aliquanto Demosthenes vita functi
36 sunt, isdemque ferme tempestatibus populus Romanus
gravi ac diutino Samnitium bello conflictatus est, con-
sulesque Tiberius Veturius et Spurius Postumius in
locis iniquis apud Caudium a Samnitibus circumval-
lati ac subiugi missi turpi foedere facto discesserunt
ob eamque causam populi iussu Samnitibus per fe-
tiales dediti recepti non sunt.

37 Post annum deinde urbis conditae quadringentesi-
mum fere et septuagesimum bellum cum rege Pyrro
38 sumptum est. Ea tempestate Epicurus Atheniensis
39 et Zeno Citiensis philosophi celebres erant, eodemque
tempore C. Fabricius Luscinus et Q. Aemilius Papus
censores Romae fuerunt et P. Cornelium Rufinum,
qui bis consul et dictator fuerat, senatu moverunt;
causam isti notae subscripserunt, quod eum compe-

---

22 Plin. XVI 10, 36 26 sqq. IV 8, 7

---

1 ad Z et ω ‖ 2 subiugandos Π ‖ 5 populi romani Z | uirtusque felicitatis romanae γ uirtutesque (que *om.* T) romane δT *corr. Hertz* ‖ 7 incaptabat O[1]Π[2]X[1]Z captabat Π inceptabant T | facerent δ ‖ 8 transisset Q ‖ 10 ad] isse ad NOΠ ‖ 13 haut] Q ita ω ‖ 15 hi(i)sdemque ω ‖ 19 subiugi Z sub iugo Q subiugum γ ‖ 28 quibus δX ‖ 29 causamque γ

ent argenti facti censae gratia decem pondo libras
ere.
Anno deinde post Romam conditam quadringente- 40
o ferme et nonagesimo consulibus Appio Claudio,
cognomentum Caudex fuit, Appii illius Caeci fratre,
Marco Fulvio Flacco bellum adversum Poenos pri-
m coeptum est, neque diu post Callimachus, 41
ta Cyrenensis, Alexandriae apud Ptolomaeum regem
bratus est.
Annis deinde postea paulo pluribus quam viginti 42
e cum Poenis facta consulibus ⟨C.⟩ Claudio Cen-
ne, Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano
mus omnium L. Livius poeta fabulas docere Ro-
e coepit post Sophoclis et Euripidis mortem
nis plus fere centum et sexaginta, post Menandri
nis circiter quinquaginta duobus. Claudium et Tudi- 43
num consules secuntur Q. Valerius et C. Mamilius,
ibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in
rimo de poetis libro *(p. 259 Bip.)* scripsit eum-
se, cum septimum et sexagesimum annum haberet,
odecimum annalem scripsisse idque ipsum En-
ium in eodem libro *(p. 55, III M. 272 B.)* dicere.
Anno deinde post Romam conditam quingentesimo 44
devicesimo Sp. Carvilius Ruga primus Romae de
nicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod
erila esset iurassetque apud censores uxorem se li-
rum quaerundorum causa habere, eodemque anno 45
n. Naevius poeta fabulas apud populum dedit, quem

---

11 sqq. Cic. Brut. XVIII 72 Tusc. I 1, 3 Cat. XIV 50 Suet. . 5 sqq. R. 23 sqq. IV 3, 2 28 Cic. Brut. XV 60

---

11 C. *addidi* | centone *ω* || 17 C.] consul QZ[1] | manlius *Π* anibus X manilius *ω corr. Columna* || 20 ageret NOX || 21 ///XII *sb ras.* X) X duodevicesimum *Merula* XVII *LMueller* | at- se Q || 24 uicesimo tertio *Gell. IV 3, 2* || 26 sterilis Q | libero- m Y || 27 *fort. hic quoque ut IV 3, 2* quaerundum || 28 Cn.] . g. Q ntum Z c. *γ* | ⟨primum⟩ dedit *Teuffel*

M. Varro in libro de poetis primo *(p. 259 Bip.)* stipendia fecisse ait bello Poenico primo idque ipsum Naevium *(p. 158, V M. 2 B.)* dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Porcius autem Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus *(fr. 1 B.)*:

Poénico belló secundo Músa pinnató gradu
íntulit se béllicosam in Rómuli gentém feram.

46 Ac deinde annis fere post quindecim bellum ad-
47 versum Poenos sumptum est, atque non nimium longe
M. Cato orator in civitate et Plautus poeta in
48 scaena floruerunt; isdemque temporibus Diogenes
Stoicus et Carneades Academicus et Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Romani
49 negotii publici gratia legati sunt. Neque magno intervallo postea Q. Ennius et iuxta Caecilius et Terentius et subinde et Pacuvius et Pacuvio iam sene Accius clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.
50 Sed progressi longius sumus, cum finem proposuerimus adnotatiunculis istis bellum Poenorum secundum.

13 sqq. VI 14, 9

1 libro *edd. vett.* libris ω *unde* prima *Gr.* ‖ 4 quo OZ | Porcium (-tium δ -tum X) autem licinium seruius ω *corr. Torrentius et Carrio* ‖ 5 dixit *Hertz* Porcium . . dicere *Ritschl, Schanz Mus. Rhen. 54, 19* ‖ 7 secundum Z ‖ 8 se *Ald.* sese ω | idmoli δ ‖ 10 Ac *om.* Q | aduersus γ ‖ 11 *an* longe ⟨post⟩ *ut in § 35?* ‖ 13 hisdemque ω ‖ 18 subinde ⟨Afranius⟩ et *Heusde* ‖ 19 tunc *om.* Π

A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER OCTAVVS DECIMVS

I

**Disputationes a philosopho Stoico et contra a Peripatetico arbitro Favorino factae; quaesitumque inter eos, quantum in perficienda vita beata virtus valeret quantumque esset in his, quae dicuntur extranea.**

Familiares Favorini erant duo quidam non incelebres in urbe Roma philosophi. Eorum fuit unus 1 Peripateticae disciplinae sectator, alter Stoicae. His 2 quondam ego acriter atque contente pro suis utrimque decretis propugnantibus, cum essemus una omnes Ostiae cum Favorino, interfui. Ambulabamus autem 3 in litore, cum iam advesperasceret, aestate anni novi.

Atque ibi Stoicus censebat et vitam beatam homini virtute animi sola et miseriam summam malitia 4 sola posse effici, etiamsi cetera bona omnia, quae corporalia et externa appellarentur, virtuti deessent, malitiae adessent. Ille contra Peripateticus miseram quidem 5 vitam vitiis animi et malitia sola fieri concedebat, sed ad conplendos omnes vitae beatae numeros virtutem

3 arbitrio $Q^1Z$ | quando Z || 4 in perf.] superficienda Q super perf. *Hertz* || *12 ad uesperas* esset Z | aestate *om.* Z \ nova Salmas. || *13 hominum γ* || *14* miseriem *ΠX*

solam nequaquam satis esse existimabat, quoniam
corporis integritas sanitasque et honestus modus for
et pecunia familiaris et bona existimatio ceteraque o
nia corporis et fortunae bona necessaria viderem
perficiendae vitae beatae.
6 Reclamabat hoc in loco Stoicus et, tamquam d
ille res diversas poneret, mirabatur, quod, cum ess
malitia et virtus duo contraria, vita misera et be
quoque aeque contraria, non servaret in utrisque v
7 et naturam contrarii et ad miseriam quidem vi
conficiendam satis valere malitiam solam putaret,
praestandam vero beatam vitam non satis solam es
8 virtutem diceret. Atque id maxime dissidere neq
convenire dicebat, quod, qui profiteretur vitam null
pacto beatam effici posse, si virtus sola abesset, ide
contra negaret beatam fieri vitam, cum sola virt
adesset, et quem daret haberetque virtuti absenti h
norem, eundem petenti atque praesenti adimeret.
9 Tum Peripateticus perquam hercle festive: 'rog
te' inquit 'cum bona venia respondeas, an existim
esse vini amphoram, cum abest ab ea unus congius
10 'Minime' inquit 'vini amphora dici potest, ex qua abe
11 congius.' Hoc ubi accepit Peripateticus: 'unus igitu
inquit 'congius amphoram facere dici debebit, quonia
cum deest ille unus, non fit amphora vini et, cu
accessit, fit amphora. Quod si id dicere absurdu
est uno congio solo fieri amphoram, itidem absurdu
est una sola virtute vitam fieri beatam dicere, quonia
cum virtus abest, beata esse vita numquam potest
12 Tum Favorinus aspiciens Peripateticum: 'est qu
dem' inquit 'argutiola haec, qua de congio vini usu
es, exposita in libris: sed, ut scis, captio magis lepid

2 fortunae et pecuniae ⟨reique⟩ familiaris *Mdg.* || 6 tam
quam ... Q² d 9 aequo Q | 18 suppetenti *Vogel* || 21 congius. ho
ubi accepit peripateticus (stoicus ΠΧ²Ο²Χ²) minime *ΧΟΠΧ²*
22 minime — congius om. X¹ || 24 inquit] ΠΧ om. ... | debere δ
25 ... tamquam aut possit Sk. || 29 cum itidem ...

[redacted]



quam probum aut simile argumentum videri debet.
Congius enim, cum deest, efficit quidem, ne sit iustae 13
mensurae amphora; sed cum accedit et additur, non
ille unus facit amphoram, sed supplet. Virtus autem, 14
ut isti dicunt, non accessio neque supplementum, sed
sola ipsa vitae beatae instar est et propterea beatam
vitam sola una, cum adest, facit.'

Haec atque alia quaedam minuta magis et nodosa 15
tamquam apud arbitrum Favorinum in suam uterque
sententiam conferebant. Sed cum iam prima fax noctis 16
et densiores esse tenebrae coepissent, prosecuti Favorinum in domum, ad quam devertebat, discessimus.

## II

Cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalicia ludicra Athenis agitare soliti simus; atque inibi inspersa quaedam sophismatia et aenigmata oblectatoria.

Saturnalia Athenis agitabamus hilare prorsum ac 1
modeste, non, ut dicitur, remittentes animum — nam
'remittere' inquit Musonius *(p. 275 Pe.)* 'animum
quasi amittere est' —, sed demulcentes eum paulum
atque laxantes iucundis honestisque sermonum inlectationibus. Conveniebamus autem ad eandem cenam 2
conplusculi, qui Romani in Graeciam veneramus quique easdem auditiones eosdemque doctores colebamus.
Tum qui et cenulam ordine suo curabat, praemium 3
solvendae quaestionis ponebat librum veteris scriptoris
vel Graecum vel Latinum et coronam e lauro plexam
totidemque res quaerebat, quot homines istic eramus;
cumque eas omnis exposuerat, rem locumque dicendi
sors dabat. Quaestio igitur soluta corona et praemio 4

---

18 sqq. Macr. I 5, 12

---

8 addicitur X[1] || 9 suamuta *δ* || 14 saturnalia *Π* || 15 expsa Q impressa *Π* | sophismatia] Z (*qui* et *om.*) sophismata *ω* || 20 admittere Q[1] || 23 roma Q[2] || 29 posuerat *Sk.*

[redacted]



donabatur; non soluta autem tramittebatur ad
qui sortito successerat, idque in orbem vice pa
5 vabatur. Si nemo dissolvebat, corona eius quae
6 deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quaere
autem res huiuscemodi: aut sententia poetae v
lepide obscura, non anxie, aut historiae antiq
requisitio aut decreti cuiuspiam ex philosophia
peram invulgati purgatio aut captionis sophi
solutio aut inopinati rariorisque verbi indagati
tempus item in verbo perspicuo obscurissimum.

7 Itaque nuper quaesita esse memini numero se
quorum prima fuit enarratio horum versuum, qu
in saturis Quinti Ennii uno multifariam verb
cinniter inplicati. Quorum exemplum hoc est (
*479 B.)*:

> nám qui lepidé postulat álterum frustr
> quém frustratúr, frustra eum dícit fr
> ésse;
> nám qui † sese frústrari quém frustras s
> quí frustratúr frustrast, sí non ille est fr

8 Secunda quaestio fuit, quonam modo audiri atq
cipi deberet, quod Plato in civitate, quam in
suis condidit, *(rei p. 457 al.; 460; 468)* *κοινὰς τὰς γ*
*κας* id est communes esse mulieres, censuit et pr
viris fortissimis summisque bellatoribus posuit
9 tiones puerorum et puellarum. Tertio in loco
quaesitum est, in quibus verbis captionum ist
fraus esset et quo pacto distingui resolvique po

3 corona *om.* γ ‖ 7 philosophiae δ ‖ 17 quam Z quom
*len* quem frustrari (*haec del. m. 2*) quem frustra X illum *Va*
frustrasse *Baehrens* | 19 nam qui se *Vahlen* qui si se (nam
*Ribbeck* qui sese *L. Mueller; an* nam si se? | quom *Rib*
frustras (frustra *II*) sentit (senti X) γ frustrassent id δ | fr
sentit? *Havet* | 20 frustratur is (*del. Vahlen*) frustrast (-
N *II* X) si (sed Q) ω | ille non *Vahlen* is frustrast, ille non
ille *Havet* *L. Mueller et Havet* | ille frustra est *Sk.* ‖ 25 *fort*
summisque γ fortissimisque Q fortis summis Z *corr. Herts*

[redacted]



non perdidisti, habes: cornua non perdidisti: igitur cornua'; item altera captio: 'quod ego id tu non es; ⟨homo ego sum:⟩ homo igitur tu es'. Quaesitum ibi est, quae esset huius quoque 10
smatis resolutio: 'cum mentior et mentiri me dico, ior an verum dico?' Postea quaestio istaec fuit, 11
ob causam patricii Megalensibus mutitare soliti plebes Cerealibus. Secundum ea hoc quaesitum 12
verbum 'verant', quod significat 'vera dicunt', iam poetarum veterum dixerit. Sexta quaestio 13
'asphodelum' cuiusmodi herba sit, quod Hesiodus to versu posuerit (ἔργ. 40):

πιοι, οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός,
δ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ,

uid item Hesiodus se dicere sentiat, cum dimiplus esse toto dicit. Postrema quaestionum 14
um haec fuit: 'scripserim', 'legerim', 'venerim' temporis verba sint, praeteriti an futuri an sque.

Haec ubi ordine, quo dixi, proposita atque singulis 15
ductis disputata explanataque sunt, libris coronisomnes donati sumus nisi ob unam quaestionem, fuit de verbo 'verant'. Nemo enim tum com- 16

---

XVI 2, 9 sq. Sen. ep. XLIX 8 Diog. L. VI 2, 6 (38) VII 7, 7) 5 Aristot. soph. el. 25 p. 180, 35 Cic. acad. II 29, 95 n. ep. LXIX 2 7 II 24, 2

---

item *om.* Q autem Z || 3 *suppl. Hertz* (*cfr. c. 13, 8*) *adiu-* Q, *qui* sed homo (sum *ss. m. 2*) igitur || 4 Q. ⟨tum⟩ *Hertz* ibi *Heiberg* | quoque] modo X || 5 solutio Q || 6 ista *Π* haec ω || 7 motitare (met. X) ω *corr. Beroald.* || 9 uerat *add. m. 2*) X || 11 herba sit que Z herbarum que Q || EINONIAP X O *Π* || 21 quo (quod Z) fuit prop. δ || 23 ob- *Π*[1] ob uinam Z[1] ob quintam *Gr.*

[illegible] esse a Q. Ennio id verbum in t[illegible] annalium in isto versu (407 M. 257 B

satis vates verant aetate in agu

[illegible] huius quaestionis deo feriarum ist [illegible]

# III

Quod Aeschines rhetor in oratione, qua Timarchum de inpud[illegible] accusavit, Lacedaemonios statuisse dixerit super sen[illegible] probatissima, quam inprobatissimus homo dixisset.

1 Aeschines, vel acerrimus prudentissimusque o[illegible] rum, qui apud contiones Atheniensium floruerun[illegible] oratione illa saeva criminosaque et virulenta, [illegible] Timarchum de inpudicitia graviter insignit[illegible] accusabat, nobile et inlustre consilium Lacedaem[illegible] dedisse dicit virum indidem civitatis eiusdem princ[illegible] virtute atque aetate magna praeditum.

2 'Populus' inquit (c. 180) 'Lacedaemonius de su[illegible] republica sua, quidnam esset utile et honestum, d[illegible]

3 rabat. Tum exurgit sententiae dicendae gratia [illegible] quispiam turpitudine pristinae vitae diffamatiss[illegible] sed lingua tunc atque facundia nimium quanto [illegible]

4 stabilis. Consilium, quod dabat quodque oportere suadebat, acceptum ab universis et conplacitum futurumque erat ex eius sententia populi decre[illegible]

5 Ibi unus ex illo principum ordine, quos Lacedaem[illegible] aetatis dignitatisque maiestate tamquam arbitro[illegible] magistros disciplinae publicae verebantur, comm[illegible] irritatoque animo exilit et: 'quaenam,' inquit 'Lac[illegible] monii, ratio aut quae tandem spes erit urbem [illegible] et hanc rempublicam salvam inexpugnabilemque

17 sqq. Plut. praec. de rep. ger. 4 p. 801 C

4 starum NZ ‖ 8 recusauit δ causauit X ‖ 14 accu[illegible] (-bit Z) γZ ‖ 20 defamatissimus γ ‖ 28 iratoque γ ‖ [illegible]

tius posse, si huiuscemodi anteactae vitae hominibus ailiariis utemur? quod si proba istaec et honesta ntentia est, quaeso vos, non sinamus eandem deinestari turpissimi auctoris contagio.' Atque ubi hoc 6
xit, elegit virum fortitudine atque iustitia praeter ios praestantem, sed inopi lingua et infacundum, mitque eum consensu petituque omnium eandem lam sententiam diserti viri, cuimodi posset verbis, pere, ut nulla prioris mentione habita scitum atque eretum populi ex eius unius nomine fieret, qui id tum denuo dixerat. Atque ita, ut suaserat pruden- 7
simus senex, factum est. Sic bona sententia mansit, 8
rpis auctor mutatus est.'

## IV

od Sulpicius Apollinaris praedicantem quendam a sese uno Sallustii historias intellegi inlusit quaestione proposita, quid verba ista apud Sallustium significarent: 'incertum, stolidior an vanior'.

Cum iam adulescentuli Romae praetextam et pueri- 1
m togam mutassemus magistrosque tunc nobis nosot ipsi exploratiores quaereremus, in Sandaliario forte ad librarios fuimus, cum ibi in multorum hominum etu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria nostra aeter alios doctus, iactatorem quempiam et venditarem Sallustianae lectionis inrisit inlusitque genere lo facetissimae dissimulationis, qua Socrates ad sohistas utebatur. Nam cum ille se unum et unicum 2
ctorem esse enarratoremque Sallustii diceret neque rimam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed nguinem quoque ipsum ac medullam verborum eius ruere atque introspicere penitus praedicaret, tum

2 ista h(a)ec Q*ΠX* ‖ 5 eligit *γ*Z ‖ 8 cuiusmodi NQ[2] | posit *δ* ‖ 10 qui id *Gr.* quod *ω* ‖ 19 praet. puer. toga *Salmas.* ‖ 0 t. nobis metipsi *γ* ‖ 21 sandalario Z sandalia riso X ‖ 25 sastia elect. Z ‖ 28 *narratoremque ω praeter* N ‖ 29 pronam X *ristinam Z*

[redacted]



Apollinaris amplecti venerarique se doctrinas illius
dicens: 'per,' inquit 'magister optume, exoptatus mihi
nunc venis cum sanguine et medulla Sallustii verbo-
3 rum. Hesterno enim die quaerebatur ex me, quidnam
verba haec eius in quarto historiarum libro de
Cn. Lentulo scripta significent, de quo incertum fuisse
4 ait, stolidiorne esset an vanior', eaque ipsa verba, uti
sunt a Sallustio scripta, dixit *(fr. IV 1 M.)*: At Cn.
Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui
cognomentum Clodiano fuit, perincertum stoli-
dior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla
emptoribus bonorum remiserat, exigenda pro-
5 mulgavit. Quaesitum ergo ex se Apollinaris ne-
que id se dissolvere potuisse adseverabat, quid esset
'vanior' et quid 'stolidior', quoniam Sallustius sic
ea separasse atque opposuisse inter se videretur, tam-
quam diversa ac dissimilia nec eiusdem utraque vitii
forent, ac propterea petebat, uti se doceret significa-
6 tiones utriusque vocis et origines. Tum ille rictu oris
labearumque ductu contemni a se ostendens et rem,
de qua quaereretur, et hominem ipsum, qui quaereret:
'priscorum' inquit 'et remotorum ego verborum me-
dullas et sanguinem, sicuti dixi, perspicere et elicere
soleo, non istorum, quae proculcata vulgo et protrita
sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo stolidior est et
vanior, qui ignorat eiusdem stultitiae esse vanitatem
7 et stoliditatem.' Sed ubi hoc dixit, media ipsa ser-
8 monum reliquit et abire coepit. Nos deinde eum
tenebamus urgebamusque, et cumprimis Apollinaris,
ut de vocabulorum vel differentia vel, si ei ita videre-
tur, similitudine plenius apertiusque dissereret et, ut
9 ne sibi invideret discere volenti, orabat. Atque ille

1 que *om.* X || 5 de] Z *om.* γ a Q || 7 stolidiorque δ | eaque — stol. an vanior *hic om. exstant post* hominem (*v. 21*) *in* δ || 8 At *om.* Z || 10 claudiano δ || 12 bonorum hominum X || 15 v. ecquid X[1] v. atque Q || 18 ac *om.* Q | ut is edoceret (ediceret X) XTY diceret Z || 23 eligere δ || 29 surgebamusque δ || 31 disserere δ

m plane inludi ratus negotium sibi esse causatur greditur.

Ios autem postea ex Apollinari didicimus 'vanos' 10 tie dici, non ut vulgus diceret, desipientis aut he- s aut ineptos, sed, ut veterum doctissimi dixissent, laces et infidos et levia inaniaque pro gravibus et astutissime componentes; 'stolidos' autem vocari tam stultos et excordes quam taetros et molestos nlepidos, quos Graeci μοχθηροὺς καὶ φορτικοὺς rent. Etyma quoque harum vocum et origines 11 tas esse dicebat in libris Nigidianis *(fr. 45 Sw.)*. Quas requisitas ego et repertas cum primarum ificationum exemplis, ut commentariis harum tium inferrem, notavi et intulisse iam me aliquo ico commentationibus istis *(VIII 14)* existimo.

V

Q. Ennius in septimo annali 'quadrupes eques' ac non adrupes equus', ut legunt multi, scriptum reliquit.

Cum Antonio Iuliano rhetore, viro hercle bono 1 cundiae florentis, complures adulescentuli familiares Puteolis aestivarum feriarum ludum et iocum in ris amoenioribus et in voluptatibus pudicis hone- que agitabamus. Atque ibi tunc Iuliano nuntiatur 2 νώστην quendam, non indoctum hominem, voce odum scita et canora Ennii annales legere ad ulum in theatro. 'Eamus' inquit 'auditum nescio 3 m istum Ennianistam': hoc enim se ille nomine ellari volebat.

---

8 sqq. Non. IV p. 416, 27 Serv. (pl.) A. I 392 II 80 XI 715 V 612, 48 VII 393 7 (Fest. p. 317, 12 CGL VII 297)

---

6 et l.] deuia Q ‖ 8 castros Z stautros Q austeros *Hertz* ‖ al] ET Z ‖ 10 et origines *ut glossam del. Nettl.* ‖ 12 quos sitos ego (ergo X ego req. *Π*) et repertos *ω corr. Rutger-* ‖ 14 infererem *ex* inferem Q ‖ 15 comm. istis del. Heiberg ‖ *riarum om. γ* ‖ 24 *doctum* Q ‖ 27 anianistam Q

4 Quem cum iam inter ingentes clamores legentem invenissemus — legebat autem librum ex annalibus Ennii septimum —, hos eum primum versus perperam pronuntiantem audivimus *(249 M. 171 B.)*:

denique vi magna quadrupes equus atque elephanti
proiciunt sese,

neque multis postea versibus additis celebrantibus eum laudantibusque omnibus discessit.

5 Tum Iulianus egrediens e theatro: 'quid vobis' inquit 'de hoc anagnosta et de quadrupede equo videtur? sic enim profecto legit:

denique vi magna quadrupes equus atque elephanti
proiciunt sese.

6 Ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset alicuius aeris, 'quadrupes equus' dicturum fuisse ac non 'quadrupes eques', quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse nemo unus litterarum veterum diligens
7 dubitavit?' Cumque aliquot eorum, qui aderant, 'quadrupes equus' apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent et mirarentur, quidnam esset 'quadrupes eques', 'vellem vos,' inquit 'optimi iuvenes, tam accurate Q. Ennium legisse, quam P. Vergilius legerat, qui hunc eius versum secutus in georgicis suis equitem pro 'equo' posuit his in versibus *(g. III 115)*:

---

1 sqq. Non. II p. 106, 24 IV 295, 21 Macr. VI 9, 8 Serv. pl. et Philarg. g. III 116 CGL VI 395

---

2 in librum $Q^1$Z ‖ 5 denique — sese] an non quadrupedes equites *Non. ex v. 17 sq.; ecus hic et infra pars codicum* ‖ 11 quadrupe N$O^2$X ‖ 13 atque] aut Z ‖ 16 etquid ω | prolectoremque δ ‖ 18 ita scr.] inscr. O ‖ 22 essent δ ‖ 26 uerbis Q

frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
impositi dorso atque equitem docuere sub
armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

quo loco equitem, si quis modo non inscite in-
teque argutior sit, nihil potest accipi aliud nisi
quum'; pleraque enim veterum aetas et hominem 8
uo insidentem et equum, qui insideretur, 'equitem'
xerunt. Propterea 'equitare' etiam, quod verbum e 9
cabulo 'equitis' inclinatum est, et homo equo utens
equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius 10
eo, vir adprime linguae Latinae sciens, equum
uitare dicit his versibus *(inc. v. 69 M. 795 B.)*:

quis hunc currere equum nos atque equitare
videmus,
his equitat curritque: oculis equitare vide-
mus;
ergo oculis equitat.

d enim contentus' inquit 'ego his non fui et, ut 11
a turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquen-
que esset, 'equus'ne an 'eques' scriptum Ennius
quisset, librum summae atque reverendae vetustatis,
em fere constabat Lampadionis manu emendatum,
dio pretioque multo unius versus inspiciendi gratia
duxi et 'eques', non 'equus', scriptum in eo versu
veni.'

Hoc tum nobis Iulianus et multa alia lucide simul 12
t adfabiliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in
uulgatis commentariis scripta offendimus.

---

2 atque *om.* γ ‖ 8 et eum **OX** ¦ quo *Π*[1] cui *Sk.* ‖ 9 et quod
um δ ‖ 12 scius *Macr.* ‖ 13 equitari δ *Π* ‖ 14 quis] ω *Non.*
e *Macr.* | hunc] **X** *Macr. Non.* hinc ω | non aquae eq.
at *codd. Nonii* ‖ 20 liquentesque δ ‖ 22 uerecunde **Z** ‖
lucide] **Q** eludit(a)e *ΠZ* erudite **NOX**

[redacted]



## VI

Quod Aelius Melissus in libro, cui titulum fecit de loquendi proprietate, quem, cum ederet, cornum esse Copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre matronam et matrem familias existimavit differentia longe vanissima.

1 Aelius Melissus in nostra memoria fuit Romae
summi quidem loci inter grammaticos id temporis; sed
maiore in litteris erat iactantia et σοφιστείᾳ quam
2 opera. Is praeter alia, quae scripsit compluria, librum
composuit, ut tum videbatur, cum est editus, doctrinae
3 inclutae. Ei libro titulus est ingentis cuiusdam inlece-
brae ad legendum; scriptus quippe est 'de loquendi
proprietate'. Quis adeo existimet loqui se recte
atque proprie posse, nisi illas Melissi proprietates
perdidicerit?
4 Ex eo libro verba haec sunt: 'Matrona' est,
quae semel peperit, quae saepius, 'mater fa-
milias'; sicuti sus, quae semel peperit, 'por-
5 cetra', quae saepius, 'scrofa'. Vtrum autem hoc
de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitaverit
ipse et coniectaverit, an scriptum ab alio quo legerit,
6 hariolis profecto est opus. Nam de porcetra habet
sane auctorem Pomponium in atellania, quae hoc
7 eodem vocabulo inscripta est (*p. 295 R.*[3]); sed
matronam non esse appellatam, nisi quae semel pe-
perit, neque matrem familias, nisi quae saepius, nullis
veterum scriptorum auctoritatibus confirmari potest.

---

17 sqq. Non. V p. 442, 1 Serv. A. pl. XI 476 Isid. IX 5, 8 diff. 373

---

8 gramatico Z | id *Falster* et γ s; = sed δ | temporibus X | 9 erit sentencia δ || 10 hi(i)s δ || 12 Ei] X eo ω || 14 secrete δ | 17 haec *om.* γ | matrona — sus *post* coniectauerit (*v.* 22) *exstant in* δ || 27 nullis] X nullus Π nullius ω

[redacted]



Enimvero illud impendio probabilius est, quod idonei 8
vocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam esse proprie, quae in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent, dictamque ita esse a matris nomine, non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendi, unde ipsum quoque 'matrimonium' dicitur,
matrem autem familias appellatam esse eam solam, 9
quae in mariti manu mancipioque aut in eius, in cuius maritus, manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti et in sui heredis locum venisset.

## VII

Quem in modum Favorinus tractaverit intempestivum quendam de verborum ambiguitatibus quaerentem; atque ibi, quot significationes capiat 'contio'.

Domitio, homini docto celebrique in urbe Roma 1
grammatico, cui cognomentum Insano factum est,
quoniam erat natura intractabilior et morosior, ei 2
Domitio Favorinus noster cum forte apud fanum Carmentis obviam venisset atque ego cum Favorino essem: 'quaeso' inquit 'te, magister, dicas mihi, num erravi, quod, cum vellem δημηγορίας Latine dicere, 'contiones' dixi? dubito quippe et requiro, an veterum eorum, qui electius locuti sunt, pro verbis et oratione
dixerit quis 'contionem'.' Tum Domitius voce at- 3
que vultu atrociore: 'nulla' inquit 'prorsus bonae salutis spes reliqua est, cum vos quoque, philosophorum

1 sqq. l. l. Serv. A. XI 581 (= Isid. IX 7, 13) Boethius ad Cic. top. III 14 p. 299 Or. (Paul. p. 125, 16 Suet. rell. p. 280 R.) 23 sq. CGL II 114, 25; 269, 27

1 compendio *Π* || 4 etsi **Z** || 6 homine *Π*[1]**X**[1] || 7 apiscendo **OX** adipiscendo *ω corr. JGr.* || 10 manum *ω praeter* **X** || 11 totum **Q** | 14 Favorinum tr. intempestivus quidam *Gr.* ⟨Domitius⟩ Favorinum tr. intempestive quaedam *Boot*

inlustrissimi, nihil iam aliud quam verba auctoritatesque verborum cordi habetis. Mittam autem librum tibi, in quo id reperias, quod quaeris. Ego enim grammaticus vitae iam atque morum disciplinas quaero, vos philosophi mera estis, ut M. Cato *(fr. inc. 19 J.)* ait, mortualia; glosaria namque colligitis et lexidia, res taetras et inanes et frivolas tamquam mulierum voces praeficarum. Atque utinam' inquit 'muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet.'

4 Cumque digressi essemus, 'non tempestive' inquit Favorinus 'hunc hominem accessimus. Videtur enim mihi † *ἐπισημαίνεσθαι.* Scitote' inquit 'tamen intemperiem istam, quae *μελαγχολία* dicitur, non parvis nec abiectis ingeniis accidere, *ἀλλὰ εἶναι σχεδόν τι τὸ πάθος τοῦτο ἡρωικὸν* et veritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere *μήτε καιροῦ μήτε μέτρου.* Vel ipsum hoc quale existimatis, quod nunc de philosophis dixit? nonne, si id Antisthenes aut Diogenes dixisset, dignum memoria visum esset?'

5 Misit autem paulo post Favorino librum, quem promiserat — Verri, opinor, Flacci erat —, in quo scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt *(p. XVI M.)*: 'senatum' dici et pro loco et pro hominibus, 'civitatem' et pro loco et oppido et pro iure quoque omnium et pro hominum multitudine, 'tribus' quoque et 'decurias' dici et pro loco et pro iure et pro hominibus, 'contionem' autem tria signifi-

24 sqq. cfr. Paul. p. 84, 9 sqq.

2 habeatis **N²OΠX** ‖ 6 mortuaria *ω corr. Scriverius* | nam qui *ω corr. Dousa* | collegitis **X** collegisti *ω* ‖ 7 traetras *δ* | 11 Nos **Q** ‖ 12 tunc **Z** ‖ 13 ΕΠΙCΗΜdΙΜΕCΘdΙ *Π ἐπιμαίνεσθαι σ ἐπισήμως μαίνεσθαι Hertz* ‖ 14 ΜΕΛdΝΧΟΛΙdΝ *γ* ‖ 21 post *om.* **N O Π** ‖ 22 ut (ni **N** . N . **X** in **O**) opinor *γ* is op. *Salmas.* ‖ 23 haec] id *δ* ‖ 25 et pro opido **Z** ‖ 26 omnium] civium *Otho* Quiritium *Sk. del. Vassis* ‖ 27 curias *Ursinus* | *aut* et pro iure *del.* *aut* item *pro* autem *scr.* *Fussner*

[redacted]



care: locum suggestumque, unde verba fierent, sicut 6
M. Tullius in oratione, quae inscripta est contra 7
contionem Q. Metelli *(fr. 4 p. 946 Or.)*: escendi
inquit in contionem, concursus est populi factus;
item significare coetum populi adsistentis, sicuti idem 8
M. Tullius in oratore ait *(L 168)*: Contiones saepe
exclamare vidi, cum apte verba cecidissent.
Etenim expectant aures, ut verbis conligetur
sententia; item orationem ipsam, quae ad populum
diceretur.

Exempla in eo libro scripta non erant. Sed nos
postea Favorino desideranti harum omnium significationum monumenta et apud Ciceronem, sicut
supra scripsi, et apud elegantissimos veterum reperta
exhibuimus; id autem quod potissimum expetebat, 9
'contionem' esse dictam pro verbis et oratione, docui
titulo Tulliani libri, qui a M. Cicerone inscriptus
est contra contionem Q. Metelli, quo nihil profecto
significatur aliud, quam ipsa, quae a Metello dicta
est, oratio.

## VIII

Ὁμοιοτέλευτα et ὁμοιόπτωτα atque alia id genus, quae ornamenta orationis putantur, inepta esse et puerilia Lucilii quoque versibus declarari.

Ὁμοιοτέλευτα et ἰσοκατάληκτα et πάρισα et ὁμοιό- 1
πτωτα ceteraque huiusmodi scitamenta, quae isti
apirocali, qui se Isocratios videri volunt, in conlocandis verbis immodice faciunt et rancide, quam sint
insubida et inertia et puerilia, facetissime hercle significat in quinto saturarum Lucilius. Nam ubi 2

2 scripta *Π* ‖ 5 item — adsistentis *in ω post* sententia (*v. 9*) *exstantia huc transp. Mdg.* ‖ 6 in oratione ω ‖ 8 Id enim *Cic.* ‖ 11 *fort.* Exempla ⟨illa⟩ ‖ 12 desiderante Q ‖ 13 et *om.* Q ‖ 15 expetabat Z ‖ 16 docuit ω *unde* titulus σ ‖ 22 ET Z Kdl (ΚΛΑΤ X) ω ‖ 25 et] *καὶ ter* X O *Π* ‖ 26 huius cemodi O ‖ 27 ei quis socraticos Q ‖ 29 insulsa *Usener* ‖ 30 ubiq cum Q[1]

[redacted]



est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non viseret, haec ibidem addit festiviter *(V 8 M. 145 B.)*:

quo me habeam pacto, tametsi non quaeris, docebo,
quando in eo numero mansti, quo in maxima nunc est
pars hominum, ***
ut periisse velis, quem visere nolueris, cum
debueris. hoc 'nolueris' et 'debueris' te
si minus delectat, quod *ἄτεχνον* et Eisocratium est
*σκληρῶδεςque* simul totum ac *συμμειρακιώδες*,
non operam perdo, si tu hic.

## IX

Quid significet apud M. Catonem verbum 'insecenda'; quodque 'insecenda' potius legendum sit, quam, quod plerique existimant, 'insequenda'.

1 In libro vetere, in quo erat oratio M. Catonis de Ptolomaeo contra Thermum, sic scriptum fuit *(X 1 J.)*: Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae causa fecit, eiusmodi scelera nefaria, quae neque fando neque legendo audivimus, supplicium pro factis dare oportet. ***

---

5 mansti *Nannius* mansi *ω* ‖ 6 nunc *Scaliger* non *ω* ‖ 7 p. h. ut p. v. quem ad nolueris (vis. *del.*) *Havet* ‖ 8 perisse *ω* ‖ 10 ateχnon *s.* atexnon *sic fere ω τεχνίον* Is. *Scaliger* | eis socratium (-icum Z) *δ* Anisocratiumst *Francken ἄτεχνον* et *ὀχληρὸν* sit | *ληρῶδεςque* . . perdo; sin, tu dice: Isocratiumst *Havet* del. (quod *ἄτεχνον*) et Eis. hoc | *ληρῶδεςque* s. t. ac si *μειρακιῶδες Marx* ‖ 12 ΟΧΛΗΡꞶΔΕCque *sic fere ω corr. Studemund* *ληρῶδεςque Scaliger* | si multorum *ΠX* | si miratio des Q symmiraciodes *sic fere ω* ‖ 14 si tu hic] Q sicuti *Π* situ *ω* ‖ 18 insequendo *Π* ‖ 19—248, 18 sequo] *β om. ω* ‖ 23 nefaria] insecenda *Scioppius* nef. ⟨atque insecenda fecit⟩ *Sk.* | fanda *β* insecendo *Popma* | legenda *β* ‖ 25 *lacunam ind. Canter*

[redacted]



Insecenda quid esset, quaeri coeptum. Tum ex 2
his, qui aderant, alter litterator fuit, alter litteras sciens, id est alter docens, doctus alter. Hi duo inter sese dissentiebant. Et grammaticus quidem conten- 3
debat <'insequenda' scribendum esse>: ''insequenda' enim scribi' inquit '<debet>, non insecenda, quoniam 'insequens' significat' ***, traditumque esse 'inseque' quasi 'perge dicere' et 'insequere', itaque ab Ennio scriptum in his versibus *(377 M. 224 B.)*:

inseque, Musa, manu Romanorum induperator
quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

Alter autem ille eruditior nihil mendum, sed recte 4
atque integre scriptum esse perseverabat et Velio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam, qui in commentario, quod fecisset de usu antiquae lectionis, scripserit non inseque apud Ennium legendum, sed 'insece'; ideoque a veteribus, quas 'narrationes' dicimus, 'insectiones' esse appellatas; Varronem quoque versum hunc Plauti de Menaechmis *(v. 1047)*:

nihilo minus esse videtur séctius quam sómnia,

sic enarrasse: nihilo magis narranda esse, quam si ea essent somnia. Haec illi inter se certabant.

Ego arbitror et a M. Catone insecenda et a 5
Q. Ennio insece scriptum sine u littera. Offendi

---

2 cfr. Suet. rell. p. 103, 6 sqq. R. 7 sqq. Paul. p. 111, 11 CGL II 86, 53 V 29, 20; 78, 10

---

3 alter docens *Canter* alterum docens *β* || 5 i. s. e. *add. Hertz* || 6 debet *add. Carrio* || 7 *lacunam ind. Hertz* || 10 manu] mihi *LMueller* || 13 mendosum *Canter* || 22 Haec nihilo esse mihi videntur *Plaut.; Varronem* minus *non legisse ex enarratione apparet, fort. ex Plauti* mihi *ortum est* || 24 enarras *β* || 27 inscite *β*

[redacted]



enim in bibliotheca Patrensi librum verae vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est Ὀδύσσεια, in quo erat versus primus cum hoc verbo sine u littera (*fr. 1 B.*):

virum mihi, Camena, insece versutum,

factus ex illo Homeri versu (*Od. I 1*):

⟨ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.⟩

6 Illic igitur aetatis et fidei magnae libro credo. Nam, quod in versu Plautino est: sectius quam somnia,
7 nihil in alteras partes argumenti habet. Etiamsi veteres autem non 'inseque', sed 'insece' dixerunt, credo, quia erat lenius leviusque, tamen eiusdem sententiae
8 verbum videtur. Nam et 'sequo' et 'sequor' et item 'secta' et 'sectio' consuetudine loquendi differunt; sed qui penitus inspexerit, origo et ratio utriusque una est.
9 Doctores quoque et interpretes vocum Graecarum:

(*Od. I 1*) ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα,

et (*Il. II 484 al.*):

ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι,

dictum putant, quod Latine 'inseque' dicitur; namque in altero ν geminum, in altero σ esse tralatum dicunt.
10 Sed etiam ipsum illud ἔπη, quod significat verba aut versus, non aliunde esse dictum tradunt quam ἀπὸ
11 τοῦ ἕπεσθαι καὶ τοῦ εἰπεῖν. Eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesque 'insectiones' appellitaverunt

---

1 mirae *Canter* merae *alii* || 2 Livii *Canter* librum *β* || 7 *versum Homericum add. Canter* || 8 Illi *Canter* || 10 alteras plus *β corr. Hertz* alteram partem plus *Carrio* || 14 sector X[1] secutio *γ* || 18 ET Z KάI *ω* || 21 *ν*] . N. *s.* n *ω* | *σ*] g̅ X g XOΠ *om. δ* || 23 non] X[2] nos *ω* | esset *δ* || 24 TOI *Π* | TO *Π* | EIPEIN *ω* || 25 insecutiones *δ*

X

rrare istos, qui in exploranda febri venarum pulsus pertemptari putant, non arteriarum.

In Herodis C. V. villam, quae est in agro At- 1
ico loco, qui appellatur Cephisiae, aquis et lucis,
emoribus frequentem, aestu anni medio concesseram.
bi alvo mihi cita et accedente febri rapida decubueram. 2
o Calvisius Taurus philosophus et alii quidam 3
ectatores eius cum Athenis visendi mei gratia venis-
ent, medicus, qui tum in his locis repertus adsidebat
ihi, narrare Tauro coeperat, quid incommodi paterer
t quibus modulis quibusque intervallis accederet febris
ecederetque. Tum in eo sermone, cum iam me sin- 4
eriore corpusculo factum diceret: 'potes' inquit Tauro
'tu quoque id ipsum comprehendere, *ἐὰν ἅψῃ αὐτοῦ*
*τῆς φλεβός*', quod nostris verbis profecto ita dicitur:
'si attigeris venam illius'.
Hanc loquendi imperitiam, quod venam pro arteria 5
ixisset, cum in eo docti homines, qui cum Tauro
rant, tamquam in minime utili medico offendissent
tque id murmure et vultu ostenderent, tum ibi
Taurus, ut mos eius fuit, satis leniter: 'certi' inquit
'sumus, vir bone, non ignorare te, quid 'vena' appel-
letur et quid 'arteria', quod venae quidem suapte vi
immobiles sint et sanguinis tantum demittendi gratia
explorentur, arteriae autem motu atque pulsu suo
habitum et modum febrium demonstrent; sed, ut video, 6
pervulgate magis quam inscite locutus es: non enim
te solum, sed alios quoque itidem errantis audivi ve-
nam pro arteria dicere. Fac igitur, ut experiamur 7
elegantiorem esse te in medendo quam in dicendo, et

5 educis Q et l. ⟨et⟩ σ lucis *del. Hertz; an* laetis n.? || 7 albo δΘΠX | accendente O || 12 febrisque decederet Q || 20 uenerant Π | 24 vi σ ut ω || 25 admittendi δX ad(a emittendi NOΠ *corr.* ς || 29 sole δ | sed *om.* Q || 30 dicentes Π

[redacted]



cum dis bene volentibus opera tua sistas hunc nobis sanum atque validum quam citissime.'

8 Hoc ego postea cum in medico reprehensum esse meminissem, existimavi non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis liberaliterque institutis turpe esse ne ea quidem cognovisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quae non altius occultiusque remota sunt et quae natura nobis tuendae valitudinis causa et in promptu esse et in propatulo voluerit; ac propterea, quantum habui temporis subsicivi, m e d i c i n a e quoque d i s c i p l i n a e l i b r o s attigi, quos arbitrabar esse idoneos ad docendum, et ex his cum alia pleraque ab isto humanitatis usu non aliena, tum de venis quoque et arteriis didicisse videor ad hunc ferme

9 modum: Vena est conceptaculum sanguinis, quod *ἀγγεῖον* medici vocant, mixti confusique cum spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, minus spiritus; arteria est conceptaculum spiritus naturalis mixti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est,

10 minus sanguinis; *σφυγμὸς* autem est intentio motus et remissio in corde et in arteria naturalis, non arbi-

11 traria. Medicis autem veteribus oratione Graeca ita definitus est: *Σφυγμός ἐστιν διαστολή τε καὶ συστολὴ ἀπροαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας.*

15 sqq. Erasistr. apud Galen. XI p. 153 K. (vd. et ind. s. v. 'arteria' et 'vena') Cic. nat. d. II 55, 138 Sen. n. q. III 15 Plin. XI 37, 219 Macr. VII 4, 22 schol. Luc. I 587 20 sqq. Galen. VIII 697 sqq. IX 435 XIX 375 sq.; 629 sqq. al. K. 23 sq. Galen. l. l.

1 operam aut s. δ ‖ 2 scitissime Q[1] ‖ 3 deprehensum Z ‖ 8 nature δ ‖ 15 ảNTEION ω *corr.* ς ‖ 20 COYTMOC Z ‖ 21 arbitrari (-rii O[2]X). A medicis γ ‖ 24 ảΠΟΔΙảΙΡΕΤΟC (-ECTOC *Π*) N O *Π* ảΠΟΔΙảλΙΠΕΕΟC Z *corr. Stephanus* | APTERIA (-HRIả N *Π*[2]) N *Π* Z

## XI

rba ex carminibus Furi Antiatis inscite a Caesellio Vindice eprehensa; versusque ipsi, in quibus ea verba sunt, subscripti.

Non hercle idem sentio cum Caesellio Vindice, 1
mmatico, ut mea opinio est, hautquaquam inerudito.
rum hoc tamen petulanter insciteque, quod Furium, 2
erem poetam, dedecorasse linguam Latinam scripsit
iuscemodi vocum fictionibus, quae mihi quidem ne-
e abhorrere a poetica facultate visae sunt neque
tu profatuque ipso taetrae aut insuaves esse, sicuti
t quaedam alia ab inlustribus poetis ficta dure et
cide.
Quae reprehendit autem Caesellius Furiana, 3
c sunt: quod terram in lutum versam lutescere
xerit et tenebras in noctis modum factas nocte-
ere et pristinas reciperare vires virescere, et, quod
ntus mare caerulum crispicans nitefacit, purpurat
xerit, et opulentum fieri opulescere.
Versus autem ipsos ex poematis Furianis, in 4
ibus verba haec sunt, subdidi *(fr. 1—6 B.)*:

sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.
omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.
increscunt animi, virescit volnere virtus.
sicut fulica levis volitat super aequora classis,

22 Non. II p. 133, 23 = CGL V 643, 53 23 Non. II p. 145, 9 24 Non. II p. 188, 6

3 inscripti *Π*¹ || 7 furtum *δ* || 12 sunt *om.* ς || 18 ventus ⟨si⟩ ...to caerulum ⟨cum⟩ *Dziatzko* || 18 crispans O¹X² | nigrefacit *Baehrens* | 23 tenebras Z (Q?) || 24 crescunt *codd. Non.* | virescit] *Non.* increscunt Q uirescunt ω | uolucre Q uoluere Z | uires O²X || 25 fulca *Pontanus, cfr. Skutsch, Forsch. I 113* sic fulica levius *Beloe*

spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas,
quo magis in patriis possint opulescere campis.

## XII

**Morem istum veteribus nostris fuisse verba patiendi mutare ac vertere in agendi modum.**

1 Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec vice inter sese mutua
2 verterent. Iuventius in comoedia *(v. 5 R.*[3]*)*:

pallium inquit † flocci ut splendeat.

Nonne hoc inpendio venustius gratiusque est quam
3 si diceret 'maculetur'? Plautus etiam non dissimiliter *(fr. f. inc. XLV G.)*:

quid ést? — hoc rugat pállium, amíctus non sum cómmode.

4 Itidem Plautus pulveret dicit, quod non pulvere impleat, set ipsum pulveris plenum sit *(fr. f. inc. XLVI G.)*:

exí tu, Dave, age, spárge; mundum ésse hoc vestibulúm volo.
Venús ventura est nóstra, non hoc púlveret.

---

2 Non. II p. 148, 16 7 sqq. XV 13 GLK I 400, 3 sqq. II 390, 7 sqq. IV 383, 18 sqq. V 233 sqq. 369, 12 sqq.

---

1 Eurous *Baehrens* | dum *LMueller* || 2 magis si sint in δ in campis p. o. campis *codd. Non.* || 10 terentius X iuuentus (inu. Q) ω || 11 paulium Q | inquit . S . (·ʔ· X) OΠX | flacci Q flocci ‹non facio› *Fleckeisen* | splendean δOΠX splendeat an ‹maculet› *Seyffert* || 15 hoc est (ēē Z) δ || 18 impleas δ || 20 hoc esse *Ritschl* ‹hodie› hoc *Sk.* || 22 nr̄a Q uestra ω | non] nolo σ exí tu D. a. spárge | mundum ésse h. v. v.: Venús v. est nóstra . . . (*lacuna*) non h. p. *dist. Seyffert*

a Asinaria quoque contemples dicit pro 'con-mpleris' *(v. 539)*:

méum caput contémples, si quidem é re con-
sultás tua.

a. Gellius in annalibus *(fr. 30 P.)*: Postquam empestas sedavit, Atherbal taurum immolavit. . Cato in originibus *(fr. 20 P.)*: Eodem conve-ae conplures ex agro accessitavere. Eo res orum auxit. Varro libris, quos ad Marcellum e lingua Latina fecit *(fr. 61 W.)*: in priore verbo raves prosodiae, quae fuerunt, manent, reli-uae mutant; ⟨mutant⟩ inquit elegantissime pro nutantur'. Potest etiam id quoque ab eodem Var-one in septimo divinarum similiter dictum videri *r. 1 p. CXLV M.)*: Inter duas filias regum quid nutet, inter Antigonam et Tulliam, est anim-dvertere. Verba autem patiendi pro agentibus n omnibus fermemodum veterum scriptis reperiuntur. Ex quibus sunt pauca ista, quae nunc meminimus: muneror te' pro 'munero' et 'significor' pro 'significo' t 'sacrificor' pro 'sacrifico' et 'adsentior' pro 'ad-sentio' et 'faeneror' pro 'faenero' et 'pigneror' pro 'pignero' et alia istiusmodi pleraque, quae, proinde ut in legendo fuerint obvia, notabuntur.

---

1 sqq. Non. VII p. 470, 7 GLK II 392, 9 9 sqq. Schoell, acta soc. ph. Lips. VI 129 20 Non. VII p. 477, 19 Porph. Hor. epod. II 21 Serv. (pl.) g. I 185 A. I 194 GLK I 382, 2 IV 383, 19 V 233, 32; 369, 14; 370, 1 Anecd. H. 51, 5 21 Varro l. l. IX 61, 105 Non. VII p. 479, 28 — cfr. ad II 25, 9 22 Paul. p. 92, 4 CGL VI 443 — Non. VII p. 477, 32 GLK II 396, 15

---

3 mecum ω ‖ 5 uellius (*ex* duell. Z) ω *corr. Meursius* ‖ 7 conuenit *Π* -ne ut X ‖ 9 in libris γ ‖ 12 mutant *add. Carrio* ‖ 16 est enim aduertere (aduenere X) γ ‖ 17 autem *om.* δ ‖ 18 modum *om.* γ ferme admodum *Mdg.* ‖ 19 memini *Π*X[2] ‖ 23 quae *om.* HOX ‖ 24 fuerunt δX

[redacted]



## XIII

Quali talione Diogenes philosophus usus sit pertemptat
dialectico quodam sophismatio inpudenti.

1 Saturnalibus Athenis alea quadam festiva et hon
2 lusitabamus huiuscemodi: Vbi conveneramus (
plusculi eiusdem studii homines ad lavandi tem
captiones, quae sophismata appellantur, mente ag
bamus easque quasi talos aut tesserulas in medi
3 vice sua quisque iaciebamus. Captionis solutae
parum intellectae praemium poenave erat numi
4 unus sestertius. Hoc aere conlecto quasi manu
cenula curabatur omnibus, qui eum lusum luseran
5 Erant autem captiones ad hoc fere exemplum, tam
Latina oratione non satis scite ac paene etiam
lepide exponuntur: 'quod nix est, hoc grando non
nix autem alba est: grando igitur alba non est'. I
aliud non dissimile: 'quod homo est, non est
equus; homo autem animal est: equus igitur ani
6 non est'. Dicere ergo debebat, qui ad sophisma d
endum ac refellendum ritu aleatorio vocatus erat,
qua parte quoque in verbo captio foret, quid (
concedique non oporteret; nisi dixerat, nummo sing
multabatur. Ea multa cenam iuvabat.

7 Libet autem dicere, quam facete Diogenes
phisma id genus, quod supra dixi, a quodam dialect
ex Platonis diatriba per contumeliam proposit
8 remuneratus sit. Nam cum ita rogasset dialectic
'quod ego sum, id tu non es?' et Diogenes adn
set atque ille addidisset: 'homo autem ego sum', c

---

22 Non. II p. 171, 20 (singulum pro singulare) 'et a
alium ('album' codd.) auctoritatis incertae: nisi dixerat, num
singulo multabatur' 28 sqq. XVIII 2, 9

---

8 sophis matico *Π* || 12 luserant (s *ex* x) Q || 19 dece
(*ex* dic.) Q

[redacted]



id quoque adsensus esset et contra dialecticus ita conclusisset: 'homo igitur tu non es', 'hoc quidem', inquit Diogenes, 'falsum est, et si verum fieri vis, a me incipe'.

## XIV

Quid sit numerus 'hemiolios', quid 'epitritos'; et quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt convertere in linguam Latinam.

Figurae quaedam numerorum, quas Graeci certis 1
nominibus appellant, vocabula in lingua Latina non
habent. Sed qui de numeris Latine scripserunt, Graeca 2
ipsa dixerunt, fingere autem nostra, quoniam id ab-
surde futurum erat, noluerunt. Quale enim fieri no- 3
men posset 'hemiolio' numero aut 'epitrito'? Est 4
autem hemiolios, qui numerum aliquem totum in sese
habet dimidiumque eius, ut tres ad duo, quindecim
ad decem, triginta ad viginti; epitritos est, qui habet 5
totum aliquem numerum et eiusdem partem tertiam,
ut quattuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta
ad triginta. Haec autem notare meminisseque non 6
esse abs re visum est, quoniam, vocabula ista numero-
rum nisi intelleguntur, rationes quaedam subtilissimae
in libris philosophorum scriptae percipi non queunt.

## XV

Quod M. Varro in herois versibus observaverit rem nimis anxiae et curiosae observationis.

In longis versibus, qui hexametri vocantur, item in 1
senariis, animadverterunt metrici primos duos pedes,
item extremos duos, habere singulos posse integras

---

13 sqq. Vitr. III 1, 6 Censorin. X 8 sq. Macr. somn. I 6, 43 II 1, 15 sq.; 2, 11 sqq. Eulog. somn. p. 16 H. GLK VI 42, 27; 47, 32; 644, 22; 645, 12 Isid. I 16, 22

---

1 et *om.* δ || 3 verum] Q v. id ω || 7 conuetere $Q^1$ non uertere Z uertere γ || 20 abs] Q ab ω || 27 medici δ || 28 duos] Q duo ω

tes orationis, medios haut umquam posse, sed co
·e eos semper ex verbis aut divisis aut mixtis at
confusis. M. etiam Varro in libris diciplina
n *(p. 202 Bip.)* scripsit observasse sese in ver
ametro, quod omnimodo quintus semipes verbu
ret et quod priores quinque semipedes aequ
gnam vim haberent in efficiendo versu atque ali
teriores septem, idque ipsum ratione quadam ge
rica fieri disserit.

8 V 3, 5 Amm. XX 3, 2

4 se *y* || 8 diometrica *ΠX*

[redacted]

# A. GELLII
# NOCTIVM ATTICARVM LIBER NONVS DECIMVS

## I

⟨Responsio cuiusdam philosophi interrogati, quam ob causam maris tempestate palluerit.⟩

Navigabamus a Cassiopa Brundisium mare Ionium 1
violentum et vastum et iactabundum. Nox deinde, 2
quae diem primum secuta est, in ea fere tota ventus
a latere saeviens navem undis compleverat. Tum post- 3
ea complorantibus nostris omnibus atque in sentina
satis agentibus dies quidem tandem inluxit. Sed nihil
de periculo neque de saevitia venti remissum; quin tur-
bines etiam crebriores et caelum atrum et fumigantes
globi et figurae quaedam nubium metuendae, quos
typhonas vocabant, inpendere inminereque ac depres-
surae navem videbantur.

---

4 sqq. repetit Gellio nominato August. civ. dei IX 4; 5 in heptat. I 30 13 Plin. II 48, 131 sqq. comm. et schol. Luc. VII 156

---

2 *Lemmata libri huius om.* ω *finxerunt variis modis* ς ‖ 4 cassio . p . ad brund. *γ* ‖ 6 quae *del. Goebel* ‖ 10 neque de seruiane////// remissum X neque de s(a)euitia uera missum ω *corr.* X² *et* O² (*ubi* amissum) ‖ 12 quos] XZ quas ω

4 In eadem fuit philosophus in disciplina Stoica
celebratus, quem ego Athenis cognoveram non parva
virum auctoritate satisque attente discipulos iuvenes
5 continentem. Eum tunc in tantis periculis inque illo
tumultu caeli marisque requirebam oculis scire cupiens,
quonam statu animi et an interritus intrepidusque esset.
6 Atque ibi hominem conspicimus pavidum et extrilidum
ploratus quidem nullos sicuti ceteri omnes nec ullas
huiusmodi voces cientem, sed coloris et voltus turbatione
7 non multum a ceteris differentem. At ubi caelum
enituit et deferbuit mare et ardor ille periculi de-
flagravit, accedit ad Stoicum Graecus quispiam dives
ex Asia magno, ut videbamus, cultu paratuque rerum
et familiae, atque ipse erat multis corporis animique
8 deliciis affluens. Is quasi inludens: 'quid hoc' inquit
'est, o philosophe, quod, cum in periculis essemus,
timuisti tu et palluisti? ego neque timui neque pal-
9 lui.' Et philosophus aliquantum cunctatus, an re-
spondere ei conveniret: 'si quid ego' inquit 'in tanta
violentia tempestatum videor paulum pavefactus, non
10 tu istius rei ratione audienda dignus es. Set tibi
sane Aristippus ille ** discipulus, pro me respon-
derit *(FPG II 407, 16)*, qui in simili tempore a si-
millimo tui homine interrogatus, quare philosophus
timeret, cum ille contra nihil metueret, non eandem
esse causam sibi atque illi respondit, quoniam is qui-
dem esset non magno opere sollicitus pro anima ne-
quissimi nebulonis, ipsum autem pro Aristippi anima
timere.'

22 sqq. Diog. L. II 8, 4 (71) Aelian. v. h. IX 20

5 occulte TY || 7 impauidum ω *corr. Gr.* | exterritum *Gr.* extimidum *Georges* exalbidum *Sk.*; *mallem* expallidum *s.* exluridum || 8 ploratu Q | nullo δ || 9 eiusmodi ω *praeter* Q | 15 diffluens γ || 22 *lacunam ind. Hertz coll. Augustini l. l.* Aristippi Socratici; Aristippius JGr. || 23 qui cum in ω cum *del.* ς qui cum . . ⟨esset⟩ interrogatus *Lion*; *an* qui ⟨in⟩ consimili?

His tunc verbis Stoicus divitem illum Asiaticum 11
ese molitus est. Sed postea cum Brundisium ad- 12
taremus malaciaeque essent venti ac maris, percon-
as eum sum, quaenam illa ratio esset pavoris sui,
um dicere ei supersedisset, a quo fuerat non satis
ne compellatus. Atque ille mihi placide et comiter: 13
oniam' inquit 'audiendi cupidus es, audi, quid super
brevi quidem, sed necessario et naturali pavore
iores nostri, conditores sectae Stoicae, senserint,
. potius' inquit 'lege; nam et facilius credideris, si
as, et memineris magis.' Atque ibi coram ex 14
cinula sua librum protulit Epicteti philosophi
intum διαλέξεων, quas ab Arriano digestas con-
iere scriptis Ζήνωνος et Chrysippi non dubium est.
In eo libro Graeca scilicet oratione scriptum ad 15
ac sententiam legimus *(fr. 9 p. 408 Sch.)*: 'Visa animi,
as φαντασίας philosophi appellant, quibus mens
minis prima statim specie accidentis ad animum rei
litur, non voluntatis sunt neque arbitraria, sed vi
idam sua inferunt sese hominibus noscitanda; pro- 16
tiones autem, quas συγκαταθέσεις vocant, quibus
lem visa noscuntur, voluntariae sunt fiuntque homi-
m arbitratu. Propterea cum sonus aliquis formida- 17
is aut caelo aut ex ruina aut repentinus nescio
ius periculi nuntius vel quid aliud est eiusmodi
tum, sapientis quoque animum paulisper moveri et
itrahi et pallescere necessum est non opinione ali-

---

16 XI 5, 6 20 sq. Cic. acad. II 12, 37

---

1 Iis **N O** ‖ 2 amolitus *γ* ‖ 3 mollici(a)eque *ω corr. Gr., qui* laciaque esset; *cfr. Archiv f. Lex. VI 259 VII 445; 586 VIII* | ac *om. γ* ‖ 10 legendam et *δ* O[1] *Π* ‖ 13 ab] **N** *om. ω* | abriano X adriano *δ* | congrueretis scr. *δ* ‖ 14 ZHNΩNIC *sic fere ω* ‖ ad *om. δ unde* scriptam *Hertz* ‖ 16 uis *ω* animi visa *August.* ‖ arbitrari(a)e *δ* O[2] X arbitriae **N** O *Π corr. Carrio* ‖ 20 noscitan-e (nosc. Z) *ω corr. Salmas.* ‖ 24 n. cuius *σ* nescius *ω* ‖ 25 est r. ex *δ om. γ* ‖ 27 et *om. δ*

cuius mali praecepta, sed quibusdam motibus rapidis et inconsultis officium mentis atque rationis praevertentibus.
18 Mox tamen ille sapiens ibidem *τὰς τοιαύτας φαντασίας*, id est visa istaec animi sui terrifica, non adprobat, hoc est *οὐ συγκατατίθεται οὐδὲ προσεπιδοξάζει*, sed abicit respuitque, nec ei metuendum esse
19 in his quicquam videtur. Atque hoc inter insipientis sapientisque animum differre dicunt, quod insipiens, qualia sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt saeva et aspera, talia esse vero putat et eadem incepta, tamquam si iure metuenda sint, sua quoque adsensione adprobat *καὶ προσεπιδοξάζει* — hoc enim verbo Stoici,
20 cum super ista re disserunt, utuntur —, sapiens autem, cum breviter et strictim colore atque vultu motus est, *οὐ συγκατατίθεται*, sed statum vigoremque sententiae suae retinet, quam de huiuscemodi visis semper habuit ut de minime metuendis, sed fronte falsa et formidine inani territantibus.'

21 Haec Epictetum philosophum ex decretis Stoicorum sensisse atque dixisse in eo, quo dixi, libro legimus adnotandaque esse idcirco existimavimus, ut rebus forte id genus, quibus dixi, obortis pavescere sensim et quasi albescere non insipientis esse hominis neque ignavi putemus et in eo tamen brevi motu naturali magis infirmitati cedamus, quam quod esse ea, qualia visa sunt, censeamus.

---

1 percepta *δ* || 2 orationis *δ* || 4 id est *om.* *γ* | ista et (haec *Π*) *Π*X | anima sua *δ* || 10 uera Q² | concepta *Vogel* | quamquam *ω* *corr.* *σ* || 24 sed *Goebel* || 25 infirmitate *δ* *aut hoc scr. aut tum* quod *del. Goebel*

II

ie corporis sensibus duos esse cum beluis maxime
ı; quodque turpis et improba est voluptas, quae ex
su odoratuque procedit, quae vero ex gustu tactu-
arum omnium foedissima est, cum hae duae bestiarum
t, reliquae hominum tantum.〉

ıe sunt hominum sensus, quos Graeci αἰσθή- 1
lant, per quos voluptas animo aut corpori
etur: gustus, tactus, odoratus, visus, auditus.
nnibus quae inmodice voluptas capitur, ea
ıue inproba existimatur. Sed enim quae 2
gustu atque tactu est, ea voluptas, sicuti
viri censuerunt, omnium rerum foedissima
ı maxime, qui duabus istis beluinis voluptati-
dediderunt, gravissimi vitii vocabulis Graeci
〈vel ἀκρατεῖς〉 vel ἀκολάστους: nos eos vel
ıtes' dicimus vel 'intemperantes'; ἀκολάστους
ıterpretari coactius velis, nimis id verbum in-
:. Istae autem voluptates duae gustus atque 3
est libidines in cibos atque in Venerem
solae sunt hominibus communes cum beluis
in pecudum ferorumque animalium numero
uisquis est his ferinis voluptatibus praevinc-
ıe ex tribus aliis sensibus proficiscentes ho- 4
se tantum propriae videntur.
super hac re Aristotelis philosophi ad- 5
vel auctoritas clari atque incluti viri tam in-
ıs voluptatibus deterreret (*problem.* XXVIII 7):
ί κατὰ τὴν τῆς ἁφῆς ἢ γεύσεως ἡδονὴν

---

Macr. II 8, 10 sqq. (VII 9, 16) 7 VI 6, 1 16 sq.
'; 591 29 sqq. Aristot. ethic. Nicom. III 10 (13)
ethic. Eudem. III 2 p. 1231, 15 Athen. I 10 p. 6ᵇ

---

X ‖ 8 uoluntas *δ* ‖ 12 ea igitur gemina voluptas
vel ἀκρ. *Macr. om.* *ω* ‖ 21 bestiis *γ* ‖ 22 ferarumque X
23 his *om.* *δ* *Π* his ferarum vol. occupatus *Macr.* ‖
it (ut *om.* Q) QZ¹ ‖ 29 ἡδονήν, οὗ ἂν *Arist.*

*γιγνομένην, ἂν ὑπερβάλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται; οἵ τε γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκόλαστοι τοιοῦτοι, οἵ τε περὶ τὰς τῆς τροφῆς ἀπολαύσεις· τῶν δὲ κατὰ τὴν τροφὴν ἀπ' ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ, ἀπ' ἐνίων δὲ ἐν τῷ λάρυγγι, διὸ καὶ Φιλόξενος γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. ἢ διὰ τὸ τὰς ἀπὸ τούτων γιγνομένας ἡδονὰς κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις; ἅτε οὐσῶν κοινῶν ἀτιμόταταί εἰσι καὶ μάλιστα ἢ μόναι ἐπονείδιστοι, ὡς τὸν ὑπὸ τούτων ἡττώμενον ψέγομεν καὶ ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον λέγομεν διὰ τὸ ὑπὸ τῶν χειρίστων ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. Οὐσῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πέντε τὰ ἄλλα ζῷα ἀπὸ τῶν δύο μόνων τῶν ⟨προειρημένων⟩ ἥδεται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἢ ὅλως οὐχ ἥδεται ἢ κατὰ συμβεβηκὸς τοῦτο*
6 *πάσχει.* Quis igitur habens aliquid humani pudoris voluptatibus istis duabus coeundi atque comedendi, quae sunt homini cum sue atque asino communes,
7 gaudeat? Socrates quidem dicebat multos homines propterea velle vivere, ut ederent et biberent, se bi-
8 bere atque esse, ut viveret. Hippocrates autem, divina vir scientia, de coitu venerio ita existimabat partem esse quandam morbi taeterrimi, quem nostri comitialem dixerunt; namque ipsius verba haec traduntur: *τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.*

---

20 sqq. cfr. Hense ad Stob. fl. VI 40 p. 295 XVII 21 p. 495 XVIII 37 p. 527 Sternbach ad gnomol. Vat. 479 Otto, Sprichw. p. 123 26 cfr. Democrit. fr. 50 Mu. 86 Natorp. ibique testes

---

1 *ἐγγινομένην Macr.* ‖ 3 *τοιοῦτοι om. Arist.* ΟΥΤΟΙ O²*Π* ‖ 4 ΤΩΔΕ N*Π* ‖ 6 *φάρυγγα Arist.* ‖ 9 *ἅτε οὖν Arist. ἅτε δὲ Macr.* | *οὖσαι κοιναὶ plurimi codd. Arist.* | ΟΤΙΜΟΙΡάΤά ω ἀτ. — 10 *ὡς] αἰσχρὰν εἶναι τὴν ὑποταγήν, αὐτίκα Macr.* ‖ 10 ΗΜΩΝΑΙΤΙΩΝΗΔΙCΤΟΙ ω | *ὥστε τὸν Arist.* ‖ 14 ΩΔΥΟΜΕΝΟΝΤΩΝ (*προειρ.* om.) ω δύο μόνον (τ. πρ. om.) *Macr.* ‖ 18 duobus Q | 20 gratuletur *Macr.*

[redacted]



## III

turpius est frigide laudari quam acerbius vituperari.>

rpius esse dicebat Favorinus philosophus 1
atque frigide laudari quam insectanter et gra-
vituperari: 'quoniam,' inquit 'qui maledicit et 2
rat, quanto id acerbius facit, tam maximo ille
imico et iniquo ducitur et plerumque propterea
non capit. Sed qui infecunde atque ieiune
, destitui a causa videtur et amicus quidem cre-
eius, quem laudare vult, sed nihil posse reperire,
iure laudet.'

## IV

obrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis
m lacessat.>

istotelis libri sunt, qui problemata physica 1
untur, lepidissimi et elegantiarum omnigenus
. In his *(XXVII 10 VII 3)* quaerit, quam ob 2
a eveniat, ut quibus invasit repentinus rei
e timor, plerumque alvo statim cita fiant. Item 3
t, cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutius
libido urinae lacessat. Ac de alvo quidem 4
timendum prona atque praecipiti causam esse
quod timor omnis sit algificus, quem ille appel-
χροποιόν, eaque vi frigoris sanguinem caldorem-
mnem de summa corporis cute cogat penitus et
at faciatque simul, ut, qui timent, sanguine ex
cedente pallescant. 'Is autem' inquit 'sanguis 5
dor in intuma coactus movet plerumque alvum

---

sqq. Macr. VII 11, 8 sq.

---

aaxime **TY** | ille *Stephanus* le ω || 7 dicitur **NOZ** || 11 quid
l. **X** || 16 scribuntur *Π* || 24 *ψυχροπ. nusquam exstat apud*
26 uti γ**Z** || 27 sanguinis **XZ** || 28 calido **Z**

6 et incitat. De urina celebra ex igni proximo facta
verba haec posuit: *Τὸ δὲ πῦρ διαχαλᾷ τὸ κεκηγὸς*
*ὥσπερ ἥλιος τὴν χιόνα.*

## V

⟨Ex Aristotelis libris sumptum, quod nivis aqua potui pessima sit; et quod ex nive crystallus concreatur.⟩

1 In Tiburte rus concesseramus hominis amici divitis
aestate anni flagrantissima ego et quidam alii aequales
et familiares mei, eloquentiae aut philosophiae secta-
2 tores. Erat nobiscum vir bonus ex peripatetica disci-
plina bene doctus et Aristotelis unice studiosissimus.
3 Is nos aquam multam ex diluta nive bibentis coercebat
severiusque increpabat. Adhibebat nobis auctoritates
nobilium medicorum et cumprimis Aristotelis philo-
sophi, rei omnis humanae peritissimi, qui aquam ni-
valem frugibus sane et arboribus fecundam diceret,
sed hominibus potu nimio insalubrem esse tabemque
et morbos sensim atque in diem longam visceribus
4 inseminare. Haec quidem ille ad nos prudenter et
benivole et adsidue dictitabat. Sed cum bibendae
nivis pausa fieret nulla, promit e bibliotheca Tiburti,
quae tunc in Herculis templo satis commode instructa
libris erat, Aristotelis librum eumque ad nos adfert
et: 'huius saltem' inquit 'sapientissimi viri verbis cre-
dite ac desinite valitudinem vestram profligare'.
5 In eo libro *(fr. 214 VR.)* scriptum fuit deterrimam
esse potu aquam e nive itemque solidius latiusque
concretam esse eam, quam *κρύσταλλον* Graeci appel-

---

12 sqq. Macr. VII 12, 24 sqq.

---

1 caelebrat X crebra TY celebri *Herts* urinae elecebra (illec. *Oisel.*) *Salmas.* ‖ 2 hoc posuit X exposuit δ | *κεκ. ἐν τῷ σώματι Arist.* ‖ 3 ΗΔΙΟC N ΕΡdΙΟC Z ‖ 7 rure Q tur Z ‖ 13 adhibebatque Q ‖ 17 nimis TY ‖ 25 nostram δ ‖ 27 altiusque *Herts* artiusque *Mdg.* ‖ 28 decretam δ concreatam *Hildebrand* | esse *del. Vogel*

nt; causaque ibi adscripta est huiuscemodi: 'quoniam, m aqua frigore aeris duratur et coit, necessum est ri evaporationem et quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea et emanare. Id autem' inquit 'in a levissimum est, quod evaporatur; manet autem, od est gravius et sordidius et insalubrius, atque id lsu aeris verberatum in modum coloremque spuae candidae oritur. Sed aliquantum, quod est saluius, difflari atque evaporari ex nive indicium illud t, quod minor fit illo, quod ante fuerat quam conesceret.

Verba ipsa Aristotelis ex eo libro pauca sumpsi t adscripsi: *Διὰ τί τὰ ἀπὸ χιόνος καὶ κρυστάλων ὕδατα φαῦλά ἐστιν; ὅτι παντὸς ὕδατος ηγνυμένου τὸ λεπτότατον καὶ κουφότατον ξατμίζει. Σημεῖον δέ, ὅτι ἔλαττον γίνεται ἢ ρότερον, ὅταν τακῇ παγέν. Ἀπεληλυθότος ὖν τοῦ ὑγιεινοτάτου ἀνάγκη ἀεὶ τὸ καταλειόμενον χεῖρον εἶναι.* Hoc ubi legimus, placuit honorem doctissimo viro haberi Aristoteli. Atque ita postea ego bellum et odium nivi indixi, alii indutias cum ea varie factitabant.

## VI

⟨Quod pudor sanguinem ad extera diffundit, timor vero contrahit.⟩

In problematis Aristotelis philosophi ita scriptum est (*fr. 243 VR.*): *Διὰ τί οἱ μὲν αἰσχυνόμενοι ἐρυθριῶσιν, οἱ δὲ φοβούμενοι ὠχριῶσιν παρακλησίων τῶν παθῶν ὄντων; ὅτι τῶν μὲν αἰσχυ-*

1 sqq. Plin. XXXI 3, 33 26 sqq. Arist. probl. XI 53 p. 905, 7 (Macr. VII 11, 3 sqq.)

3 uaporationem NO || 8 oritur] N oriuntur ω || 10 sit X | quod *Hertz* qui ω illa, quae ς || 18 ΥΓΕΙΝΟΤάΤΟΥ NOΠ || 24 ab ς

νομένων διαχεῖται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας ε
ἅπαντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὥστε ἐπιπολ
ζειν· τοῖς δὲ φοβηθεῖσιν συντρέχει εἰς τ
καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν ἐκ τῶν ἄλλων μερ
2 Hoc ego Athenis cum Tauro nostro legissem p
contatusque essem, quid de ratione ista reddita se
tiret, 'dixit quidem' inquit 'probe et vere, quid a
cideret diffuso sanguine aut contracto, sed cur i
3 fieret, non dixit. Adhuc enim quaeri potest, quam o
causam pudor sanguinem diffundat, timor contrah
cum sit pudor species timoris atque ita definiatu
'timor iustae reprehensionis'. Ita enim philosop
definiunt: *αἰσχύνη ἐστὶν φόβος δικαίου ψόγου.'*

## VII

⟨Quid sit 'obesum'; nonnullaque alia prisca vocabula.⟩

1 In agro Vaticano Iulius Paulus poeta, vir bonu
et rerum litterarumque veterum inpense doctus, heredi
olum tenue possidebat. Eo saepe nos ad sese vocaba
et olusculis pomisque satis comiter copioseque invita
2 bat. Atque ita molli quodam tempestatis autumna
die ego et Iulius Celsinus, cum ad eum cenassemu
et apud mensam eius audissemus legi Laevi Alcestin
rediremusque in urbem sole iam fere occiduo, figura
habitusque verborum nove aut insigniter dictorum in
Laeviano illo carmine ruminabamur et, ut quaeque
vox indidem digna animadverti subvenerat, qua nos
quoque possemus uti, memoriae mandabamus.
3 Erant autem verba, quae tunc suppetebant, huius-
cemodi *(fr. 8'B.)*:

---

25 sqq. Non. IV p. 361, 15; 12

---

6 oratione N O *Π* || 17 que *om.* *Π* || 22 legi *om.* *Π* | Naevius in carmine *Non.* || 23 urbe *δ* || 25 neuiano ς | rumynabamus

corpore inquit pectoreque undique obeso ac
mente exsensa tardigenuclo
senio obpressum.

Obesum hic notavimus proprie magis, quam usitate
dictum pro exili atque gracilento; vulgus enim ἀκύρως
vel κατὰ ἀντίφρασιν 'obesum' pro 'uberi' atque 'pin-
gui' dicit. Item notavimus, quod *(fr. 9 B.)* oblitteram 4
gentem pro 'oblitterata' dixit; item, quod hostis, qui 5
foedera frangerent, foedifragos, non 'foederifragos'
dixit; item, quod rubentem auroram pudoricolorem 6
appellavit et Memnonem nocticolorem; item, quod 7
'forte' dubitanter et ab eo, quod est 'sileo', silenta
loca dixit et pulverulenta et pestilenta et quod
carendum tui est pro 'te' quodque magno impete 8
pro 'impetu'; item quod fortescere posuit pro 'fortem 9
fieri' quodque dolentiam pro 'dolore' et avens pro 10
'libens'; item curis intolerantibus pro 'intolerandis',
quodque manciolis inquit tenellis pro 'manibus' et
quis tam siliceo? Item fiere inquit inpendio in-
fit, id est 'fieri inpense incipit'; quodque accipitret 11
posuit pro 'laceret'.

His nos inter viam verborum Laevianorum ad- 12
notatiunculis oblectabamus. Cetera enim, quae vide- 13
bantur nimium poetica, ex prosae orationis usu
alieniora praetermisimus; veluti fuit, quod de Nestore
ait trisaeclisenex et dulciorelocus iste, quod de 14

---

14 Ter. Haut. 400

---

1 undique *om.* Q | ac *del. Scaliger* ‖ 2 merito exeso *codd. Non.* | extensa δ | tardigemulo ω *corr. L Mueller* tardi ingenio (ingenulo) senis (obp. *om.*) *codd. Non.* ‖ 12 forte σ fonte ω ‖ 13 pestilencia Q ‖ 15 forte δ ‖ 16 pro obens Z probens Q ‖ 17 curis σ cur ω ‖ 18 manicolis *Scaliger* | tene illis ω *corr. Carrio* ‖ 19 silico *Ott; tum lacunam statuit Dziatzko* ⟨pro 'quis tam ferreo'⟩ *Maehly* | fliere N O Π X[2] fuere X ‖ 20 accipit rei ω *corr. σ, cfr. Onions, Journ. of Phil. XI 75* ‖ 21 iaceret ω *corr. Gr.* | 22 non δ ‖ 23 oblectabamur Q ‖ 25 alienorum Q | fuit q. σ quod fuit ω ‖ *26 dulcorelocus L Mueller* | iste] δ item γ | qui Z | de om. γ

[redacted]



tumidis magnisque fluctibus inquit multigrumis
15 flumina gelu concreta tegimine esse onychino di
16 et quae multiplica ludens conposuit, quale illud
quod vituperones suos *(fr. 7 B.)* subductisuperci
carptores appellavit.

## VIII

⟨Quaestio, an 'harena', 'caelum', 'triticum' pluralia inveni
tur; atque inibi de 'quadrigis', 'inimicitiis', nonnullis pr
terea vocabulis, an singulari numero comperiantur.⟩

1 Adulescentulus Romae, priusquam Athenas co
cederem, quando erat a magistris auditionibusque
eundis otium, ad Frontonem Cornelium visen
gratia pergebam sermonibusque eius purissimis bon
rumque doctrinarum plenis fruebar. Nec umqu
factum est, quotiens eum vidimus loquentemque au
vimus, quin rediremus fere cultiores doctioresqu
2 Veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius le
quidem de re, sed a Latinae tamen linguae studio n
3 abhorrens. Nam cum quispiam familiaris eius, ben
eruditus homo et tum poeta inlustris, liberatum es
se aquae intercutis morbo diceret, quod 'harenis c
lentibus' esset usus, tum adludens Fronto: 'morb
quidem' inquit 'cares, sed verbi vitio non care
Gaius enim Caesar, ille perpetuus dictator, C
Pompei socer, a quo familia et appellatio Caesarum
deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, ser
monis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris
quos ad M. Ciceronem de analogia conscripsit
*(II p. 126 Di.)* 'harenas' vitiose dici existimat, quod

15 sq. Ter. Eun. 791 29 sqq. GLK I 33, 15 sqq.; 93, 4
96, 7; 103, 22; 154, 1; 327, 34 sqq.; 549, 14 II 176, 10 IV 196, 2
376, 28; 393, 15; 432, 25; 446, 15 etc. Serv. A. II 272 XII 164
CGL II 454, 24; 321, 30; 402, 21; 452, 35

1 mutigrumis *ω corr. σ* ‖ 2 tegmine *ω praeter* Q ‖ 4 subducti
(sulid. Q) supercilii carptores *σ* N O *Π* ‖ 13 plurimis Q

...rena' numquam multitudinis numero appellanda sit, ...uti neque 'caelum' neque 'triticum'; contra autem 4 ...adrigas', etiamsi currus unus, equorum quattuor ...nctorum agmen unum sit, plurativo semper numero ...cendas putat sicut 'arma' et 'moenia' et 'comitia' ...t 'inimicitias', nisi quid contra ea dicis, poetarum ...lcherrime, quo et te purges et non esse id vitium ...monstres.'

'De 'caelo' inquit ille 'et 'tritico' non infitias eo, 5 ...in singulo semper numero dicenda sint, neque de ...rmis' et 'moenibus' et 'comitiis', quin figura multi...dinis perpetua censeantur; videbimus autem potius de 6 ...imicitiis' et 'quadrigis'. Ac fortassean de 'quadrigis' ...terum auctoritati concessero, 'inimicitiam' tamen, ...cuti 'inscientiam' et 'inpotentiam' et 'iniuriam', quae ...tio est, quamobrem C. Caesar vel dictam esse a ...teribus vel dicendam a nobis non putat, quando Plautus, linguae Latinae decus, *(Poen. 365)* deliciam quoque *ἑνικῶς* dixerit pro deliciis?

méa inquit voluptas, méa delicia.

Inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit *(v. 326 R.³)*:

eo ⟨ego⟩ inquit ingenio natus sum:
amicitiam atque inimicitiam in frontem
promptam gero.

18 sqq. Non. II p. 100, 19 = CGL V 640, 49    21 sqq. Non. I p. 129, 24 (= CGL V 643, 23) GLK I 96, 8

5 sicut circa arma Q s. castra arma *Vogel* ‖ 6 ni *γ* ‖ 7 quo *σ* ...m. X quod *ω* ‖ 11 m(o)eniis N O *Π* ‖ 12 potius *scripsi* post *ω* ...3 an] ac X hanc *Π* ‖ 14 concesserim *Heiberg* ‖ 20 meae deliciae *...dd. Plaut.* ‖ 21 illo] Achille *LMueller* ‖ 22 loco *Oiselius* stasimo *...aehrens* ‖ 23 ego *Non. om. ω* | *de metro dubitatur, bene sonant ...ochaei Ribbeckii* (*qui* ⟨Aeque⟩ amic.); ingénio | natús *etc. ...uecheler; anapaestos statuerunt et alii et Havet:* eo ego i. n. ...am. | atque in. in fronte gero | promptam ‖ 24 frontem] X *...Non.* fronte *ω*

[redacted]



Sed enim 'harenas' parum Latine dici quis, oro t alius aut scripsit aut dixit? Ac propterea peto, u si Gai Caesaris liber prae manibus est, promi iubea ut quam confidenter hoc indicat, aestimari a te possit

7 Tunc prolato libro de analogia primo verb

8 haec ex eo pauca memoriae mandavi. Nam cu supra dixisset neque 'caelum' neque 'triticum' nequ 'harenam' multitudinis significationem pati, num tu inquit harum rerum natura accidere arbitraris quod 'unam terram' et 'plures terras' et 'ur bem' et 'urbes' et 'imperium' et 'imperia' di camus, neque 'quadrigas' in unam nomini figuram redigere neque 'harenam' multitudini appellatione convertere possimus?

9 His deinde verbis lectis ibi Fronto ad illum po etam: 'videturne tibi' inquit 'C. Caesar de statu verb contra te satis aperte satisque constanter pronuntiasse?'

10 Tunc permotus auctoritate libri poeta: 'si a Caesare' inquit 'ius provocandi foret, ego nunc ab hoc Caesaris libro provocassem. Sed quoniam ipse rationem sententiae suae reddere supersedit, nos te nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes et in

11 'quadriga' dicenda et in 'harenis'.' Tum Fronto ita respondit: ''Quadrigae' semper, etsi multiiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur, quoniam quattuor simul equi iuncti 'quadrigae' quasi 'quadriiugae' vocantur, neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem.'

12 Eandemque rationem <'harenae'> habendam, sed in specie dispari; nam cum 'harena' singulari in numero dicta multitudinem tamen et copiam significet mini-

1 enim *om.* Q || 4 dicat γ iudicet *Eussner* edicat *Salmas.* ante *Heiberg* || 7 neque tr.] Q triticumue NOΠ triticum XZ || 10 adplures δ *unde* ac pl. *Hertz* || 13 in mult. appellationem γ || 14 possumus δ || 15 ibi *Salmas.* sibi ω || 21 nocte interrogamus Z || 23 harenis *Carrio* harena ω || 29 *suppl. Hertz* (σ) habet arena *Mdg* || 30 in] Q om. ω

[redacted]



…arum, ex quibus constat, partium, indocte et inscite
…arenae' dici videntur, tamquam id vocabulum in-
…geat numeri amplitudine, cum ei singulariter dicto
…genita sit naturalis sui multitudo. Sed haec ego'
…quit 'dixi, non ut huius sententiae legisque fundus
…bscriptorque fierem, sed ut ne Caesaris, viri docti,
…inionem ἀκαραμύθητον destituerem. Nam cum 13
…aelum' semper ἑνικῶς dicatur, 'mare' et 'terra' non
…mper, et 'pulvis', 'ventus' et 'fumus' non semper,
…r 'indutias' et 'caerimonias' scriptores veteres non-
…mquam singulari numero appellaverunt, 'ferias' et
…ndinas', et 'inferias' et 'exequias' numquam? cur
…el' et 'vinum' atque id genus cetera numerum mul-
…tudinis capiunt, 'lacte' non capiat? quaeri, inquam, 14
…a omnia et enucleari et extundi ab hominibus ne-
…tiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin
… quoque ipsis, quae iam dixi, demoratos vos esse
…deo alicui, opinor, negotio destinatos. Ite ergo nunc 15
…, quando forte erit otium, quaerite, an 'quadrigam'
… 'harenas' dixerit e cohorte illa dumtaxat antiquiore
…el oratorum aliquis vel poetarum, id est classicus
…siduusque aliquis scriptor, non proletarius.'

Haec quidem Fronto requirere nos iussit vocabula 16
…n ea re, opinor, quod scripta esse in ullis veterum
…bris existumaret, sed ut nobis studium lectitandi in
…uaerendis rarioribus verbis exerceret. Quod unum 17
…go rarissimum videbatur, invenimus quadrigam
…umero singulari dictam in libro saturarum M.

7 sqq. GLK I 32, 1 sqq.; 327, 34; 548, 4 IV 195, 26; 376, 27
195, 21; 348, 9; 427, 25; 506, 21 etc. CGL II 290, 54; 329, 16;
…3, 19; 477, 37    20 sqq. Macr. I 24, 8    22 Arnob. II 29

3 ei *del. Hertz, an* et? | dicto *Mdg.* dici *ω* || 7 cur *Orelli* ||
*lacunam ante* et p. *ind. Sk.* pulvis ⟨semper⟩, *Heiberg* | et
…ntus et *Π* | 11 appellauerint *γ*Z *Heiberg* || 14 capiant, l. n.
quaeri *Heiberg* | lac *γ* || 15 extudi *δ*N*Π*(O) excudi X executi
…rrio || 16 qui in *δ* || 17 demoratos] Q -atus *ω*, *unde possis* videor

[redacted]



Varronis, qui inscriptus est Ecdemeticus *(fr. 93 B.)*.
18 'Harenas' autem πληθυντικῶς dictas minore studio quaerimus, quia praeter C. Caesarem, quod equidem meminerim, nemo id doctorum hominum dedit.

## IX

⟨Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Graecos lepidissima responsio.⟩

1 Adulescens e terra Asia de equestri loco laetae indolis moribusque et fortuna bene ornatus et ad rem musicam facili ingenio ac lubenti cenam dabat amicis ac magistris sub urbe in rusculo celebrandae lucis
2 annuae, quam principem sibi vitae habuerat. Venerat tum nobiscum ad eandem cenam Antonius Iulianus rhetor, docendis publice iuvenibus magister, Hispano ore florentisque homo facundiae et rerum litterarum-
3 que veterum peritus. Is, ubi eduliis finis et poculis mox sermonibusque tempus fuit, desideravit exhiberi, quos habere eum adulescentem sciebat, scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce et qui psallerent.
4 Ac posteaquam introducti pueri puellaeque sunt, iucundum in modum Ἀνακρεόντεια pleraque et Sapphica et poetarum quoque recentium ἐλεγεῖα quaedam
5 erotica dulcia et venusta cecinerunt. Oblectati autem sumus praeter multa alia versiculis lepidissimis Anacreontis senis, quos equidem scripsi, ut interea labor hic vigiliarum et inquies suavitate paulisper vocum atque modulorum adquiesceret *(PLG III p. 298 Bk.[4])*:

6 τὸν ἄργυρον τορεύσας
Ἥφαιστέ μοι ποίησον

1 exdemeticus Z exdemiticus Q exdemetricus (-icis X) γ *corr. Vahlen* || 4 exmeminerim δ | decidit *Eussner* || 11 sub urbe *om.* γ tusculo N || 12 sui X suae *Π* || 14 spano OZ(X) || 21 ἀΝἀΚΡΕΟΝΤΙἀ *fere* ω || 22 elegeia *Π* de se itaque Q adese. Ita Z || 24 lepidissime Q || 25 et quidem (t ex c Q) NOQX²Z² et equidem Z¹ | 26 hic] ς huc ω

[redacted]



*πανοπλίας μὲν οὐχί,*
*τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;*
*ποτήριον δὲ κοῖλον,*
*ὅσον δύνῃ, βάθυνον.*
*καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ*
*μήτ' ἄστρα μήτ' ἁμάξας·*
*τί Πλειάδων μέλει μοι,*
*τί δ' ἀστέρος Βοώτεω;*
*ποίησον ἀμπέλους μοι*
*καὶ βότρυας κατ' αὐτῶν*
*καὶ χρυσέους πατοῦντας*
*ὁμοῦ καλῷ Λυαίῳ*
*Ἔρωτα καὶ Βάθυλλον.*

[ʻum Graeci plusculi, qui in eo convivio erant, 7
ines amoeni et nostras quoque litteras haut in-
›se docti, Iulianum rhetorem lacessere insectari-
adorti sunt tamquam prorsus barbarum et agre-
, qui ortus terra Hispania foret clamatorque
ım et facundia rabida iurgiosaque esset eiusque
ıae exercitationes doceret, quae nullas voluptates
ımque mulcedinem Veneris atque Musae haberet;
eque eum percontabantur, quid de Anacreonte
isque id genus poetis sentiret et ecquis nostrorum
arum tam fluentes carminum delicias fecisset,
Catullus' inquiunt 'forte pauca et Calvus iti-
pauca. Nam Laevius inplicata et Hortensius
nusta et Cinna inlepida et Memmius dura ac
ceps omnes rudia fecerunt atque absona.'
[ʻum ille pro lingua patria tamquam pro aris et 8

24 Ov. tr. II 349  29 cfr. Otto, Sprichw. p. 33

5 *μοι Bergk ex Anthol. Pal. XI 48* || 6 ΜΗΤΕ *ω* (= **N O *Π***) || 7 *fort. exciderunt μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα, cfr. Anthol. Pal.* || ΙΙΑΔΩΝ (-ΟΝ **O**) *ω* || 10 ΑΥΤΟΝ *ω* || 12 ΚΑΛΩC *ω* || 17 que
[ || 23 et haec quis ***Π*X** et quis *δ* || 24 delicias *om.* *δ* | fu-
t *Maehly*

focis animo inritato indignabundus: 'cedere equidem' inquit 'vobis debui, ut in tali asotia atque nequitia † arcinnum vinceretis et sicut in voluptatibus cultus atque victus, ita in cantilenarum quoque mollitiis anteiretis.
9 Sed ne nos, id est nomen Latinum, tamquam profecto vastos quosdam et insubidos ἀναφροδισίας condemnetis, permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socraten fecisse aiunt *(Plat. Phaedr. 13 p. 237 A)*, et audite ac discite nostros quoque antiquiores ante eos, quos nominastis, poetas amasios ac venerios fuisse.'

10 Tum resupinus capite convelato voce admodum quam suavi versus cecinit Valerii Aeditui, veteris poetae, item Porcii Licini et Q. Catuli, quibus mundius, venustius, limatius, tersius Graecum Latinumve nihil quicquam reperiri puto.

11 Aeditui versus *(fr. 1 B.)*:

dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt,
per pectus manat subito ⟨subido⟩ mihi sudor:
sic tacitus, subidus, dum pudeo, pereo.

---

13 sqq. Apul. apol. 9

---

2 debuit Z | in italia sotia (*ex* assotia X) OXZ ‖ 3 arcinum Z Alcinum *Hertz coll. Hor. ep. I 2, 28 sq.* carminum *Oiselius* Artemonem *Unger; tentaveram* Aristippum (*fort. illum* περὶ *παλαιᾶς τρυφῆς scriptorem*) *s.* Apicium *coll. Sen. ep. CXX 19* ‖ 4 mollitiis *Hertz* multis ω modulis *Oiselius* ‖ 6 vascos *Salmas.* ‖ 12 cum Z tamen Q[1] ‖ 13 quamquam δ ‖ 14 licinii ω ‖ 14 *et* 275, 19 catulli ω ‖ 15 tersius *Salmas.* persius Q pessius Z pressius γ ‖ 17 versus ⟨hice fuerunt⟩ *Baehrens* ‖ 18 coram t. P. curam *Schulze* ‖ 20 mi(c)hi ω | quaeram? σ | uerba] O[2]X membra ω | obeunt *Baehrens* ‖ 22 subido *add. Usener* stupido *CFWMueller* gelidus *Peiper* ‖ 23 sic] O[2]X si ω | stupidus *CFWMueller* rubidus *Peiper* | dum pudeo Usener duplideo ω duplo ideo σ dupliciter *Buettner*

Atque item alios versus eiusdem addidit, non hercle minus dulces quam priores *(fr. 2 B.)*: 12

quid faculam praefers, Phileros, quae nil opus nobis?
ibimus sic, lucet pectore flamma satis.
istam nam potis est vis saeva extinguere venti
aut imber caelo candidus praecipitans;
at contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
nullast quae possit vis alia opprimere.

Item dixit versus Porcii Licini hosce *(fr. 5 B.)*: 13

custodes ovium tenerae propaginis, agnum,
quaeritis ignem? ite huc; quaeritis? ignis homost.
si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
omne pecus flammast, omnia qua video.

Quinti Catuli versus illi fuerunt *(fr. 1 B.)*: 14

aufugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum
devenit. sic est: perfugium illud habet.

---

3 sqq. carm. epigr. ed. Buech. 934 13 sqq. Anthol. Pal. IX 15 20 sqq. Anthol. Pal. XII 73 = Callim. epigr. 42 Schn. 41 Wil. Fronto p. 4, 9 N.

---

1 addidi (abd. Z) ω *corr.* $Q^2$ || 3 Qui δ | qua γ | ni(c)hil est opus ω *corr.* σ || 4 nobis] δ *om.* γ || 5 pectoris *Baehrens* || 6 nam *Turnebus* non ω *quo servato* praecipitans? *JGr.* nunc *s.* mox *Baehrens* || 8 concitus *Baehrens* || 9 Ad ω | si *om.* γ || 12 licinii (luc. Q) ω | hosce quotiens N || 13 teneraeque *Victorius* uendere ω uernae(que) *Hertz et Unger* mandrae *Haupt* mandraeque *Amatucci* Venerisque *Ussani* || 14 item (tem δ) δNOX | huc qu(a)eritis ite (si te X) huc qu(a)eritis ignis δΠX ignis om. N huc! huc agite! *Buettner* agnum quaeritis? agnum? ite hinc o procul! *ignis hic est Ussani* || 18 quae ς || 20 Offugit ΠX | mi(c)hi ω

[redacted]



quid, si non interdixem, ne illunc fugitivum
mitteret ad se intro, sed magis eiceret?
ibimus quaesitum. verum, ne ipsi teneamur,
formido. quid ago? da, Venus, consilium.

## X

⟨Verba haec 'praeter propter' in usu volgi protrita etiam Ennii fuisse.⟩

1 Memini me quondam et Celsinum Iulium Numidam ad Frontonem Cornelium pedes tunc graviter aegrum ire et visere. Atque ubi introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio Graeciensi circumundique sedentibus multis doctrina aut
2 genere aut fortuna nobilibus viris. Adsistebant fabri aedium complures balneis novis moliendis adhibiti ostendebantque depictas in membranulis varias species
3 balnearum. Ex quibus cum elegisset unam formam speciemque veris, interrogavit, quantus esset pecuniae sumptus ad id totum opus absolvendum, cumque
4 architectus dixisset necessaria videri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis: 'et praeter propter' inquit 'alia quinquaginta'.
5 Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumptu instituerat, aspiciens ad eum amicum qui dixerat quinquaginta esse alia praeterpropter ⟨necessaria, eum interrogavit, quid significaret verbum
6 'praeterpropter'⟩. Atque ille amicus: 'non meum' inquit 'hoc verbum est, sed multorum hominum, quos

1 Qui δX[1] | Quid? quasi *Korsch* | nunc *Piazza* | interdixis sem δ | illinc O ‖ 3 uerbum ω | ne *om.* δ | ipsititen. ω ‖ 6 pro dita *codd.* ‖ 8 iulianum idam δ iulianum numidam O ΠX 10 ubi *Salmas.* ibi δ ibi qui γ ibi ubi *Hertz* ‖ 11 scinpodi (-odio N) ω ‖ 16 que] qui X ‖ 17 ueneris X operis *Lipsius* eru *Vogel; an latet θερμαῖς?* ‖ 18 sumptus] Q espectus Z conspec tus γ *unde possis* conputus ‖ 22 Tum — 24 quinquaginta om δO[1] ‖ 23 sumptis X | instituerat σ ‖ 24—26 suppl. Sk., *cui fa -cesserunt* Hertz al.

[redacted]



oquentis id audias; quid autem id verbum significet, 7
non ex me, sed ex grammatico quaerundum est', ac
simul digito demonstrat grammaticum haud incelebri
nomine Romae docentem ⟨unaque ibi⟩ sedentem. Tum
grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate
motus: 'quaerimus,' inquit 'quod honore quaestionis 8
minime dignum est. Nam nescio quid hoc praenimis 9
plebeium est et in opificum sermonibus quam * notius.'

At enim Fronto iam voce atque vultu intentiore: 10
'itane,' inquit 'magister, dehonestum tibi deculpatum-
que hoc verbum videtur, quo et M. Cato *(fr. inc. 53 J.)*
et M. Varro *(p. 340 Bip.)* et pleraque aetas superior
ut necessario et Latino usi sunt?' Atque ibi Iulius 11
Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae
Iphigenia inscripta est, id ipsum, de quo quaereba-
tur, scriptum esse et a grammaticis contaminari magis
solitum quam enarrari. Quocirca statim proferri Iphi- 12
geniam Q. Enni iubet. In eius tragoediae choro
inscriptos esse hos versus legimus *(v. 183 $R.^3$)*:

ótio qui néscit uti,
plús negoti habét, quam cum est negótium in negótio.
nám cui, quod agat, ínstitutum est, níl nisi negótium
íd agit, ⟨id⟩ studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum;
ótioso in ótio animus néscit, quid velit.

---

4 u. ibi *addidi* ⟨tum forte una ibidem⟩ sed. *Vahlen coll. I 2, 3 XV 9, 3 XIX 9, 2* sedentem *del. Hertz* || 8 quam ⟨in hominum doctorum⟩ *Carrio; cfr. XVI 9, 1* quam ⟨quidquam⟩ *Rebling* | motius $X^1Z$ || 14 quoque] Q. ς || 19 scriptos *Ribbeck* || 20 otio — habet | quam — negotio *dist. Vahlen* | utier *Sk.* || 21 negotii ω || 23 nil nisi *Hertz* in illis δ in illo γ initiis *Buecheler* || 24 negotio *ΠX unde* non ullo *Hermann* || 25 id *alt. add. Ribb.* agitat *Bothe* || 27 initio (*ex* uin. X) ω corr. Lipsius \ animus ⟨*hominis*⟩ *Hermann* ⟨quid agat,⟩ quid velit Dziatzko q. ⟨*quaerat,*⟩ *velit LMueller*

hóc idem est; em néque domi nunc nós nec militiaé sumus:
ímus huc, hinc íllue; cum illuc véntum est, ire illínc lubet.
íncerte errat ánimus, praeterprópter vitam vívitur.

13 Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem: 'audistine,' inquit 'magister optime, Ennium tuum dixisse praeterpropter et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur, dicas, quoniam de Enniano iam verbo quaeritur, qui sit remotus huiusce versus sensus:

íncerte errat ánimus, praeterprópter vitam vívitur.

14 Et grammaticus sudans multum ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exurgit et abiens: 'tibi,' inquit 'Fronto, postea uni dicam, ne inscitiores audiant ac discant.' Atque ita omnes relicta ibi quaestione verbi consurreximus.

## XI

<Ponit versus Platonis amatorios, quos admodum iuvenis lusit, dum tragoediis contendit.>

1 Celebrantur duo isti Graeci versiculi multorumque doctorum hominum memoria dignantur, quod sint
2 lepidissimi et venustissimae brevitatis. Neque adeo pauci sunt veteres scriptores, qui quidem eos Plato-

24 sqq. Macr. II 2, 15 sqq.

1 hic *LMueller* | em] enim ς | nec σ de ω ‖ 3 hunc δ hinc . illinc Z illuc . hinc Q ‖ 4 ire illuc Q | iubet ω *corr. Beroald.* ‖ 5 vita *Salmas., Hamp, Archiv f. Lex. V 331* ‖ 7 ibi δ ‖ 12 qui *s.* quis (σ) *Hertz* quid ω ‖ 13 remotus *scripsi* motus ω tot(i)us *Vogel* ignotus *Hertz* ‖ 18 inscitores δX ‖ 19 ac] aut ni Q ‖ 27 qui *Lion* quidem Q quid Z qui γ

philosophi adfirmant, quibus ille adulescens um tragoediis quoque eodem tempore faciendis ret *(fr. 1 Be.)*:

*υχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·*
*ϑε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.*

ιτιχον amicus meus, *οὐκ ἄμουσος* adulescens, 8
ıs versiculos licentius liberiusque vertit. Qui ι mihi quidem visi sunt non esse memoratu subdidi *(p. 375 B.)*:

Dum semihiulco savio 4
meum puellum savior
dulcemque florem spiritus
duco ex aperto tramite,
† anima aegra et saucia
cucurrit ad labeas mihi,
rictumque in oris pervium
et labra pueri mollia,
rimata itineri transitus,
ut transiliret, nititur.
tum si morae quid plusculae
fuisset in coetu osculi,
Amoris igni percita
transisset et me linqueret,
et mira prorsum res foret,
ut fierem ad me mortuus,
ad puerum ⟨ut⟩ intus viverem.

---

ınn. Med. v. 213 R.[3]

---

dem aetate *Macr.* || 4 ἀΓἀΘωN *sic fere* ω | *ἐπὶ χ.*] *Macr.* N (EN. Z) ω || 10 dem ipse (dempse Z) michi uicos auio *δ* γ || 11 meo *δ Π* | suauior ω || 14 an. ⟨mea⟩ *Hertz* (*praeliceret* an. ⟨male⟩; *cfr. Hor. s. I 4, 66 Ov. her. XII 57*) ıs⟩ *Scriverius* an. aegra ⟨amore⟩ *Camerarius* || 15 cur- || 16 luctumque *δ* || 17 *sq.* molli armata *δ* || 19 transire *cr.* || 24 foret *σ* fieret X[2] *Macr.* moueret ω || 25 ad (a X[1]) n ω *Macr. transp. LMueller* ipse f. *Baehrens* intus ad *Buecheler* || 26 ut *add. Scaliger* puerulum *Buecheler* at intus *tentavi, cfr. Munro ad Lucr. IV 1091*

[redacted]



# XII

⟨Dissertatio Herodis Attici super vi et natura doloris suaeque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici, qui cum rubis fructiferas arbores praecidit.⟩

1 Herodem Atticum, consularem virum, Athenis disserentem audivi Graeca oratione, in qua fere omnes memoriae nostrae universos gravitate atque copia et
2 elegantia vocum longe praestitit. Disseruit autem contra ἀπάθειαν Stoicorum lacessitus a quodam Stoico, tamquam minus sapienter et parum viriliter dolorem
3 ferret ex morte pueri, quem amaverat. In ea dissertione, quantulum memini, huiuscemodi sensus est: quod nullus usquam homo, qui secundum naturam sentiret et saperet, adfectionibus istis animi, quas πάθη appellabat, aegritudinis, cupiditatis, timoris, irae, voluptatis, carere et vacare totis posset † rhetor non dolere, atque, si posset etiam obniti, ut totis careret, non fore id melius, quoniam langueret animus et torperet adfectionum quarundam adminiculis ut necessaria
4 plurium temperie privatus. Dicebat enim sensus istos motusque animi, qui cum inmoderatiores sunt, vitia fiunt, innexos inplicatosque esse vigoribus quibusdam
5 mentium et alacritatibus, ac propterea, si omnino omnis eos inperitius convellamus, periculum esse, ne eis adhaerentes bonas quoque et utiles animi indoles
6 amittamus. Moderandos esse igitur et scite considerateque purgandos censebat, ut ea tantum, quae aliena sunt contraque naturam videntur et cum pernicie ad-

6 homines *Gr.* || 7 uniuersas Z[1] *del. HJMueller* || 11 amauerit ω *corr.* σ (X?) || 16 totius ω *corr.* σ totus *Carrio* | posset (p. et X) r(h)et(h)or non dolere (dolore δOX) ω p. et omnino (et re vera *propius abesset;* et ῥητῶς *v. d. vd. Hertz*) n. d. σ rh. n. d. *del. Carrio* || 17 si] non Q[1] | ut iam obn. ω || 18 fore *HJMueller* ex re ω | quoniam] inde Z || 19 et *Mdg.* | necessario plurum peri et (periret Π) ω corr. Mdg. plurimum imperio σ || 20 enim σ eam ω || 24 ne eis σ nec his X necis ω || 28 uiderentur OZ

ı sunt, detrahantur, ne profecto id accidat, quod
ım Thraco insipienti et rudi in agro, quem emerat,
ırando venisse usu fabulast.
Homo Thracus' inquit 'ex ultima barbaria ruris 7
ndi insolens, cum in terras cultiores humanioris
e cupidine conmigrasset, fundum mercatus est oleo
ıe vino consitum. Qui ⟨cum⟩ nihil admodum super
aut arbore colenda sciret, videt forte vicinum
os alte atque late obortas excidentem, fraxinos ad
ımum prope verticem deputantem, suboles vitium e
cibus caudicum super terram fusas revellentem,
ones in pomis aut in oleis proceros atque derectos
ıutantem, acceditque prope et cur tantam ligni at-
frondium caedem faceret, percontatus est. Et 8
nus ita respondit: 'Vt ager' inquit 'mundus purus-
fiat, eius arbor atque vitis fecundior.' Discedit 9
a vicino gratias agens et laetus tamquam adeptus
rusticae disciplinam. Tum falcem ibi ac securim
it; atque ibi homo misere inperitus vites suas sibi
ıis et oleas detruncat comasque arborum laetissimas
rrimosque vitium palmites decidit et frutecta atque
ulta simul omnia pomis frugibusque gignendis
ia cum sentibus et rubis purificandi agri gratia
vellit mala mercede doctus audaciam fiduciamque
andi imitatione falsa eruditus. Sic' inquit 'isti 10
thiae sectatores, qui videri se esse tranquillos et
epidos et inmobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil
ınt, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus vehe-
ıtioris animi officiis amputatis in torpore ignavae
ıuasi enervatae vitae consenescunt.'

---

2 inspicienti Q¹Z | agroque memorat *δ* || 3 usus *ω corr. σ* |
dis *δ*NO¹*Π* || 5 cultioris *ω praeter* Q || 7 constitutum *ω corr. σ*
*m. XXIV 3, 12 al.* | *suppl. Sk.* || 12 decertos *ω corr. Hertz* (ς) ||
iusque X et ut *Mdg.* || 19 miser *ω correxi cfr. XIII 31, 1*
te gloriosus *II 21, 2 IX 11, 6 XX 1, 13* || 20 letissimas X
issimas *ω* || 29 animi *om. δ* | corpore *ω corr. Lipsius*

## XIII

⟨Quos 'pumiliones' dicimus, Graece *νάνους* appellari.⟩

1 Stabant forte una in vestibulo Palatii fabulantes
Fronto Cornelius et Festus Postumius et Apol-
linaris Sulpicius, atque ego ibi adsistens cum qui-
busdam aliis sermones eorum, quos de litterarum
2 disciplinis habebant, curiosius captabam. Tum Fronto
Apollinari: 'fac me,' inquit 'oro, magister, ut sim
certus, an recte supersederim 'nanos' dicere parva
nimis statura homines maluerimque eos 'pumiliones'
appellare, quoniam hoc scriptum esse in libris veterum
memineram, 'nanos' autem sordidum esse verbum et
3 barbarum credebam.' 'Est quidem' inquit 'hoc' Apol-
linaris 'in consuetudine inperiti vulgi frequens, sed
barbarum non est censeturque linguae Graecae origine;
*νάνους* enim Graece vocaverunt brevi atque humili
corpore homines paulum supra terram extantes idque
ita dixerunt adhibita quadam ratione etymologiae cum
sententia vocabuli competente et, si memoria' inquit
'mihi non labat, scriptum hoc est in comoedia Ari-
stophanis, cui nomen est *Ὀλκάδες (fr. 427 K.)*. Fuisset
autem verbum hoc a te civitate donatum aut in Latinam
coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores, essetque
que id inpendio probabilius, quam quae a Laberio
ignobilia nimis et sordentia in usum linguae Latinae
intromissa sunt.'
4 Tum Festus Postumius grammatico cuipiam La-
tino, Frontonis familiari: 'docuit' inquit 'nos Apol-
linaris 'nanos' verbum Graecum esse, tu nos doce,
in quo de mulis aut eculeis humilioribus vulgo dicitur,

9 XVI 7, 10

14 uulgi is Q uulgus Z ‖ 16 Graeci σ ‖ 19 cum sentiae Z consencie Q ‖ 21 'Ολκάδες Hertz ΔΚΔΛΕC sic fere ω Δαιταλῆς *Ascherson* Κωκαλός Salmas. ‖ 24 id] ad γ ‖ 30 in quo] quoniam Sk.

[redacted]



anne Latinum sit et aput quem scriptum reperiatur.' Atque ille grammaticus, homo sane perquam in noscendis veteribus scriptis exercitus: 'si piaculum' inquit 'non committitur praesente Apollinare, quid de voce ulla Graeca Latinave sentiam, dicere, audeo tibi, Feste, quaerenti respondere esse hoc verbum Latinum scriptumque inveniri in poematis Helvi Cinnae, non ignobilis neque indocti poetae', versusque eius ipsos dixit, quos, quoniam memoriae mihi forte aderant, adscripsi *(fr. 1 B.)*:

at nunc me Genumana per salicta
bigis raeda rapit citata nanis.

## XIV

⟨Contemporaneos fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium, aetatis suae doctissimos Romanos; et quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque in volgus non exeunt.⟩

Aetas M. Ciceronis et C. Caesaris praestanti 1
facundia paucos habuit, doctrinarum autem multiformium variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina habuit M. Varronem et P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac 2
disciplinarum, quae per litteras condidit, in propatulo frequentique usu feruntur, Nigidianae autem com- 3
mentationes non proinde in volgus exeunt, et obscuritas subtilitasque earum tamquam parum utilis derelicta est. Sicuti sunt, quae paulo ante legimus in com- 4
mentariis eius, quos grammaticos inscripsit, ex quibus quaedam ad demonstrandum scripturae genus exempli gratia sumpsi.

21 Amm. XXX 8, 13

5 latiue (-ne Q) δ ‖ 7 heluiciinae γ heluicii δ ‖ 11 Cenumana *JGr.* ‖ *12 citana δ* ‖ 19 uiros paucos γ haud paucos Gr. ‖ *21 duo lumina X²* ‖ 27 ante diximus Q¹ ‖ 28 ex Ald. et ω

5 Nam cum de natura atque ordine litterarum dissereret, quas grammatici 'vocales' appellant, verba haec scripsit, quae reliquimus inenarrata ad exercendam
6 legentium intentionem *(fr. 53 Sw.)*: a et o semper principes sunt, i et u semper subditae, e et subit et praeit; ⟨praeit⟩ in 'Euripo', subit in 'Aemilio'. Si quis putat praeire u in his verbis: 'Valerius', 'Vennonius', 'Volusius', aut i in his: 'iampridem', 'iecur', 'iocus', 'iucundum', errabit, quod hae litterae, cum praeeunt, ne vocales
7 quidem sunt. Item ex eodem libro verba haec sunt *(fr. 54 Sw.)*: Inter litteram n et g est alia vis, ut in nomine 'anguis' et 'angari' et 'ancorae' et 'increpat' et 'incurrit' et 'ingenuus'. In omnibus his non verum n, sed adulterinum ponitur. Nam n non esse lingua indicio est; nam si ea littera esset, lingua palatum tange-
8 ret. Alio deinde in loco ita scriptum *(fr. 55 Sw.)*: Graecos non tantae inscitiae arcesso, qui ου ex o et υ scripserunt, ⟨quantae,⟩ qui ei ex e et i: illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re subacti.

8 sqq. GLK I 8, 1; 422, 14; 425, 32 II 14, 1 IV 49, 14; 220, 36; 367, 12; 421, 21; 476, 1; 520, 31 etc. 12 sqq. GLK VI 16, 11; 19, 11

4 aeto X[1] a e i o u δ ‖ 5 i. e. i. u (i. ui Z) δ | est et δ | 6 subdit ω *corr.* σ | praeit *hic add. Hertz* | eumpo subit en *fere* ω ‖ 7 uerbis *om.* δ ‖ 9 iocum ω ‖ 12 *et* 15 n *om.* δ ‖ 13 anc.] angore δ ‖ 15 omnibus enim his γ ‖ 16 indictio ΠΟΧ iuditio Σ ‖ 19 notat(a)e δ ‖ 20 o et υ] o. ei. (oei Z) δ | quantae *add.* ς ⟨q. nostri fuerunt⟩ *Hertz* | ei] i *Hertz* | e et ei Q

[redacted]

A. GELLII

# NOCTIVM ATTICARVM LIBER VICESIMVS

## I

**Disputatio Sex. Caecilii iureconsulti et Favorini philosophi de legibus duodecim tabularum.**

Sextus Caecilius in disciplina iuris atque in 1
legibus populi Romani noscendis interpretandisque
scientia, usu auctoritateque inlustris fuit. Ad eum 2
forte in area Palatina, cum salutationem Caesaris op-
periremur, philosophus Favorinus accessit conlocutus-
que est nobis multisque aliis praesentibus. In illis 3
tunc eorum sermonibus orta mentiost legum decem-
viralium, quas decemviri eius rei gratia a populo
creati conposuerunt, in duodecim tabulas conscripserunt.
Eas leges cum Sex. Caecilius inquisitis explora- 4
tisque multarum urbium legibus eleganti atque ab-
soluta brevitate verborum scriptas diceret, 'sit' inquit
'hoc' Favorinus 'in pleraque earum legum parte ita,
uti dicis; non enim minus cupide tabulas istas duo-
decim legi quam illos duodecim libros Platonis
de legibus. Sed quaedam istic esse animadvertuntur
aut obscurissima ⟨aut durissima⟩ aut lenia contra

2 Disceptatio *γ* || 4 in *alt. om. γ* || 6 usu] ς usus *ω* | inlustris] Q inlustri *ω* || 10 decemv. *del. Osann* || 12 et in Q² inque σ || 15 sit *Beroald. sed ω* || 18 illos decem *ω corr.* Falster || 20 aut dur. *add. JGr.* | *lenia Q*

[redacted]



nimis et remissa aut nequaquam ita, ut scriptum est,
consistentia.'
5 'Obscuritates' inquit Sex. Caecilius 'non adsignemus culpae scribentium, sed inscitiae non adsequentium, quamquam hi quoque ipsi, qui, quae scripta
6 sunt, minus percipiunt, culpa vacant. Nam longa aetas verba atque mores veteres oblitteravit, quibus verbis moribusque sententia legum conprehensa est. Trecentesimo quoque anno post Romam conditam tabulae conpositae scriptaeque sunt, a quo tempore ad hunc diem anni esse non longe minus sesceni
7 videntur. Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? nisi duram esse legem *(IX 3)* putas, quae iudicem arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est, capite poenitur aut *(VIII 14)* quae furem manifestum ei, cui furtum factum est, in servitutem tradit, *(VIII 12)*
8 nocturnum autem furem ius occidendi tribuit. Dic enim, quaeso, dic, vir sapientiae studiosissime, an aut iudicis illius perfidiam contra omnia iura divina atque humana iusiurandum suum pecunia vendentis aut furis manifesti intolerandam audaciam aut nocturni grassatoris insidiosam violentiam non dignam esse capitis poenae existumes?'
9 'Noli' inquit Favorinus 'ex me quaerere, quid ego existumem. Scis enim solitum esse me pro disciplina sectae, quam colo, inquirere potius quam de-
10 cernere. Sed non levis existimator neque aspernabilis est populus Romanus, cui delicta quidem istaec vindi-

16 sqq. XI 18, 6 sqq.

2 consistentibus *δ* || 4 inscientiae OX || 9 nanque *σ* quinto quippe *Boot* || 10 conscriptaeque *Π* || 11 sexcenti *Gr.* septingenti *ω* || 15 ducendam *Karlowa* iudicandam *Scioppius sicque Cicero saepe Quint. V* 10, 87 Tac. a. IV 31 || 18 ius occidenti X iure incidenti *δ* || 20 iura om. *δ* || 21 sua *δ* || 22 tolerandam Q || 24 pena *Π* || 29 ista Q | uindicanti X

[redacted]



ı, poenae tamen huiuscemodi nimis durae esse sunt; passus enim est leges istas de tam inmodico licio situ atque senio emori. Sicut illud quoque 11
maniter scriptum improbitavit, quod, si homo in rocatus morbo aut aetate aeger ad ingrediendum idus est, arcera non sternitur, sed ipse aufertur mento imponitur atque ex domo sua ad praetorem omitium nova funeris facie effertur. Quam enim ausam morbo adfectus et ad respondendum pro non idoneus iumento adhaerens in ius adversario rtatur? Quod vero dixi videri quaedam esse in- 12
io molliora, nonne tibi quoque videtur nimis esse um, quod ita de iniuria poenienda scriptum est *(I 4)*: Si iniuriam alteri faxsit, viginti quin- aeris poenae sunto. Quis enim erit tam inops, n ab iniuriae faciendae libidine viginti quinque deterreant? Itaque cum eam legem Labeo quo- 13
vester in libris, quos ad duodecim tabulas scripsit *(fr. 25 H. 3 Br.)*, non probaret: '***' in- 'L. Veratius fuit egregie homo inprobus atque ıni vecordia. Is pro delectamento habebat os ho- s liberi manus suae palma verberare. Eum servus ebatur ferens crumenam plenam assium; ut quem- depalmaverat, numerari statim secundum duodecim las quinque et viginti asses iubebat. Propterea' it *(FIR p. 204)* 'praetores postea hanc abolescere elinqui censuerunt iniuriisque aestumandis recupe- res se daturos edixerunt. Nonnulla autem in istis 14

---

l4 Ad singulas leges vd. Bruns

---

l non humaniter NOXZ | improbauit γ || 5 morbo adfec- | egrediendum Z¹ || 8 affertur Q || 13 dissolutum *Vassis* || iuria ω || 15 aeris *del. Pithoeus* | poinas *M. Bréal, mémoire fac. de ling. de Paris V 229, cfr. Fest. 371, 5* | erat δ || abeo q. *Huschke* cum labeo q. δNO cum (tum Π) quoque ΠX M. Labeo q. *Weichert* || 19 Quidam *add. Carrio, alii* 23 ferens *om.* γ | et quemcunque γ

legibus ne consistere quidem, sicuti dixi, visa sunt,
velut illa lex talionis, cuius verba, nisi memoria me
fallit, haec sunt *(VIII 2)*: si membrum rupit, ni
15 cum e pacto, talio esto. Praeter enim ulciscendi
acerbitatem ne procedere quoque executio iustae
talionis potest. Nam cui membrum ab alio ruptum
est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quaero,
an efficere possit rumpendi pariter membri aequilibrium?
In qua re primum ea difficultas est inexpli-
16 cabilis. Quid si membrum' inquit 'alteri inprudens
ruperit? quod enim inprudentia factum est, retaliari
per inprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus et
consultus non cadunt sub eiusdem talionis similitudinem.
Quonam igitur modo inprudentem poterit imi-
tari, qui in exequenda talione non licentiae ius habet,
17 sed inprudentiae? Sed et si prudens ruperit, nequaquam
patietur aut altius se laedi aut latius. Quod
cuiusmodi libra atque mensura caveri possit, non re-
18 perio. Quin etiam, si quid plus erit aliterve conmis-
sum, res fiet ridiculae atrocitatis, ut contraria actio
mutuae talionis oriatur et adolescat infinita quaedam
19 reciprocatio talionum. Nam de inmanitate illa secandi
partiendique humani corporis, si unus ob pecuniam
debitam iudicatus addictusque sit pluribus, non libet
meminisse et piget dicere. Quid enim videri potest
efferatius, quid ab hominis ingenio diversius, quam
quod membra et artus inopis debitoris acerbissimo
laniatu distrahebantur, sicuti nunc bona venum distrahuntur?'
20 Tum Sex. Caecilius amplexus utraque manu

1 ne] *vd. § 33* nec ω ‖ 2 memorie Z | me *om.* δ ‖ 3 rupsit *Turnebus* ‖ 4 eo pacit O[3] *Fest. p. 363, 5* ‖ 10 quid si] Q[2] qui si *ΠZ* quis in O quis ui Q qui sin N quis X | alter ω *corr. Carrio* ‖ 11 per inprudentiam γ ‖ 15 diligentiae *Mdg.* ‖ 17 quo Q qui Z | 20 aut δ ‖ 23 patiendique (pac. δX) ω *corr.* ς ‖ 24 adductusque δO ‖ 27 et artus om. Q | acerbissimo scripsi breuissimo ω saevissimo *Bynkershoek* ‖ 28 Sic N[2]OΠX

vorinum: 'tu es' inquit 'unus profecto in nostra ....oria non Graiae modo, sed Romanae quoque rei ...issimus. Quis enim philosophorum disciplinae ... leges tam scite atque docte callet, quam leges tu ...as decemvirales percalluisti? sed quaeso tecum ...m, degrediare paulisper curriculis istis disputatio... vestrarum academicis omissoque studio, quicquid ...tum est, arguendi tuendique, consideres gravius, ...odi sint ea, quae reprehendisti, nec ideo contem... legum istarum antiquitates, quod plerisque ipse ... populus Romanus uti desiverit. Non enim pro... ignoras legum oportunitates et medelas pro tem... ...m moribus et pro rerum publicarum generibus ...pro utilitatum praesentium rationibus proque viti..., quibus medendum est, fervoribus mutari atque ...i neque uno statu consistere, quin, ut facies caeli ... maris, ita rerum atque fortunae tempestatibus ...entur. Quid salubrius visum est rogatione illa ...lonis iugerum de numero praefinito? quid utilius ...biscito Voconio de coercendis mulierum heredita...? quid tam necessarium existimatum est propul...dae civium luxuriae quam lex Licinia et Fannia ...eque item leges sumptuariae? Omnia tamen haec ...litterata et operta sunt civitatis opulentia quasi ...ibusdam fluctibus exaestuantis. Sed cur tibi esse ... est inhumana lex omnium mea quidem sententia ...manissima, quae iumentum dari iubet aegro aut seni ... ius vocato? Verba sunt haec de lege si in ius vocat (*I 1; 3*): Si morbus aevitasve vitium escit, qui in ius vocabit, iumentum dato; si nolet,

5 Fronto p. 168, 13 N.

2 grece Q gratie Z | quoque *om.* N O *Π* || 5 tecum *del. Vogel* || tuendi N || 9 cuiusmodi N Q || 10 ipse *Hertz* ipsis ω ipsus *Boot* || ... Verba] uerba sunt hec legis. si in ius uocato. uerba *δ*; ...r. *Vahlen, Ztschr. f. öst. Gymn. XI (1860) 6* | lege: Si in ius ...cat, si *dist.* *σ*

[redacted]



26 arceram ne sternito. An tu forte morbum appel-
lari hic putas aegrotationem gravem cum febri rapida
et quercera iumentumque dici pecus aliquod unicum
tergo vehens? ac propterea minus fuisse humanum
existumas aegrotum domi suae cubantem iumento in-
27 positum in ius rapi? Hoc, mi Favorine, nequaquam
ita est. Nam morbus in lege ista non febriculosus
neque nimium gravis, sed vitium aliquod inbecillitatis
atque invalentiae demonstratur, non periculum vitae
ostenditur. Ceteroqui morbum vehementiorem vim
graviter nocendi habentem legum istarum scriptores
alio in loco non per se 'morbum', sed *(II 2)* morbum
28 sonticum appellant. Iumentum quoque non id solum
significat, quod nunc dicitur; sed vectabulum etiam,
quod a iunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri
29 'iumentum' a 'iungendo' dixerunt. Arcera autem
vocabatur plaustrum tectum undique et munitum
quasi arca quaedam magna vestimentis instrata, qua
30 nimis aegri aut senes portari cubantes solebant. Quae-
nam tibi igitur acerbitas esse visa est, quod in ius
vocato paupertino homini vel inopi, qui aut pedibus
forte aegris esset aut quo alio casu ingredi non quiret,
plaustrum esse dandum censuerunt? neque insterni
tamen delicate arceram iusserunt, quoniam satis esset
invalido cuimodi vectabulum. Atque id fecerunt, ne
causatio ista aegri corporis perpetuam vacationem
daret fidem detractantibus iurisque actiones declinan-
31 tibus. Sed enim ipsum vide. Iniurias factas quinque
et viginti assibus sanxerunt. Non omnino omnes, mi

5 Amm. XXI 9, 7 13 sqq. Varro l. l. V 31, 135 Non. I p. 54, 25 (= CGL V 650, 55) (Isid. XVI 18, 4) 16 sqq. Varro l. l. V 31, 140 Non. I p. 55, 3 Serv. pl. A. I 744 CGL VI 89

15 a iunctis σ iunctis δ adiunctis γ | pectoribus (temporibus pectoribus Q) ω | trahebantur δ | trahebatur; veteres enim σ | 17 plaustrum ⟨rusticum⟩ Hertz ex Nonio ‖ 25 cuicuimodi Carrio | uectaculum δ O Π ‖ 28 ipse Boot | vide quod σ

Favorine, iniurias aere isto pauco diluerunt, tametsi
haec ipsa paucitas assium grave pondus aeris fuit;
nam librariis assibus in ea tempestate populus usus
est. Sed iniurias atrociores, ut de osse fracto, non 32
liberis modo, verum etiam servis factas inpensiore
damno vindicaverunt *(VIII 3)*, quibusdam autem in- 33
iuriis talionem quoque adposuerunt. Quam quidem
tu talionem, vir optime, iniquius paulo insectatus es
ac ne consistere quidem dixisti lepida quadam sollertia
verborum, quoniam talioni par non sit talio neque
rumpi membrum facile possit ad alterius rupturae, ut ais
tu, 'aequilibrium'. Verum est, mi Favorine, talionem 34
parissimam fieri difficillime. Sed decemviri minuere
atque extinguere volentes huiuscemodi violentiam pul-
sandi atque laedendi talione, eo quoque metu coercen-
dos esse homines putaverunt neque eius, qui membrum
alteri rupisset et pacisci tamen de talione redimenda
nollet, tantam esse habendam rationem arbitrati sunt,
ut, an prudens inprudensne rupisset, spectandum pu-
tarent aut talionem in eo vel ad amussim aequipera-
rent vel in librili perpenderent; sed potius eundem
animum eundemque impetum in eadem parte corporis
rumpenda, non eundem quoque casum exigi voluerunt,
quoniam modus voluntatis praestari posset, casus ictus
non posset. Quod si ita est, ut dico et ut ipse aequi- 35
tatis habitus demonstrat, taliones illae tuae reciprocae
argutiores profecto quam veriores fuerunt. Sed quon- 36
iam acerbum quoque esse hoc genus poenae putas,
quae, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te,
quod tute in alio feceris? praesertim cum habeas

---

2 grauitandus (a)eres δ ‖ 3 eam tepestatem Q ‖ 7 imposuerunt *II* ‖ 11 ad σ id ω | rupturae] N rupt(a)e ω ‖ 12 est] et δ 13 rarissimum (-me δ) ω *corr. Oiselius* ‖ 15 talione *del. Iunt.* talioneo q. *Huschke* ‖ 19 an *del. Mdg.* | inprudensue ω *corr. CFWMueller* | expectandum δ ‖ 20 aut *om.* δ ‖ 23 rumpendi ω *corr. Vogel* ‖ 24 praestare ω *corr.* ς ‖ 25 et ut] ς ut et ω *30 alios Z* | habeas] feceris δ

[redacted]



facultatem paciscendi et non necesse sit pati talionem,
37 nisi eam tu elegeris. Quod edictum autem praetorum
de aestimandis iniuriis probabilius esse existimas, nolo
hoc ignores hanc quoque ipsam talionem ad aestima-
38 tionem iudicis redigi necessario solitam. Nam si reus,
qui depecisci noluerat, iudici talionem imperanti non
parebat, aestimata lite iudex hominem pecuniae dam-
nabat, atque ita, si reo et pactio gravis et acerba
talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniae multam
39 redibat. / Restat, ut ei, quod de sectione partitioneque
corporis inmanissimum esse tibi visum est, respondeam.
Omnibus quidem virtutum generibus exercendis colen-
disque populus Romanus e parva origine ad tantae
amplitudinis instar emicuit, sed omnium maxime atque
praecipue fidem coluit sanctamque habuit tam privatim
40 quam publice. Sic consules, clarissimos viros, hosti-
bus confirmandae fidei publicae causa dedidit, sic clien-
tem in fidem acceptum cariorem haberi quam propin-
quos tuendumque esse contra cognatos censuit, neque
peius ullum facinus existimatum est, quam si cui pro-
41 baretur clientem divisui habuisse. Hanc autem fidem
maiores nostri non modo in officiorum vicibus, sed in
negotiorum quoque contractibus sanxerunt maximeque
in pecuniae mutuaticae usu atque commercio: adimi
enim putaverunt subsidium hoc inopiae temporariae,
quo communis omnium vita indiget, si perfidia debi-
42 torum sine gravi poena eluderet. Confessi igitur aeris
ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendae
43 pecuniae causa, quam dissolverent, eosque dies decem-
viri 'iustos' appellaverunt, velut quoddam iustitium,

18 V 13, 2 Dionys. Hal. II 10, 4 Plut. Rom 13 Serv. A. VI 609 30 Paul. p. 103, 17 Suet. rel. p. 156 R. CGL V 214, 8

2 praetorium σ ‖ 3 existimas *Huschke* ex his (iis **NOX**) [illegible] his potest? σ ‖ 6 depisci Q ‖ 10 Restat — 294, 12 atque *om.* δ | 17 dedit γ *corr.* Daniel ‖ 20 si qui Carrio ‖ 27 confessis γ ‖ 28 debitis *Π***X**

[redacted]



id est iuris inter eos quasi interstitionem quandam et
cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure
posset. Post deinde, nisi dissolverant, ad praetorem 44
vocabantur et ab eo, quibus erant iudicati, addiceban-
tur, nervo quoque aut compedibus vinciebantur. Sic 45
enim sunt, opinor, verba legis *(III 1—4)*: **Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. Ni iudicatum facit aut quis endo eo in iure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo aut compedibus. Quindecim pondo ne minore aut si volet maiore vincito. Si volet, suo vivito. Ni suo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris endo dies dato. Si volet, plus
dato.** *(III 5)* Erat autem ius interea paciscendi ac, 46
nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta
Inter eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem 47
in comitium producebantur, quantaeque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. *(III 6)* Tertiis autem nundinis capite poenas dabant aut trans Tiberim peregre
venum ibant. Sed eam capitis poenam sanciendae, 48
sicuti dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset indicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis per-
miserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne exi- 49
stimes invidiam me istam forte formidare *(III 6)*: **Tertiis inquit nundinis partis secanto. Si plus
minusve secuerunt, se fraude esto.** Nihil pro- 50
fecto inmitius, nihil inmanius, nisi, ut re ipsa apparet, eo consilio tanta inmanitas poenae denuntiata est, ne

---

1 GLK I 32, 10 comm. et schol. Luc. II 18 V 32; 115 CGL V 214, 6 11 Liv. XXXII 26, 18

---

1 reos *Marcilius* ‖ 5 nervoque *Salmas.* ‖ 8 Pede inde X \ *10 uindictus X*[1] ‖ *11 Quind.]* CL *Voigt* | maiore aut s. v. minore *codex Cuiacii* ‖ *14 farris Scriverius* fer(r)i γ ‖ 24 adiudicatus Sk.

[redacted]



51 ad eam umquam perveniretur. Addici namque n
et vinciri multos videmus, quia vinculorum poe
52 deterrimi homines contemnunt, dissectum esse s
quitus neminem equidem neque legi neque aud
quoniam saevitia ista poenae contemni non quit
53 An putas, Favorine, si non illa etiam ex duode
tabulis (*VIII 23*) de testimoniis falsis poena ab
visset et si nunc quoque, ut antea, qui falsum te
monium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio de
retur, mentituros fuisse pro testimonio tam mult
quam videmus? Acerbitas plerumque ulciscendi ma
54 ficii bene atque caute vivendi disciplina est. Histo
de Metto Fufetio Albano nobis quoque non admodu
numero istiusmodi libros lectitantibus ignota non e
qui, quoniam pactum atque condictum cum rege pop
Romani perfide ruperat, binis quadrigis evinctus
diversa nitentibus laceratus est. Novum atque asper
supplicium quis negat? sed, quid elegantissimus po
dicat, vide (*Verg. A. VIII 643*):

at tu dictis, Albane, manere

55 Haec taliaque alia ubi Sextus Caecilius om
bus, qui aderant, ipso quoque Favorino adproban
atque laudante disseruit, nuntiatum est Caesarem in
salutari, et separati sumus.

## II

Vocabulum 'siticinum' in M. Catonis oratione quid signific

1 Siticines scriptum est in oratione M. Caton
quae scribitur ne imperium sit veteri, ubi nov
venerit (*LXIX J.*). Siticines inquit et liticin

---

12 sqq. Liv. I 27 Flor. I 1, (3,) 7 Oros. II 4 Varro apud N
IV p. 287, 21 Serv. A. VIII 643 etc. 27 sqq. Non. I p. 54,

---

4 neque prius del. σ ‖ 9 deiecerunt X ‖ 14 saepenume
*Knapp* | lectitabantibus δ ‖ 15 conductum Q ‖ 21 ibi δ

tubicines. Sed Caesellius Vindex in con- 2
tariis lectionum antiquarum scire quidem se
liticines lituo cantare et tubicines tuba; quid istuc
sit, quo siticines cantant, homo ingenuae
tis scire sese negat. Nos autem in Capitonis 3
i coniectaneis *(fr. 7 H. 9 Br.)* invenimus 'siticines'
llatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est
functos et sepultos, eosque habuisse proprium
tubae, qua canerent, a ceterorum tubicinum
rens.

III

ob causam L. Accius poeta in pragmaticis sicinnistas
ebuloso nomine' esse dixerit.

Quos 'sicinistas' vulgus dicit, qui rectius locuti 1
nt, 'sicinnistas' littera ⟨n⟩ gemina dixerunt. Sicin- 2
um enim genus veteris saltationis fuit. Saltabundi
tem canebant, quae nunc stantes canunt. Posuit 3
e verbum L. Accius poeta in pragmaticis *(fr.*
*c. 3 M. 27 B.)* appellarique sicinnistas ait nebuloso
mine; credo propterea nebuloso, quod, sicinnium
r diceretur, obscurum esset.

IV

tificum scaenicorum studium amoremque inhonestum probrosumque esse; et super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

Comoedos quispiam et tragoedos et tibicines dives 1
lulescens, Tauri philosophi discipulus, ⟨ut⟩ liberos

---

3 Varro l. l. V 16, 91 GLK I 28, 14; 38, 5; 87, 16; 541, 24 necd. H. 74, 28 CGL VI 650 VII 372 7 Cic. legg. II 22, 57

---

4 quo (sit. cantent) *Magius* quod ω ‖ 8 functos et fun(c)tos ; NOΠ f. et finitos ς funeratos vel vita functos et sepultos on. ‖ 12 gram(m)aticis *hic* ω | sicinistas (*saepius*) ω ‖ 14 Quod Z ‖ *15 n add. σ ‖ 19 agit* inebuloso δ ‖ 20 nebuloso nomine Q *esse* δ ‖ *27 ut add. Vogel*

homines in deliciis atque in delectamentis habebat.
2 Id genus autem artifices Graece appellantur οἱ περὶ
3 τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Eum adulescentem Taurus
a sodalitatibus convictuque hominum scaenicorum abducere volens misit ei verba haec ex Aristotelis libro exscripta, qui προβλήματα ἐγκύκλια inscriptus est, iussitque, uti ea cotidie lectitaret (*probl.* XXX 10; 
4 *fr. 209 VR.*): *Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πονηροί εἰσιν; ὅτι ἥκιστα λόγου καὶ φιλοσοφίας κοινωνοῦσι διὰ τὸ περὶ τὰς ἀναγκαίας τέχνας τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι, καὶ ὅτι ἐν ἀκρασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἰσίν, ὁτὲ δὲ ἐν ἀπορίαις· ἀμφότερα δὲ φαυλότητος παρασκευαστικά.*

## V

Exempla epistularum Alexandri regis et Aristotelis philosophi ita uti sunt edita; eaque in linguam Latinam versa.

1 Commentationum suarum artiumque, quas discipulis tradebat, Aristoteles philosophus, regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur. Alia erant, quae nominabat ἐξωτερικά, alia, quae appella-
2 bat ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes facultatemque argutiarum civili-
3 umque rerum notitiam conducebant, ἀκροατικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur quaeque ad naturae contemplationes discep-
4 tationesve dialecticas pertinebant. Huic disciplinae, quam dixi, ἀκροατικῇ tempus exercendae dabat in

20 sq. Cic. fin. V 5, 12 ad Att. IV 16, 2 schol. Aristot. apud FLittig, Andronikos p. 45; 51; 55

3 TEXNEITAI ω ‖ 4 que *om.* Z ‖ 9 ἢ ὅτι *Arist.* | καὶ *om. Arist.* | σοφίας *Arist.* ‖ 7 ut δ ‖ 10 TEXNACAYTωNTO Π ‖ 11 τὸ πολὺ τοῦ βίου εἰσίν, τὰ δὲ καὶ ἐν ἀπ. *Arist.* ‖ 13 ΠEPICKEYACTIKA ω ‖ 16 greca ita Z ‖ 17 discipulus δ ‖ 22 que *om.* γ ‖ ..iumque X ‖ 27 acroatticae Π AKPOATIKA ω

Lycio matutinum nec ad eam quemquam temere ad-
mittebat, nisi quorum ante ingenium et eruditionis
elementa atque in discendo studium laboremque ex-
plorasset. Illas vero exotericas auditiones exercitium- 5
que dicendi eodem in loco vesperi faciebat easque
vulgo iuvenibus sine dilectu praebebat, atque eum
δειλινὸν περίπατον appellabat, illum alterum supra
ἑωθινόν; utroque enim tempore ambulans disserebat.
Libros quoque suos, earum omnium rerum conmen- 6
tarios, seorsum divisit, ut alii exoterici dicerentur,
partim acroatici.

Eos libros generis acroatici cum in vulgus ab 7
eo editos rex Alexander cognovisset atque ea tempe-
state armis exercitum omnem prope Asiam teneret
regemque ipsum Darium proeliis et victoriis urgeret, in
illis tamen tantis negotiis litteras ad Aristotelem
misit non eum recte fecisse, quod disciplinas acroaticas,
quibus ab eo ipse eruditus foret, libris foras editis in-
volgasset: 'Nam qua' inquit 'alia re praestare ceteris 8
poterimus, si ea, quae ex te accepimus, omnium pro-
sus fient communia? quippe ego doctrina anteire malim
quam copiis atque opulentiis.'

Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: 9
'Acroaticos libros, quos editos quereris et non proinde
ut arcana absconditos, neque editos scito esse neque
non editos, quoniam his solis cognobiles erunt ⟨, qui
nos audiverunt⟩.'

Exempla utrarumque litterarum sumpta ex An- 10
dronici philosophi libro subdidi *(fr. 662 VR.)*. An

---

12 sqq. Plut. Alex. 7 Zonar. IV 8

---

1 mittebat **O** *Π* **XZ** || 5 discendi *Π* || 6 delectu **NX** consolatu (*del. m. 2*) delictu **Q** || 9 librosque suos *γ* || 11 partim] alii *Π* || 12 eos l. g. agroatici] **Z** *om.* *ω* || 14 exercitu(que) *σ* exercitam *Carrio (Plaut. Epid. 529 confert Sk.)* *del.* Eussner || 20 ex] a **Π** || 26 *qui n. a. add. Hertz* (*σ*) || 29 An] en Rose Amavi *σ*

autem prosus in utriusque epistula brevitatis elegantissimae filum tenuissimum ***

11 *Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν.*

*Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροατικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ δὴ διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις ἢ ταῖς δυνάμεσιν διαφέρειν. Ἔρρωσο.*

12 *Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.*

*Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσιν μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. Ἔρρωσο, Ἀλέξανδρε βασιλεῦ.*

13 Hoc ego verbum *ξυνετοὶ γάρ εἰσιν* quaerens uno itidem verbo dicere aliud non repperi, quam quod est scriptum a M. Catone in sexta origine *(fr. 105 P.)*: Itaque ego inquit cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

## VI

Quaesitum atque tractatum, utrum siet rectius dicere 'habeo curam ⟨vestri', an⟩ 'vestrum'.

1 Percontabar Apollinarem Sulpicium, cum eum Romae adulescentulus sectarer, qua ratione diceretur 'habeo curam vestri' aut 'misereor vestri' et iste casus 'vestri' eo in loco quem videretur habere casum rectum.

---

24 sqq. Serv. A. II 595

---

2 ten. ⟨assecutus sim, nescio⟩ *Hertz* || 4 (11) *ἀκροαματικοὺς Plut.* || 8 ΕΜΠΙΡΙΑC *ω* || 15 ΕΡΡΩCO Ā. B̄. *ω* || 17 uersu Q | 18 quinto origin̄ *Π* || 22 sit *Π* || 23 vestri an *om.* *ω* (*praeter Z?*) uestram Q || 24 Percuntabam Z || 26 habere casum habeo curam *δ*

Is hic mihi ita respondit: 'Quaeris' inquit 'ex me, 2
quod mihi quoque est iamdiu in perpetua quaestione.
Videtur enim non 'vestri' oportere dici, sed 'vestrum',
sicuti Graeci locuntur: *ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν*, *κήδομαι*
*ὑμῶν*, in quo loco *ὑμῶν* aptius 'vestrum' dicitur
quam 'vestri' et habet casum nominandi, quem tu 3
'rectum' appellasti, ⟨'vos'⟩. Invenio tamen' inquit
'non paucis in locis 'nostri' atque 'vestri' dictum, non
'nostrum' aut 'vestrum'. L. Sulla rerum gestarum
libro secundo *(fr. 3 P.)*: Quod si fieri potest, ut
etiam nunc nostri vobis in mentem veniat, nos-
que magis dignos creditis, quibus civibus quam
hostibus utamini quique pro vobis potius quam
contra vos pugnemus, neque nostro neque ma-
iorum nostrorum merito nobis id continget.
Terentius in Phormione *(v. 172)*: 4

ita plérique ingenió sumus omnes, nóstri nosmet paénitet.

Afranius in togata *(v. 417 R.³)*: 5

nescíoqui nostri míseritust tandém deus.

Et Laberius in Necyomantia *(v. 62 R.³)*: 6

dum díutius retinétur, nostri oblítus est.

Dubium porro' inquit 'non est, quin eodem haec om- 7
nia casu dicantur: ⟨nostri paenitet,⟩ nostri oblitus
est, nostri misertus est, quo dicitur: 'mei paenitet',
'mei misertus est', 'mei oblitus est'. 'Mei' autem casus 8
interrogandi est, quem 'genetivum' grammatici vocant,
et ab eo declinatur, quod est 'ego'; huius deinde plura-

---

16 sq. (Non. IX p. 501, 20)

---

4 ΚΗΔἀΙ N *Π* ΚΗἀΙ O ‖ 6 et h. — 25 misertus est *om.* *δ* ‖ 7 vos *add. Hertz* (σ) ‖ 10 Quo *γ corr.* X² ‖ 12 credatis *Lion* ‖ 15 immerito *Mdg.* ‖ 20 miseritus *γ corr. Ribb. ex v. 25* ‖ 21 necromantia N ‖ 22 detinetur N O ‖ 24 *suppl. Sk.* ‖ 25 miseritus N O · quod ω

tivum est 'nos'. 'Tui' aeque declinatur ab eo, quod
9 est 'tu'; huius itidem plurativum est 'vos'. Sic namque Plautus declinavit in Pseudulo in hisce versibus *(v. 3)*:

si ex té tacente fíeri possem cértior,
ere, quaé miseriae té tam misere mácerent,
duorúm labori ego hóminum parsissém lubens:
mei té rogandi et † tui tis respondendí mihi.

Mei enim Plautus hoc in loco non ab eo dixit, quod
10 est 'meus', sed ab eo, quod est 'ego'. Itaque si dicere velis 'patrem mei' pro 'patrem meum', quo Graeci modo τὸν πατέρα μου dicunt, inusitate quidem, sed recte profecto eaque ratione dices, qua Plautus dixit
11 labori mei pro 'labori meo'. Haec autem ipsa ratio est in numero plurativo, qua Gracchus *(ORF p. 248)* misereri vestrum dixit et qua M. Cicero *(pro Planc. VI 16 sq.)* contentio vestrum et *(div. in Caec. III 10 XII 37?)* contentione nostrum dixit quaque item ratione Quadrigarius in annali undevicesimo verba haec posuit *(fr. 83 P.)*: C. Mari, ecquando te nostrum et reipublicae miserebitur! Cur igitur Terentius paenitet nostri, non 'nostrum', et Afra-
12 nius nostri miseritus est, non 'nostrum'? Nihil hercle' inquit 'mihi de ista re in mentem venit, nisi auctoritas quaedam vetustatis non nimis anxie neque superstitiose loquentis. Nam sicuti multifariam scriptum

7 sq. (Non. IX p. 501, 12) 27 sqq. Donat. Ter. Eun. IV 4, 10 Hec. II 1, 19; 43

1 aeque] ego δ ‖ 6 miserie et aminiserae (ammisere Q) δ | 7 hominem *Non. GLK I 368, 6* ‖ 9 me interrogandi *Non.* | ter δ tui tis *s.* tuitis γ uitis Z intis Q tui *et* te *codd. Plauti* tui *Non.* tis *Carrio* | respondendim (-dum Z) ibim enim δ ‖ 12 quod γ ‖ 13 inusitate — 26 auctor. *om.* δ ‖ 21 et quando γ (= ω)

əstrorum pro 'vestrum', ut in Plauti Mustel- in hoc versu *(v. 280)*:

rum illuc esse maxima pars vestrorum intellegit,

vellet 'maxima pars' dicere 'vestrum', ita non- ɲuam 'vestri' quoque dictum est pro 'vestrum'.
procul dubio, qui rectissime loqui volet, 'vestrum' 13
ıs dixerit quam 'vestri'. Et idcirco inportunissime' 14
it 'fecerunt, qui in plerisque Sallusti exemplari- scripturam istam sincerissimam corruperunt. Nam ita in Catilina scriptum esset *(XXXIII 2)*: pe maiores vestrum miseriti plebis Roma- , vestrum obleverunt et 'vestri' superscripserunt. ɲuo in plures libros mendae istius indoles manavit.'
Iaec memini mihi Apollinarem dicere, eaque 15
ipsa, ita ut dicta fuerant, notavi.

VII

ım diversae Graecorum sint sententiae super numero Niobae orum.⟩

Mira et prope adeo ridicula diversitas fabulae apud 1
ıcos poetas deprenditur super numero Niobae fili-
n. Nam Homerus *(Il. XXIV 602)* pueros puellas- 2
eius bis senos dicit fuisse, Euripides *(fr. 455 N.²)* septenos, Sappho *(fr. 143 B.)* bis novenos, Bacchides *(fr. 46 Bl.)* et Pindarus *(fr. 65 B.)* bis denos, am alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.

---

20 sqq. Apollod. III 5, 6 Aelian v. h. XII 36 schol. Eur. Phoen. Lact. Stat. Th. VI 117

---

3 illud (*Gellii* Q?) est *codd. Plaut.* | maxime O¹ maximum m *Plauti B*) adeo *Plaut.* | nostrorum Z | *post v.* 3 *pauca* ım *fragmenta in* O || 6 pro *om.* O ΠX | uestro Q uro Z || ascriptum Z || 12 miserti Z || 14 suboles *Mdg.* || 15 memini- *sp.* Π || 16 *ipsum Eussner* || 18 *lemma om.* ω praebent omisso r || 23 *bis om.* X ΠX

## VIII

De his, quae habere *συμπτωσίαν* videntur cum luna mansuescente ac senescente.

1 Annianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam
2 hilare atque amoeniter. Ad eos dies me et quosdam
3 item alios familiaris vocavit. Ibi tum cenantibus nobis magnus ostrearum numerus Roma missus est. Quae cum adpositae fuissent et multae quidem, sed inuberes macraeque quaeque essent: 'luna' inquit Annianus 'nunc videlicet senescit; ea re ostrea quoque, sicuti
4 quaedam alia, tenuis exuctaque est.' Cum quaereremus, quae alia item senescente luna tabescerent, 'nonne Lucilium' inquit 'nostrum meministis dicere *(inc. 46 M. 801 B.)*:

luna alit ostrea et implet echinos, muribus fibras
et iecur addit?

5 Eadem autem ipsa, quae crescente luna gliscunt, de-
6 ficiente contra defiunt. Aelurorum quoque oculi ad easdem vices lunae aut ampliores fiunt aut minores.
7 Id etiam' inquit 'multo mirandum est magis, quod apud Plutarchum in quarto in Hesiodum commentario legi *(fr. 90 Bern.)*: 'Cepetum revirescit et

16 cfr. Plin. II 41, 109 XI 37, 196 XXIX 4, 59 Aelian. nat. an. II 56 Antig. Car. 124 (136) Lydus mens. III 8 (11) ostent. 8 (7) 24 sqq. Plut. Is. et Osir. 8 p. 353 F

2 qui *Π***X** | CYNΠΔOCIàN **Z** CŸIΔOCIΔH (CYIΔ. **X**) *γ corr. Hertz* *συμπάθειαν* ς | lunam (luna *Π*) ansuescente *δ***N** *Π* lunam anuescente (ac uesc. **X**) **OX** accrescente *s.* adolescente *Lion* iuvenescente *ego* ‖ 9 uberes **Q** ‖ 10 macrae quaeque **NX** macraeque *Π***X**[2] macrus queque *δ* macriusculaeque *Hertz* ‖ 16 implet et (et *om.* **Q**) *ω transp. Ald.* | echines *Π*(**X**) ‖ 18 iecur *Keller* peccu **Q** recu **X** pecu **X**[2] *ω* ‖ 19 ipsa *om. δ* ‖ 20 contra luna *γ* | Eluiorum *δ* Aeluiorum *γ corr. Beroaldus* ‖ 24 cepe tum *pars codd., sed cf. Skutsch, Archiv f. Lex. XII 199* | reuiuescit (-nescit **Q**) *δ*

congerminat decedente luna, contra autem inarescit adolescente. Eam causam esse dicunt sacerdotes Aegyptii, cur Pelusiotae cepe non edint, quia solum olerum omnium contra lunae augmenta atque damna vices minuendi et augendi habeat contrarias.''

## IX

Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Iulianus positis in mimiambis ⟨Cn. Matii; et quid significet M. Cato in oratione, quam⟩ scripsit de innocentia sua, cum ita dictitat: 'numquam vestimenta a populo poposci'.

Delectari mulcerique aures suas dicebat Antonius 1 Iulianus figmentis verborum novis Cn. Matii, hominis eruditi, qualia haec quoque essent, quae scripta ab eo 2 in mimiambis memorabat *(fr. 12 B.)*:

sinuque amicam refice frigidam caldo
columbulatim labra conserens labris.

Item id quoque iucunde lepideque fictum dictitabat 3 *(fr. 13 B.)*:

iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
quos concha purpura imbuens venenavit.

***

## X

⟨Quid vocabulum 'ex iure manum consertum' significet.⟩

Ex iure manum consertum verba sunt ex anti- 1 quis actionibus, quae, cum lege agitur et vindiciae

---

24 (Varro l. l. VI 7, 64 Cic. pro Mur. XII 26 de orat. I 10, 41 ad Att. XV 7)

---

3 edunt Q edant γ || 4 augmenta] Q aucta ω || 7 posciis δ pest us N¹ || 8 *sq.* Cn. — quam *add. LMueller* || 10 scitamenta *edd. vett.* | posci ω *corr. LMueller* || 15 est nuque (nuq Q) δ | reficere ω *corr. Scaliger* || 16 columbalatim Q columbatim γ || 21 *desunt haud pauca, vd. lemma* || 23 *lemmata capitum 10 et 11 om.* ω || 25 uindigie δ uindictae γ

contenduntur, dici nunc quoque apud praetorem solent.

2 Rogavi ego Romae grammaticum, celebri hominem fama et multo nomine, quid haec verba essent? Tum ille me despiciens: 'aut erras,' inquit 'adulescens, aut ludis; rem enim doceo grammaticam, non ius respondeo; si quid igitur ex Vergilio, Plauto, Ennio quaerere habes, quaeras licet.'

3 'Ex Ennio ergo' inquam 'est, magister, quod

4 quaero. Ennius enim verbis hisce usus est.' Cumque ille demiratus aliena haec esse a poetis et haud usquam inveniri in carminibus Ennii diceret, tum ego hos versus ex octavo annali absentes dixi — nam forte eos tamquam insigniter praeter alios factos memineram — *(fr. 276 M. 187 B.)*:

pellitur e medio sapientia, vi geritur res;
spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
haut doctis dictis certantes nec maledictis
miscent inter sese inimicitiam agitantes,
non ex iure manum consertum, sed magis ferro
rem repetunt regnumque petunt, vadunt solida vi.

5 Cum hos ego versus Ennianos dixissem, 'credo' inquit grammaticus 'iam tibi. Sed tu velim credas mihi Quintum Ennium didicisse hoc non ex poeticae litteris, set ex iuris aliquo perito. Eas igitur tu quoque' inquit 'et discas, unde Ennius didicit.'

6 Vsus consilio sum magistri, quod docere ipse debuerat, a quo discerem, praetermonstrantis. Itaque id,

9 usus] sensus δ || 11 tamen Z || 15 tollitur *Cic. pro Mur. XIV 30* || 18 nec] sed *Columna* || 19 mussant *Scriverius* | inimicitias σ | minitantes *LMueller* || 20 manum] *Π Cic. ep. ad fam. VII 13, 2 et pars codd. pro Mur. XIV 30* manu ω || 21 ferro] errore ω || 22 rem] *Cic.* rei ω | rep.] petunt δ | regn. parant *LMueller* | solita δ valida *Maehly* || 24 hoc hos δ | ergo *ΠQ* || 30 praemonstrantis ς

[redacted]



quod ex iureconsultis quodque ex libris eorum didici, inferendum his conmentariis existimavi, quoniam, in medio rerum et hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet verba actionum civilium celebriora. 'Manum
conserere' ***. Nam de qua ⟨re⟩ disceptatur in iure 7
⟨in re⟩ praesenti, sive ager sive quid aliud est, cum adversario simul manu prendere et in ea re sollemnibus
verbis vindicare, id est 'vindicia'. Correptio manus 8
in re atque in loco praesenti apud praetorem ex duodecim tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est *(VI 5)*:
si qui in iure manum conserunt. Sed postquam 9
praetores propagatis Italiae finibus datis iurisdictionibus negotiis occupati proficisci vindiciarum dicendarum causa ⟨ad⟩ longinquas res gravabantur, institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure apud praetorem manum consererent, sed 'ex iure manum consertum' vocarent, id est alter alterum ex iure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad praetorem deferrent et in
ea gleba tamquam in toto agro vindicarent. Idcirco 10
Ennius significare volens non, ut ad praetorem solitum est, legitimis actionibus neque ex iure manum consertum, sed bello ferroque et vera vi atque solida

---

5 sqq. Fest. p. 376, 16 15 sqq. Gai IV 17 Fest. p. 376, 24

---

1 quoque **Z** | quoque **Q**[1]**Z** | ex libris quoque *γ* || 2 his quoque *Π* || 4 cel. ⟨ut⟩ Manu *Christ* || 5 conserere (conferre **X**)] *hic desinunt δ ΠX* | ⟨est rem⟩ eam de *Huschke* | re *om.* **N** | in iure in re *Hertz* in iure **N** in re *edd. vett.* || 7 prenderet. In **N** | solemnibus *Brissonius* omnibus **N** || 8 Consertio *Cramer* || 11 cui **N** || 12 auctis iur. *Huschke* latis iur. *Budaeus* satis (statis *Francken*) iurisdictionis *Karlowa* || 13 pacisci **N** *corr. σ* || 14 ad *add. Oiselius in Carrio* | regiones *Francken* || 15 sensu **N** *corr. σ* || 17 manu **N** | 18 conferendam **N** || 23 uolens bellum **N** bellum *del. Hertz* volens gestum *Huschke*

***; quod videtur dixisse conferens vim illam civilem et festucariam, quae verbo diceretur, non quae manu fieret, cum vi bellica et cruenta.

## XI

⟨Quid sit 'sculnae' verbum positum apud M. Varronem.⟩

1 P. Lavini liber est non incuriose factus. Is in-
2 scriptus est de verbis sordidis. In eo scripsit
'sculnam' vulgo dici quasi 'seculnam'; quem, qui
elegantius inquit loquuntur, 'sequestrem' ap-
3 pellant. Vtrumque vocabulum a sequendo factum
est, quod eius, qui electus sit, utraque pars fidem
4 sequatur. Sculnam autem scriptum esse in logisto-
rico M. Varronis, qui inscribitur Catus, *(fr. 37 R.)*
5 idem Lavinius in eodem libro admonet. Sed quod
apud sequestrem depositum erat, 'sequestro positum'
per adverbium dicebant. Cato de Ptolomaeo contra
Thermum *(X 3 J.)*: Per deos immortalis, nolite
vos atque ***.

9 sq. Serv. pl. XI 133 (Fest. p. 339, 21) Lact. Stat. Th. VII 542 Isid. X 260 diff. 195 Dig. L 16, 110 CGL VII 258

1 *in lacuna suppl. Boot*: rem repeti dixit ‖ 6 P. Plani N *corr.* σ ‖ 12 logistorico *Caelius Rhodiginus* historico N ‖ 16 Ptolemaeo N ‖ 18 *post* atque N[2] *et* ς *praefationem* (iocundiora alia eqs.) *addunt*

# I
# INDEX AVCTORVM



1) Tragicorum Romanorum fragmenta rec. ORibbeck[3], Lipsiae 1897; item reliqui tragici Romani (R[3].).

2) C. Lucili saturarum reliquiae em. LMueller. Accedunt Acci praeter scaenica et Suei reliquiae, Lipsiae 1872 (M.).
Fragmenta poetarum Romanorum coll. Aem. Baehrens, Lipsiae 1886; ubi reliqui quoque poetae Romani (B.).

3) Iurisprudentiae Anteiustinianae quae supersunt comp. PEHuschke[5], Lipsiae 1886 (H.).
Iurisprudentiae Antehadrianae quae supersunt ed. FPBremer, Lipsiae 1896 sqq.; item reliqui ICti (Br.).

4) FMentz, *De L. Aelio Stilone*, Comment. phil. Ienens. IV 1, *Lipsiae 1890 (Me.)*.

[redacted]





---

1) Comicorum Romanorum fragmenta rec. ORibbeck siae 1898: item reliqui comici Romani (R.[5]).

2) Poetae lyrici Graeci rec. ThBergk[4], Lipsiae 188; reliqui lyrici Graeci (B.[4]).

3) Analecta Alexandrina scr. AMeineke, Berolini 184 Parthenius.

4) L. Annaei Senecae epistulae morales ed. OHense, 1898 (H.).

5) Fragmenta philosophorum Graecorum coll. FGA chius, Parisiis 1860 sqq. (FPG); item reliqui philosophi praeter Chrysippum, Epicurum, Heraclitum, Musonium, tium, Theophrastum, Zenonem et poetas philosophos.

6) Cfr. etiam RPeter, Quaestionum pontificalium spe Argentorati 1886.

7) Fragmenta historicorum Graecorum coll. CMu Parisiis 1841 sqq.; item reliqui historici Graeci (FHG).

[redacted]





1) FJacoby, Apollodors Chronik (Philol. Untersuch. XVI), Berolini 1902 (Ja.).

2) De Aristarchi studiis Homericis scr. KLehrs[3], Lipsiae 1882.

3) Aristotelis qui ferebantur librorum fragmenta coll. VRose, Lipsiae 1886 (VR.).

4) Epicteti dissertationes ab Arriano digestae rec. HSchenkl, Lipsiae 1894 (Sch.).

5) Q. Asconius Pedianus rec. AKiessling et RSchoell, Berolini 1875, praef. (K.-Sch.).

[redacted]





---

1) Imperatoris Caesaris Augusti scriptorum reliquiae instr. MAWeichert, Grimae 1846 (W.).
2) Latini sermonis vetustioris reliquiae selectae. Recueil publié par AEEgger, Parisiis 1843; item Servius Claudius, Cloatius Verus (E.).
3) Bacchylidis carmina ed. FBlass$^2$, Lipsiae 1899 (Bl.).
4) Oratorum Romanorum fragmenta coll. HMeyer$^2$, Turici 1842 (ORF$^2$); item reliqui oratores Romani praeter Catonem.
5) Callimachea ed. OSchneider, Lipsiae 1870 sqq. (Schn.).
6) Historicorum Romanorum fragmenta coll. HPeter, Lipsiae 1883; item reliqui historici Romani (P.).

[redacted]





1) Scriptores rerum Alexandri Magni coll. CMullerus post: Arrianus ed. FDuebner, Parisiis 1846 (M.).

2) De Chrysippi vita, doctrina et reliquiis scr. FNGBaguet, Annales academ. Lovaniensis IV, Lovanii 1822 (Bag.)

AGercke, Chrysippea, Fleckeis. ann. suppl. XIV 689, Lipsiae 1885 (G.).

(Stoicorum veterum fragmenta coll. JabArnim, Lipsiae 1903; quem librum non iam adhibere potui.)

3) Vd. p. 310 adn. 2

1) Poetarum philosophorum fragmenta ed. HDiels, Berolini 1901; item Timon et Xenophanes (D.).

2) Q. Enni carminum reliquiae. Accedunt Cn. Naevi belli Poenici quae supersunt em. LMueller, Petropoli 1884 (M.), et Baehrens vd. p. 307 adn. 2

3) Comicorum Graecorum fragmenta ed. GKaibel, Berolini 1899 (Kaib.).

4) Epicurea ed. HUsener, Lipsiae 1887 (Us.).

---

1) RFuchs, De Erasistrato capita selecta, Herm. XXIX 171, Berolini 1894 (Fu.).
2) Comicorum Atticorum fragmenta ed. ThKock, Lipsiae 1880 sqq.; item Menander (K.).
3) Cfr. etiam RPeter, Quaestionum pontificalium specimen, Argentorati 1886.
4) JLMarres, De Favorini Arelatensis vita, studiis, scriptis, Traiecti ad Rhenum 1853 (Ma.).
5) LLersch, Gavius Bassus und Caesius Bassus, Philol. I 615, Stolberg 1846 (L.).
6) OVoss, De Heraclidis Pontici vita, Diss. Rostoch., Lipsiae 1896.

[redacted]





1) Heracliti Ephesii reliquiae rec. IBywater, Oxonii 187
2) Hesiodus rec. ARzach, Lipsiae 1884 (1902) (Ra).

Caesaris comm. rec. BDinter, Lipsiae 1876 (Di.).
, De C. Iulii Hygini vita et scriptis I, Marburgi
*gini fabulae ed.* BBunte, Lipsiae 1857 praef. (Bu.).

[redacted]





1) H. de la Ville de Mirmont, Études sur l'ancienne latine, Parisiis 1903, non novi Baehrensio interim conte

2) Cfr. p. 307 adn. 2.

---

1) Cfr. p. 313 adn. 2.
2) C. Musonii Rufi reliquiae et apophthegmata ed. JVPeerlkamp, Harlemi 1822 (Pe.). Nova editio ab Ottone Hense proxima nondum prodiit.
3) Cfr. p. 312 adn. 2.
4) P. Nigidii Figuli operum reliquiae coll. ASwoboda, Vindobonae 1889 (Sw.).

1) Panaetii et Hecatonis librorum fragmenta coll. HNFowler, Bonnae 1885 (F.).
2) Vd. p. 308 adn. 3.
3) MWellmann, Die Fragmente der sikelischen Ärzte Akron, Philistion und des Diokles von Karystos, Berolini 1901 (We.).

---

1) Plutarchi Chaeronensis Moralia rec. GNBernardakis, Lipsiae 1888 sqq. (Bern.).
2) M. Catonis praeter librum de re rustica quae extant rec. HJordan, Lipsiae 1860 (J.); origines apud Peterum, cfr. p. 310 adn. 6
3) Etiam apud Baehrensium; cfr. p. 307 adn. 2.

[redacted]





1) Publilii Syri mimi sententiae rec. GMeyer, 1880 (M.).

---

Sallusti Crispi historiarum reliquiae ed. BMauren-
ipsiae 1891 (M.).
ertz, Sinnius Capito, Berolini 1844 (H.).
Suetonii Tranquilli praeter Caesarum libros reliquiae
irscheid, Lipsiae 1860 (R.).

---

1) HKummrow, Symbola critica ad grammaticos latinos, Diss. Gryphiswald., Berolini 1880 (K.).

2) M. Terentii Varronis de lingua l. libri cum fragmentis, Biponti 1788 (Bip.); vd. adn. sqq.

3) P. Ovidii Nasonis fastorum libri sex ed. RMerkel, Berolini 1841 praef. (M.).
M. Terentii Varronis antiquitatum rerum divinarum libri I XIV XV XVI auctore RAgahd, Fleckeis. ann. suppl. XXIV 1, Lipsiae 1898 (Ag.).

4) PMirsch, De M. Terenti Varronis antiquitatum rerum humanarum libris XXV, stud. Lips. V 1, Lipsiae 1882 (Mi.).

5) M. Terentii Varronis saturarum Menippearum reliquiae rec. ARiese, Lipsiae 1865 p. 247 (R.).

1) Petronii satirae ed. FBuecheler[3], Berolini 1882 p. 163 (B.).
2) AWilmanns, De M. Terentii Varronis libris grammaticis, Berolini 1864 (W.).
3) Theophrasti Eresii opera rec. FWimmer, III Fragmenta, Lipsiae 1862 (Wi.).
4) Corpusculum poesis epicae Graecae ludibundae II ed. Wachsmuth[2], Lipsiae 1885 (CW.), et apud Dielsium (vd. p. 312 adn. 1); item Xenophanes.
5) M. Tullii Ciceronis opera rec. JCOrelli[2] IV (fragmenta), Turici 1861 (Or.).

[redacted]





1) Tironiana et Maecenatiana coll. ALion[2], 1846 (L.).

De C. Valgii Rufi poematis commentatio, Halis

---

1) Sextus Pompeius Festus em. COMueller, Lipsiae 1839 praef. (M.).
2) Vd. p. 312 adn. 1 et 323 adn. 4.
3) The Fragments of Zeno and Cleanthes by ACPearson, Londinii 1891 (Pears.).

II

# INDEX NOMINVM ET RERVM

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]